Que propositiones sint determinate vere vel false aut ineuitabiliter et necessario vere vel false. B.C.
Que propositio dicitur immutabiliter vel mutabiliter vera vel falsa. C.
Quid est propositionem incipere esse veram. C.
Plura valde pulchra eliciuntur correlaria de propositionis veritate. D.
Ista regula propositio de preterito vera est necessaria et omnis falsa est impossibilis non est vniuersaliter vera et quomodo habet veritatem. D.
Quando contingens debet dici contingens vel quando est et quando non est. E.
Quid est contingens. E.
Ad quem sensum conceditur contingens esse indeterminatum ad esse et non esse. E.
Utrum quando res est possit non esse vel quando ipsa non est. E.
Quelibet cathegorica singularis de possibili cuius subiectum est nomen proprium vel pronomen demonstratiuum precipue si est vera in sensu diuiso est etiam vera in sensu composito. E.
Copulatiua de possibili non requirit ad eius veritatem vnam copulatiuam de inesse possibilem sed sufficit quod vtraque pars sit possibilis. E.
Aliquid esse in aliquo instanti et posse non esse in illo instanti et econuerso potest intelligi tripliciter. F.
Quomodo intelligitur dictum philosophi. omne. quod est quando est necesse est esse. G.
Cum quandoque valet si. et sic facit conditionalem. G.
Utrum preteritum possit non fuisse. H.
Uel sic vtrum sicut conceditur contingentia respectu futurorum et presentium sic etiam concedenda sit respectu preteritorum. H.
Auctor probabiliter tenet partem affirmatiuam. H.

Articulus secundus.

Utrum deus sit scientia omnium rerum existentium. K.
Recitantur opiniones philosophi et commentatoris auerois de scientia dei. K.
Probabile est ratione naturali quod deus intelligit aliud a se. sed non est euidens neque demonstrabile. K.
Deus intuitiue omnia cognoscit existentia et possibilia. K.
Quomodo deus dicitur cognoscere in essentia sua. Et quomodo in deo sicut in speculo relucent et representantur omnia. L.
Intellectus diuinus non per prius nec perfectius cognoscit suam essentiam quam creaturam. L.
Utrum deus sit prescientia omnium futurorum contingentium. M.
Futurorum contingentium quedam sunt incomplexe significabilia quedam complexe verius complexe significantia. M.
Deus est prescientia omnium rerum futurorum et omnium enunciabilium futurorum. M.
Deus est infallibilis scientia certitudinaliter et infallibiliter cognoscens omnia entia et omnia enunciabilia futura. N.
Explicatur modus huius infallibilis scientie diuine secundum Ockam reprobatis prius opinionibus Scoti et aureoli. N.
Utrum deus sit scientia omnium verorum enunciabilium. O.
Scientia dei et scire accipiuntur multipliciter. O.
Respectu quorum est scientia dei. an respectu rerum. an etiam respectu enunciabilium. O
Quomodo differunt scientia dei intuitiua et scientia visionis. O.
Deus omnium rerum possibilium et enunciabilium necessario est simplex et apprehensiua cognitio. P.
Plura inferuntur correlaria de dei scientia et cognitione. Q.
Utrum deus plura scit quam sciuit. Q.
Quomodo differunt scire et prescire. Q.

Articulus tertius

Utrum cum dei omniscientia stet contingentia futurorum. R.
Ad quem sensum dicitur aliquod futurum contingens ad vtrumlibet. R.
Scientia dei de futuris dupliciter potest accipi.
Licet cuiuslibet futuri deus sit necessario intuitio tamen nullius enunciabilis contingentis de futuro est necessario iudicium siue iudicatiua scientia. R.
Arguitur contra responsionem ad dubium. T.
Soluuntur rationes. U.
Utrum deum esse prescium. sit perfectio simpliciter deo attribuenda. X.
Utrum deus prescit futura quia futura sunt

vel vtrum ideo futura sint quia deus prescit illa. Y.
Utrum illa sit vera quia aliqua sunt futura deus p̄scit illa esse futura. Z.
Nulla ppositio causal' cuius ꝯsequens tanq̄ signū totale significat deū vel eū intelligere est vera de virtute sermonis. Z
Nō est incōueniēs aliqđ idē diuersis respectibus esse ꝯtingēs et necessariū. Z.
Deus naturaliter et nō libere est p̄sciētia futurorum. tamē nullius futuri contingentis est naturaliter aut necessario sed contingenter iudicium aut iudicatiua scientia. Z.

Questio duodecima

Utrū cum eterna p̄destinatiōe et reprobatione dei stet p̄destinatū posse damnari et reprobatū saluari. A.
Quid est predestinatio. B.
Quid est reprobatio. B.
Quis est effectus predestinationis aut reprobationis. B.
Licz creatura rōnalis a deo fuerit eternaliter reprobata vel p̄destinata nihilominus predestinata potest damnari et reprobata saluari. C.
Licz predestinatio dei sit necessaria. tamen deus non necessario sed contingēter est predestinatio. D.
Pro quo supponunt termini predestiatio et reprobatio. D.
Licz predestinatio dei sit immutabilis et deus sit immutabiliter predestinatio non tamen ineuitabiliter. D
Predestinatus non potest deleri de libro vite quomodo conceditur. E.
Utrum numerus predestinatorum posset augeri vel minui. Et an sit deo certus et determinatus. E.

Articulus secundus

Utrū predestinationis et reprobationis dei sit in p̄destinato vel reprobato aliqua rationabilis causa. F.
Aperitur intellectus questionis. F.
Nullus p̄destinatus est pter bonū vsuz li. ar. quē deus prescivit illū habiturum. G.
Nullus est predestinatus qr p̄scitus fore finaliter sine obice habituali grē. G.
Quecunq̄ deus p̄destinauit pure misericorditer et gratis p̄cise p̄destinauit. H.
Nullus est reprobatus propter malum vsum liberi arbitrij quem deus p̄sciuit illum habiturum. H.
Nullus est reprobatus quia prescitus fore finaliter cū obice gratie diuine. H.
Quecunq̄ reprobauit deus sine omni causa in ipo reprobato reprobat eū. H.
Utrum p̄destinatio includat electionez de electione dupl'r loqui possumus. I.
Agens vniuersale agit in oīe qđ non habet impedimentū quō intelligit. I.
Deus nullā crudelitatē exercet suā creaturam eternaliter damnando nec iniuste facit. I.
Cuius vult miseret et quē vult indurat quō intelligitur. I.
Obduratio dupliciter accipitur. I.
In peccatoribus precedit aliquid quo digni sūt iustificatiōe quō intelligit. I.
Auctor hic recitat opinionem Ockam qui distiguit de cā et sm hoc aliquo mō affirmatiue respōdet ad quesitū cuius opinionem ꝯmendat tanq̄ subtilem et succinctam. Subiungens nihilominus alium moduz dicendi sine assertione temeraria. K.
In quo discrepant Ockā et Gregorius in illa materia. L.
Opinio pria auctoris. M.
Uolitio dei sumitur multipliciter. M.
An predestiatio sit tantū respectu glorie vel an sit etiā respectu mediorum naturaliū et gratuitorū. M.
Predestinatio et reprobatio accipiunt dupliciter. M.
Auctor respondet sm opinionem propriam multū et fere per totuz cōcordādo cum Ockam sm aliam et aliam acceptionem predestinationis et reprobationis simil'r et volitionis dei. et sm q̄ p̄destiatio est solū respectu glorie. vel gratie et glorie simul. M.
Exponit titulus questiōis. N.
Utrū deū velle aliqd alicui possit eē cōsequēs alicuius vere causalis. Et quale erit illud an̄cedēs. N.
Iste di. tiōes quia pter et sil'es dictōes causales accipiunt dupl'r. O.
Nulla propositio causalis ppriē dicta

cuius cõsequẽs totale significat deũ ali quid velle vl' intelligere est vera. O.
Deũ velle aliquid vel intelligere potest esse cõsequens alicuius ꝓpositiõis cau salis vere. O.

Articulus tertius

Utrũ reuelatio dei de veris futuris ꝯtingentib⁹ sit possibilis intellectui creato infallibilis. P.
Verox cõtingentiũ de futuro est possibilis intellectui creato vera certa sꝫ nõ infallibilis reuelatio. P.
Reuelare accipit̃ multipl'r. P.
Certitudo accipit̃ dupl'r. Q.
Noticia infallibil'. quid est. Q.
Quõlibet vex ꝯtingẽs de futuro põt deus absoluta et determiata reuelatione intellectui creato reuelare. Q.
Reuelatio non tollit contingentiam reuelati nec facit ipsuꝫ post reuelationeꝫ necessarium. R.
Improbat̃ opinio Adã tenens ꝙ facta reuelatiõe de articulis fidei nõ põt euenire oppositum. R.
Noticia creata q̃ fuit reuelatio veri contingentis de futuro lꝫ possit nõ esse aut nõ fuisse noticia vera. tñ nõ põt nõ fuisse noticia iudiciaria siue adhesio. S.
Nulla noticia creata vel creabilis ẽ respectu futuri ꝯtĩgẽtis simpl'r infallibilis. S.
Opinio tenẽs ꝙ noticia creata sicut diuina reuelatio de futuro contingẽti est infallibilis. T. V.
Quid est algd videri siue representari in verbo. X.
Uidẽs verbũ nõ necessario videt oĩa q̃ verbũ videt. X.
Utrũ xp̃s possit fallere ⁊ falli. Y.
Itẽ infra. EE. vsqꝫ in finẽ questionis.
Utruꝫ deus possit rationali creature securitatem eterne sue beatitudinis reuelare. AA.
Beatitudo sumitur dupl'r. AA.
Quid est securitas. BB.
Respõsio ad dubiũ. BB.
Utx de⁹ possit rõnali creature eternitatẽ sue final' dãnatiõis reuelare. CC.
Utrum talis reuelatio possit fieri existẽti in charitate. CC.
Utrum deus possit existenti in charitate suũ futurũ lapsum in peccatũ mortale reuelare. CC.
Utx facta reuelatione de dãnatione futura hõ peccet per desperationẽ ⁊ p̃dat charitatem. DD.
Utruꝫ talis potest licite pro salute sua orare. DD.
Null⁹ de cõi lege põt firmiter assentire se esse dannãdũ sine peccato. CC.
Deus põt homini siue in gr̃a siue extra gr̃am ꝯstituto lapsuꝫ ĩ peccatũ sine suã eternã damnationẽ reuelare. CC.
Desperatio accipit̃ dupl'r. DD.
Utx deus possit rõnali creature falsitatẽ dicere vl' eã decipe. EE.
Recitant̃ opiniones hibernici adam et holkot. EE.
Opinio Gregorij. FF.
Dicere accipit̃ dupl'r. FF.
Dicere falsum accipit̃ dupl'r. FF.
Dicere falsum põt esse assertorie vel solum recitatiue. FF.
Assertio falsi põt fieri cũ intẽtiõe vt aliter assentiat vl' simpliciter. FF
Rñsio ad dubiũ fm Gregoriũ. FF.
Opinio auc. ꝓpria. GG. HH. II.
Isti termini decipere fallere dupliciter accipiuntur. GG.
Ponunt̃ quattuor regule sat' vtiles ad cognoscendũ veritates ꝓpositionum in hac materia currentiũ. KK.
Quid est prophetia. LL.

Questio tredecima

Utrum deus sit p̃ma cã simpliciter oĩpotẽs et vniuersal'r oĩfaciẽs. A.
Añ de⁹ dicit̃ oĩpotẽs. Et quid dicit nomen oĩpotẽs. A. B.
An omnipotentia dicat perfectionem simpliciter. B
Utrũ omne qḋ fieri nõ implicat contradictionẽ deus possit de potentia sua absoluta facere. C.
Aliquid dicit̃ possibile multipl'r. C.
Facere dicit̃ multipl'r. C.
Deum aliquid posse facere intelligit̃ vl' de potẽtia absoluta vl' ordinata quõ h̾ intelligitur. D.

de voluntate. B. De hoc supra. K. in pri cipio primi sententiarum.
Pro quo supponunt illa noia volūtas signi. volūtas bñplaciti. B.
An deus pmittat mala culpe fieri. B.
Aliquis dupliciter dicitur permittere aliquid. B.
Volūtas dei bñplaciti est duplex. s. simplicis cplacentie vel displicētie prosecutionis vel fuge. C.
Hec non est distinctio realis in deo. sed tantū terminorum. C.
Quō pceptū obligat. D.
In pcepto vel phibitiōe duo aliqñ cōcurrūt. s. pceptū vel phibitio et intentio precipiētis. D.
Voluntas bñplaciti est duplex scz añcedens et csequēs. D. E.
Quid est volūtatē dei impleri. E.
Voluntas dei signi nō sp implet. F.
Voluntas dei beneplaciti cōsequēs sp implet sed volūtas beneplaciti añs nō semper implet. F.
Voluntatē dei signi siue cōsilij impleri intelligit dupl'r. F.
Prohibitio dei nō significat deuz nolle efficaciter aliqd fieri qd phibet. F.
Voluntatē dei añcedentē impleri intelligitur dupl'r. F.

Articulus secundus

Utrū voluntas diuina sit regula cui vniuersaliter cōformare se tenetur voluntas creata. G.
De qua volūtate intelligitur ista cōformitas. G.
Voluntatē creatā se difformare volūtati bñplaciti diuie intelligit dupl'r. H.
Quid est rōnalē creaturā esse cformiez diuine volūtati. H.
Quid est rectitudo volūtatis create. H.
Quid est volūtatē creatā esse cformez volūtati diuie bñplaciti. H.
Quid est obligtas volūtatis create. H.
Voluntas creata sic tenet se cōformare voluntati diuie bñplaciti vt velit vel nolit quicqu d deus eam vult tali volūtate teneri velle. I.
An deus possit ab aliquo auferre volūtatis rectitudinē. I.
Volūtas creata nō tenet velle quicqd de⁹ vult tali voluntate. nec etiā quicqd deus vult eā velle. K.
Volūtatē creatā velle quicqd de⁹ vult intelligit dupl'r. K.
Voluntas creata nō tenet velle quicqd scit aut videt deuz tali voluntate velle K. M.
An stante reuelatione alicuius de sua damnatione liceat ei pro sua salute orare. M. O. P.
An oīe qd de⁹ vult sit lex. M.
Null⁹ viator tenet credere se perpetuo damnandum etiaz stante quacunqz reuelatione. N. O.
Quid est oratio. P.
In omni oratione viatoris includi debet circūstantia diuini bñplaciti. P. Et hoc potest fieri dupl'r ibidē.
Aliquis pōt in casu orare p aliquo qd firmiter scit se nō impetraturū nec ē talis oratio ociosa et stulta.

Articulus tertius

Utrum volūtas diuina sit pma lex a qua deriuat oīs lex creata. Q.
Qd nō deriuat et volūtate diuīa tanqz a lege prima nō est lex ppie. Q.
Utrū voluntas diuina possit creaturaz rōnalem ad ipossibile obligare. Q.
Creaturā rōnalē obligare ad impossibile intelligit multipl'r. R.
Creatura rōalis nō pōt obligari ad faciendū vel volenduz impossibile. Obligatur tñ ad habendū aliqd qd nō est in sua potestate. R.
Volūtas rōnalis nūqz tenet se cformare sue csciētie erronee imo obligat etiā se illi nō difformare sed debet illā deponere. S.
Plus est obediendū deo qz plato. S.
Utrum volūtas diuīa possit rōnalē creaturam ad qdlibet possibile obligare. T.
De⁹ nō potest rōnalē creaturam ad qdlibet possibile obligare nec qdlibet possibile sibi pcipere. T.
Deus nō potest obligare creaturā vt teneat sibi nō obedire. T.
Utrū quis odiendo deum in certo casu possit mereri. T. V.

Utrum volūtas diuīa possit rōnalē creaturā in eē pducere ꝛ ipā nō obligare. X.
Rnsio est affirmatiua. X. Y.
U. deus pōt pducere aliquā creaturā rōnalē p naturā simplr īpeccabilē. Y. Z.
Tractatur opinio Ockam et cōmendatur licꝫ auctor oppositū pbabiliter tenere videatur. Z.

Incipit collectura super tertio sentētiarū. De secundo nihil habet.

Questio vnica

Utrū melius sit anime xpi p vnionem realē verbi incarnati ꝙ per intensionaleꝫ alicuius doni creati. A.
In xpo multiplex est vnio verbi ad naturā humanā. A.

Articulus primus de vniōe ipostatica ꝛ cōicatiōe ideomatū.
Persona verbi assumpsit humanitateꝫ in suppositi vnitatē. B.
Quid est suppositū. B.
Quid est psona. B.
Omnis psona est suppositū sꝫ nō econuerso. B.
Deus pōt aliqd assumere in vnitatē suppositi et nō persone. B.
Quelibꝫ psona diuīa pōt assumere humanitatē vnā vł plures simul vł successiue in vnitatē suppositi. B.
Persona diuina pōt omnē naturā q̄ est suppositū assumere in vnitatē suppositi siue rōnalē siue irrōnalem. B.
Sola psona verbi assumpsit humanitatem licꝫ nō sola potuit assumere. B.
Licꝫ sola psona verbi incarnata ē tñ incarnationē tota trinitas opata est. B.
Quid dicit hō. C.
Quid dicit nomē humanitas. C.
Homo ē nomē suppositi humanitas nomen nature. C.
Xps nō dicit omīo vniuoce hō cū alijs hominibus. C.
Filius dei assumpsit hoīem est falsa. C
Quia psona verbi in vnitatē suppositi assumendo humanitatē fit hō idō in xpo fit ideomatū cōicatio. D
Quid est cōicatio ideomatū. D.
Quomodo predicata diuina dicuntur de homine et econuerso. D.
An ille sūt ꝯcedēde diuitas ē īcarnata.
Diuitas siue diuia natura fctā ē hō. E.
Persona verbi vnita humanitati non actuat ipsam formaliter. E.
Cui assimulat depēdētia humanitatis ad verbum. F.
Quō intelligit similitudo athanasij in symbolo. F.
Querit si natura humana nunc assumpta dimitteret a verbo an esset purus hō Et si ille hō fuit. G.
Utrū in casu pmisso hec sit vera hic est filius virginis demōstrato filio dei. H.
Utrum in casu pmisso hec sit vera h ē filius virginis demōstrato hoīe dimisso. I.
Utrum hūanitas relicta a vbo sit hō siue suppositū sine acquisitiōe vł depditōe alicuius absoluti in ipa humanitate. K.
Naturā hūmanā vniri diuine intelligitur duplr. K.
Recitat opinio Ockam ꝛ ꝯmendat. K
Unio quid dicit. ꝙ nō addit aliqd vltra extrema vnita. K.
Quot vniōes ponere oportꝫ in xpo. K.
Auc. videt negare oēꝫ respectū in creaturis q ē entitas ab absolut distīcta. K
Plures ponit casus dubitabiles insolitos multū. quos soluit. L.
Si xps assumeret tres hūanitates vtrum essent tres hoīes. M.
Si tres psone diuine assumerēt eandē humanitatem. an essent vnus homo vł tres homines. M.
Eadeꝫ natura potest assumi a tribus psonis. M.
Idē effectus potest habere duas causas totales. M.
Si xps non dimissa humanitate quam nūc assumpsit. assumeret hūanitatē sue matris vtrū ille essent vere. xps est maria. hec psona ē xps ꝛ maria. xps est vir et mulier xps genuit se. N.
Sit casus ꝙ xps genuerit petruꝫ ex femina et eū assumat vtrū ī tali casu xps sit pater petri. N.
In eodē casu si xps assumeret humanitatem pprij filij ab instāti sue ꝯceptiōis vtrum eadē psona sit pater et filius. N.
U. in certo casu idē possit se gnare. O.

Aliquis homo fuit ab eterno q̃ tamen incepit esse homo.O.
Aliquis hō nō pōt nō esse.et tamē pōt esse ꝙ nullus sit homo.O.
Nō sequit̄ de⁹ factus est hō.igit̄ hō factus est deus.O.
Deus fact⁹ est hō ergo factus est aliq̃d non valet.O.

Secundus. articulus

Utrū xp̄s habuit fidē ꝛ spem.P.
Utrū necessariū sit ponere tres virtutes theologicas in viatore.P.
Utrum fides sit prior spe et spes prior charitate.Q.
Utrū corruptis habitib⁹ supnaturalib⁹ possint habit⁹ naturales remanere.Q.
Utrū fides ꝛ spes stet cū sciētia vl̄ clara visione.R.
Utrū spes distinguatur ab aliis virtutibus theologicis.S.
Quid est obiectū spei.S.
Quomō idē pōt esse obiectū illarū triū virtutum.S.
In qua potētia ponēda est spes.T.
Quis est actus spei.T.
Cum fides ꝛ charitas inclinēt ad actuz spei quō possunt esse virtutes distincte a spe.V.
Quomō act⁹ spei distinguitur ab actibus credēdi et diligēdi.X.
Utrū sit tantū vna fides acq̄sita sicut est tantū vna spes et vna charitas.X.
Utrū sit tantū vna fides infusa respectu omniū articulorū sicut vna charitas respectu oīm diligendorū.Y.
Quō est eadem fides.fides patrū ꝛ modernorum hominū.Y.
Fides infusa nō repugnat scientie siue demonstrationi.Z.
Quot sunt articuli.tot sūt fides acquisite.Z.
Quō pōt saluari vnitas fidei respectu cōclusionū oppositarū.ꝯ.
Spei obiectum est duplex.ꝯ.

Finis tertij.

Sequitur quarti sentētiarū.Questio prima.

Utrū ex lege xp̄i recepta sit summa pfectio sacramentorū.A.

Articulus primus

Utrū sacramēta legis noue hn̄t causalitatē effectiuā respectu gr̄e.B.
Ad quē sensuz dicit̄ ꝙ sacramēta sunt effectiua gratie.B.C.
Summat̄ opinio sancti Thome q̃ oēstditur multiplr̄ irrōnabilis positio ꝛ improbatur.B.C.
Omnis positio ponēs pluralitatē sine necessitate irrationabilis est.C.
Duplr̄ aliq̃d dicit̄ causa.D.
Causa sine q̃ nō quare dicit̄ causa ꝛ vbi reperitur.D.
Quodlibet sacramētū noue legis soluz est causa gratie sine qua nō.D.
Nullū sacramentū noue leg̃ p virtutez sibi ꝓpriam aut collatā est causa dispositionis preuie ad gratiā.D.
Quō deus agit mediāte cā scd̄a.E.F.
An cā scd̄a ꝓprie sit cā.E.F.
An ad positionē cause scd̄e sequat̄ effectum esse.E.F.
Deus agēdo cū scd̄a cā plus agit q̄ cuz seipso aliq̃d ꝓducit.E.F.

Articulus secundus

Utruz posse creare simplr̄ repugnet creature.G.
Creare siue creatio accipit̄ q̄druplr̄.G
Annihilare sumit̄ q̄druplr̄.G.
Rn̄det̄ ad dubiū p tres ꝓpōnes.H.I.
De potētia naturaliter ordinata nulla creatura pōt creare id ē aliquid facere sine subiecto concurrente.I.
Creatura nō pōt annihilare
Utrū de⁹ possit creare mediāte creatura ipā creatura pure natulr̄ agēte.K.
Deū creare mediāte creatura intelligit̄ dupliciter.K.
Utrū creatura possit annihilare.L.
Quādo grā annihilatur.L.
Quō peccatū destruit gratiā et infidelitas fidem.L.
Utrum agens naturale pōt ꝓducere infinita.L.M.
Per q̃d determinat̄ agēs naturale ad ꝓducendū plus hoc q̄ illud.M.
Stat aliquid ꝓduci in subiecto ꝛ nō ex subiecto.M.
Utrum agens creatum absolute possit

aliquid facere in subiecto et non ex subiecto. M.
Sicut deus dicitur aliqd posse de potētia absoluta et non de potētia ordinata sic et creatura.
Creatura de potentia absoluta pōt creare. id est nō presupposito subiecto aliqd post non esse in esse producere et econtra annihilare. N. O. P.
Ad longum producit auctor. soluens rationes in oppositum.
Conseruatio alicuius rei est eiusdem cōtinua productio. O.
Conseruare aliquid et non ex subiecto est creare. O.
Quomodo differunt isti termini productio conseruatio. O.
Soluunt auctoritates que dicunt creaturam non posse creare. P.

Articulus tertius

Utrum sacramenta legis noue sint perfectiora sacramētis legis antique. Q.
Que est sacramenti diffinitio. Q.
Duplex ē diffinitio qd nois et qd rei. Q
Declaratio clausularum diffinitiōis sacramenti. Q.
Utrum deus possit dimittere culpā quācunque sine gratie aut cuiuscunque alterius positiui collatione. R.
Quid antiqtus conferebat circuncisio. S. T. V.
Tractantur opiniones. S
In quo sacra noue legis sunt perfectiora aliis cū vtrobique conferat gratia. T. V. X
Sacramentū capit proprie et improprie. T.
Quō soluunt auctoritates que vident negare grām a sacris antiqs. T. V
Quō sacramēta noue legis conferūt gratiam et quō sacra legis veteris. T. V.
De institutione sacramentorum. X.

Questio secunda.

Utrum baptismus xpi sit ad salutē necessarius cuilibet viatori. A.
Solutio infra. N. O.
Quid est baptismus. B.
Quid est materia baptismi. B.
Cur baptismus potius fit in aqua quam in aere. B.
Quid agendum cū puero adhuc in matris vtero fm omnes vel aliquas partes principales vel minus principales remanente. C.
Quid de puero inuoluto corio quē aq̄ tangere non potest sed corium solū. C.
Quid de puero proiecto de ponte et subito extincto. C.
An liceat puerū nō baptisa. etiā cū periculo vite percere de pōtevt baptiset. C.
Quid de puero in calato posito et cum corda misso in puteum. C.
An aq̄ ibibita spōgie sit materia ba. D
Que est forma baptismi. D.
Que sunt de necessitate forme. D.
De forme multiplici mutatione q̄ impediat et que non docetur in sex reglis. E.
In oī idyomate pōt fieri baptism⁹. E.
Quid si sacerdos moritur ante cōpletionem baptismi. E.
Quid si aliqua verba interponit. E.
Quis est minister idoneus hui⁹ sacramenti. F.
Quattuor cōditiones regrunt ex parte ministri.
An angelus pōt baptisare. F.
An beatus in celo potest baptisare. F.
An mulier potest baptisare. F.
An mulier pōt baptisare presente viro an vir pñte clerico an clericus presente presbitero an presbiter pñte epo. F.
An hereticus et infidelis pōt bapti. F.
Si mancus proferret verba et cecus ablueret an puer esset baptisatus. F.
De vnitate ablutōis et platōis vborum. F
De intentione ministri. F.
Que dz esse psona suscipiēs baptis. G.
An regrat ad baptisandū cōsensus. G.
An pueri possint rapi et inuitis parentibus baptisari. G.
Quid de stultis furiosis amentibus et insanientibus adultis. G.
Simpliciter coactus baptisari nō baptisatur. per metū aūt inductus recipit sacramentū: sed non rem sacri. G.
De ficte accedēte ad baptismū. G.
Aliquis habens puerū alicuius iudei penes se depositum vidēs eū periclitari dicit conditionaliter. Ego te baptiso etc. Si pater tuus cras consentiat. an ille sit baptisatus. I.

Duo sacerdotes super eodem puero dicũt simul. Ego te baptiso rc. vel sic ego te baptiso si nullus alius te baptiset: an puer sit baptisatus. K.
Sacerdos de pluribus sibi oblatis intendit vnum baptisare nec aduertit quod duo sibi offeruntur. nec plus intendit hunc vel illu3 baptisare. quis est baptisatus. L.
Sacerdos intendit baptisare masculũ ꝛ casu offertur sibi femina. nunquid erit baptisata. L.
Aliquis facit se sub cõditione baptisari qui tamen scit se baptisatu3. an talis peccet ꝛ sit irregularis. M.
Aliquis credens se baptisatũ ꝛ tñ non est baptisatus ordinatur in sacerdotẽ nũquid cõsecrauit absoluit rc. An fuit sacerdos Si moritur an saluabitur. an summus sacerdos xp̄us neglecta ꝑ eum suppleuit. M.

Articulus secundus

De cõmuni lege ordinata cuilibet viatori est ad salutem necessarius baptismus xp̄i. N.
Baptismus est triplex. N.
Utrũ iam iustificati teneantur ad baptismũ. N. O.
Non baptisatus et martyrisatus si resurget tenetur ad baptismum. O.
Utrũ btã virgo ꝛ apl'i fuerit baptisati O
An sola fides sufficiat ad salutẽ. O.
An fides perentum sufficit ad salutem paruulorum. P.
An paruuli ab herode occisi non circũcisi saluabantur. P.
An impotentia ꝛ ignorantia infantum eos excusat ab obseruantia precepti de habendo baptismo. P.
Utrum per baptismi institutionẽ euacuata fuerit circũcisio. Q.
De tempore institutionis baptismi. Q
Qñ incipit baptismi obligatio. R.
Institutio baptismi ꝑcessit promulgationem. ꝓmulgatio obligationem. R.
Congruum fuit promulgationẽ baptismi primo fieri per modum consilij. deinde per modum precepti. R.
De euacuatione circũcisionis. S.
Qñ circũcisio fuit vtilis. quando necessaria. quando vtilis ꝛ nõ necessaria. qñ mortifera ꝛ letalis. S.
De facto petri si errauerit reprehẽsus a paulo gala. 2. T.
An baptisati a iohanne erant rebaptisandi. U.

Questio tertia

Utrum omnes suscipientes baptismu3 equaliter recipiãt baptismi effectũ. A.

Articulus primus

Utrũ in baptismo caracter iprimatur. B.
Quid est caracter. B.
De caracteris conditione. B.
De impressione caracteris. C.
Quid cogit caracterem ponere. C.
In qua potentia ponitur caracter. C.
Caracter est forma absoluta non relatiua. C.
An i diuersis sacris sit idẽ caracter. C.

Articulus secundus

Utrum in baptismo grã infundatur similiter et cetere virtutes theologice spes ꝛ fides. D.
Cuilibet rite suscipienti baptismum infunditur gratia ac virtutes theologice alie ſm morales. D. E.
Utrum charitas sine certis virtutibus theologicis possit infũdi i baptismo. E
Quare virtutes theologice infunduntur in baptismo ipsis paruulis cũ nondu3 pñt exercere actus illorum habituum. F.

Articulus tertius

Utru3 in baptismo omnis culpa dimittatur. G.
Gratia ꝛ culpa nõ sunt proprie Ɖria. G
Non põt probari naturali ratione oẽm culpam in baptismo dimitti. H.
Utrum culpa originalis in adulto posset dimitti in baptismo sine culpa actuali. H.
An rite suscipienti baptismum omnis pena dimittatur. J.
Quare baptismus non iteratur. K.
Non omnes suscipientes baptismum equaliter recipiunt omne3 baptismi effectum. quia licet caracterem omnes recipiant sed non gratiam. et illam diffe-

renter. L.

Peccatum veniale nullo modo prohibet gratiam infundi. L.

Stat vnum puerum in baptismo maiorem gratiã alio recipere propter deuotionem parentum ministri ⁊c. sed non virtute baptismi. M.

Utrum de lege ordinata gratia vnius adulti possit esse equalis vel minor ꝙ̃ gratia baptismalis vnius paruuli. O.

Stat adultũ cathecuminũ ante baptismũ mereri tantam gratiam quanta cõfertur paruulo in baptismo. O.

An gratia baptismi ⁊ gratia meriti paruulis sint comparabiles. O.

Questio quarta.

Utrum sacramentũ confirmationis sit sacramentum no. le. A. E.

Confirmatio quid est. B.

De materia huius sacramenti et eius forma ac ministro et suscipiente. B. D.

De effectu huius sacramenti. B.

De differentia effectuum huius sacramenti ab alijs. ⁊ si conferat gratiam. D

De institutione hui⁹ sacramẽti. E. F. H

Quare hoc sacramentũ dicitur manuũ impositio. F.

Quibus contulit christus hoc sacramẽtum. an paruulis aut adultis. et quando. H.

Utrum hoc sacramentum sit necessariũ ad salutem. H.

Utrum hoc sacramentũ sit iterabile. H

Que sit pena iterantium hoc sacramẽtum. J.

Questio quinta.

Utrum idem corpus christi localiter sit in celo ⁊ realiter in eucharistie sacramẽto. A.

Quid est eucharistia. B.

De materia huius sacramenti. B.

De forma huius sacramenti. B.

Que sit precisa forma consecrationis panis ⁊ vini. B.

De verbis precedentibus ⁊ sequentib⁹ consecrationem ad quid ꝓferuntur. B

Quis est minister hui⁹ sacramenti. C.

Ut creatura sacramentũ eucharistie cõficiat. tres requiruntur conditiones. C

Ad rite conficiendum hoc sacramentũ aliqua requiruntur ex parte sacramenti aliqua ex parte ministri. Ex parte ministri plura requiruntur.

Quis est suscipiens hoc sacramentũ D

Sacramentum eucharistie potest sumi quadrupliciter. D.

De effectibus eucharistie. E.

De differentia ⁊ excellẽtia huius sacramenti super alia. F.

An panis azimus vel fermentatus vel vterꝫ sit materia hui⁹ sacramenti. G.

An christus confecit in azimo vel fermentato. G.

An liceat conficere in azimo ⁊ fermentato. G.

Utrum apponere aquam sit de necessitate sacramenti.

Quando christus hoc sacramentũ instituit aut quando primo consecrauit. H.

Quid demõstrat per ly hoc in illa ꝓpositione hoc est corp⁹ meũ ⁊ quid significat. H.

Utrũ minister conficiẽs in peccato mortali vel sine confessione de mortali. peccet mortaliter. J.

Utrum minister obligatus duabus personis cuilibet sub hac forma. dicam pro te vnã missaꝫ possit satiffacere pvnã. K

Sacerdotem ꝑncipaliter celebrare pro anima alicui⁹ intelligitᷣ dupliciter. K.

Utrum missa celebrata pro plurib⁹ generaliter tantũ valeat vnicuiꝫ ac si pro quolibet eoꝝ celebraretur. L.

Opus aliqḋ factũ in ecclesia ꝑ aliquo intelligitur valere dupliciter. L.

Utrum hoc sacramentum tantũ debet sumi a ieiunis. M.

Quid si sacerdos ex negligentia sumit aquam pro vino. M.

Utrum a quolibet debet sumi sub vtraꝫ specie. M.

Utruꝫ de necessitate salutis sit sumere sacramentum sanguinis. N.

Utrum corpus christi sit in sacramento adorandum simpliciter ⁊ absolute vel sub conditione. O.

Articulus secundus

Utrum idem corpus xp̄i localiter sit in

celo et realiter in eucharistie sacro. P.
Corp⁹ multipliciter accipitur scꝫ de substantia quātitate et qualitate. P.
Secundū illam acceptionem auc. infert plura corpora de habitudine alia et alia corporis xpi. Q.
Si aliquis in triduo cōsecrasset ibi fuisset corpus de genere q̄litatis et nō quātitatis vel substantie. Q.
Licet idē corp⁹ xpi sit realiter in sacro et localiter in celo tn̄ in sacro solū est diffinitiue et in celo circunscriptiue. R.S. hec cōclusio impugnatur. Z. vide solutionem. AA. BB. CC. DD. EE.
Aliqd esse diffinitiue in loco qd est. R.
Aliquid esse in loco circunscriptiue qd est. R.
Ockam lecturam sententiarum condidit oxonie. R.
Fecit et repertorium. RR.
Quō idē corpus numero pōt ſm se totum esse in diuersis locis. S. hoc dictuꝫ multipliciter impugnatur et adducuntur multa inconueniētia. Z. quoꝝ solutionē vide ibi. BB. CC. DD. EE.
Quō mlte partes eiusdē corporis possunt esse in eodem loco simul. S.
Licet corpus xpi q̄tum in celo sit in sacramēto. tn̄ non est in sacro q̄tum. T.
Licet corpus xpi q̄tum et corporea xpi quātitas sit in celo et in sacro tn̄ non est corpus xpi q̄tum aut corporea q̄titas in sacramēto. R. hec cōclusio impugnatur. FF. Soluuntur rationes. GG. FF. HH. II.
Opinio venerabilis inceptoris que ponit q̄ q̄titas idemptificatur rei quante magis consonat positioni fidei opinio Scoti opposita. V.
Nulla res est essentialiter seu de ratiōe sua extrinseca quātitas continua. V.
Auctor sumit nomē q̄tum generaliter pro q̄titate discreta. et ideo ponit aliq̄s ꝓpositiones que videnť repugnare verbaliter positioni Ockā sed in nullo penitus discordāt attēdendo qd nominis terminoꝝ q̄tum et quātitas. X.
Licet corpus xpi habeat in celo ordinē partiū in toto et ordinē partium in loco sed nullo modo talē ordinē habet in sacramento. Y. hanc improbat adā. KK
Auc. vero tenet oppositū. LL.
Corpus christi existens in sacramento non est ibi situaliter. Y.
Possibilis est ordo partium in toto absq̄ ordine partium in loco sed non habꝫ locum in sacramento. Y.
In sacramento stat organica partiū distinctio et per ꝯn̄s partium perfectionalis ordo et nulla confusio. Y.
Auc. arguit ꝯtra p̄dicta inducēdo multa incōuenientia. Z. q̄ soluit. AA.
Quō corp⁹ xpi existēs in celo et manēs ibidē incipit esse in sacro an moueatur localiter de celo per mediū. AA.
Aliquid moueri localiter potest tripliciter imaginari. AA.
Sicut corp⁹ xpi est in diuersis locis diffinitiue ita posset esse in diuersis locis circunscriptiue. BB.
Contraria simul loco et tempore inesse idem subiecto ſm se totum est possibile per diuinam potentiam. BB.
Que est diffinitio cōtrarioꝝ. BB.
Impossibile est p̄uatiue aut ꝯ̄dictorie opposita verificari de eodem. BB.
An motum et quiescens sunt ibi priuatiue oppositi. BB.
In codeꝫ possunt esse simul actus adulterij et actus peccati pro codeꝫ tempe et non eñ repugnat vt actus sunt sed nō sequitur q̄ ideo ideꝫ peccet mortaliter et mereatur vitam eternam simul tp̄e in eodem siue diuersis locis. CC.
Aliquis existēs rome simul tempe potest esse Parisius nec dubitet se esse cōstitutus rome. DD.
Stat aliquē esse vbiq̄ de potētia dei. et apparere mille hoīes vincere in bello mille homines hic saltare alibi comedere etc. DD.
Licet eēvbiq̄ soli deo de facto ꝯueniat tn̄ nō est ꝓpriū dei q2 pōt ei nō conuenire patet ante creationem mūdi. DD.
Quomodo saluatur transitus cum de extenso fit non extensū et econuerso aut cuꝫ aliquid existens circunscriptiue in loco fit diffinitiue in loco. EE.
De extenso fieri non extensum et econuerso intelligitur multipliciter. EE.

Quantũ continuũ vel quãtitas ꝯtinua quid est an substãtia vel accidens. FF.

Omnis res ꝓprie vna habens partem distantẽ a parte est quãta continua per suas partes essentiales vel integrales ⁊ non per accidens inherens distinctuȝ realiter a substantia ⁊ qualitate qͦ dicatur quantitas. FF.

Omnis quãtitas cõtinua est substãtia vel qualitas habens partem ab alia pꝫte distantem ⁊ econuerso. HH.

Quantitas ꝯtinua est extensio siue extra positio vel distantia partium faciẽtium vnum totum. HH.

Ad extra positionẽm siue extensioneȝ partium nõ requirit̃ nisi ille partes distantes ⁊ cause eaꝝ essentiales intrinsece si habẽt ⁊ cause extrĩsece puta faciẽtes ⁊ finis nec requiritur aliqua quãtitas superaddita. HH.

Licet isti termini substãtia q̃litas quãtitas ꝓ eodẽ supponũt ꝑ hoc tñ nõ ꝯfũdunt̃ nec diminuũtur p̃dicamẽta. HH.

Ockã cõmẽdat̃ in elegãti tractatu suo quẽ edidit de venerabili eucharistie sacramẽto vbi oĩs illa materia per auctorem collecta late tractat̃ a capitulo. 12. vsq; in finem. HH.

Improbatur multipliciter illa ꝓpositio implicans. q̃cunq; aliqua sunt idẽ realiter vbicũq; est vnũ ibi ẽ ⁊ reliquũ. HH

Quãtitas est accidens. ad quẽ sensum concedit̃. non obstante ꝙ aliq̃ q̃ãtitas idẽptificat̃ substantie quãte. HH.

Nomen accidẽs triplicit̃ accipitur fm Ockã ⁊ Anſ in monologion. ⁊ per hãc distinctioneȝ multe saluantur ꝓpositiones que pluribꝰ vident̃ absurde. HH.

An plura corpora naturaliter possunt esse simul. II.

Corpus capitur dupliciter. II.

De penetratione dimensionum quõ cõceditur ⁊ quomodo non. II.

Quare aliqbꝰ dimensionibꝰ repugnat esse simul. aliȷs vero nõ repugnat. II.

Adam tenet ꝙ corpus xp̃i in sacramento habet ordinem partium in toto absq; ordine ꝑtiũ in loco. Et sic corpus xp̃i est q̃tum ꝯtinuũ in sacr̃o. sȝ non extensum qꝛ extensio cõnotat vltra q̃tuȝ vel quantitas cõtinua partes situaliter distare. licet nõ sit accidẽs. KK.

Huiꝰ oppositũ tenet auctor cõcordãdo cum Ockam. LL. Et supra. Y.

In sacramẽto caput xp̃i nõ magis vnitur corpi aut cõtinuat̃ collo q̃ pedibus vel digito contra Adam. LL.

Sicut q̃libet ꝑs charitatis in aĩa vnit̃ cũ q̃libet. ita q̃libet ꝑs substãtie corꝑis xp̃i vel albedinis eiꝰ in sacramento vnitur cũ q̃libet nõ tñ equaliter. LL.

Nec substãtia corꝑis xp̃i nec corꝑea eiꝰ q̃litas est q̃tuȝ continuũ in eucharistia plus q̃ charitas in anima. LL.

Quicquid est q̃tũ ꝯtinuũ est extensum nec põt imaginari cõtinuitas sine extẽsione. LL.

Quicquid habet ordinẽ partiũ in toto habet ordinem siue positionẽ in loco si totũ sit ĩ loco ideo nec corpꝰ xp̃i nec aliq̃d eiꝰ habet in sacr̃o positionẽ partiuȝ in toto absq; ordine partiũ in loco. LL

Articulus tertius.

Utrum omnis actio ⁊ passio ⁊ om̃e accidens qͦ inest corpi xp̃i existenti in celo possit eidẽ inesse existẽti in eucharistie sacr̃o. MM. Solutio datur. RR. concordatur cũ Ockã in repertorio. 4. q. 7 vbi euȝ sequitur auc. in hac materia.

Actio ⁊ passio sumũt̃ multiplr̃. MM.

Questio intelligitur de posse naturali. MM.

Non est incõueniẽs idẽ agere in seip̃m tam actiõe sp̃uali q̃ corꝑali. MM

Utrũ xp̃s in sacr̃o posset habere omnẽ actionem ⁊ passionẽ determinatam ad formã absolutã inherentẽ posso cuiꝰ p̃ncipium est natura corporalis. MM.

Recitatis opinionibꝰ duabꝰ quarũ vna est scoti ⁊ eis improbatis. MM.

Respondet auc. affirmatiue. NN.

Corpus xp̃i põt in hostia videri oculo corꝑali exñte extra hostiam. NN.

Corpus xp̃i põt in hostia calefacere hostiam ⁊ calefieri ab ea. NN.

Utrum xp̃s in sacramento posset habebere omnem actionem ⁊ passionem terminatam ad vbi cuius principiũ est natura corporalis. OO.

Recitatis opinionib9 rñdet ad dubiuz φ corp9 xpi potest moueri localiter in sacramento a creatura mouente et non solum a deo. OO. PP.
Anima xpi nõ põt corpus suũ in sacramento mouere localiter organice. PP
Quid est potentia organica ⁊ potentia non organica. PP.
Quid est mouere organice ⁊ non organice. QQ.
Nota hostia anima ĩtellectiua xpi mediante volũtate mouet corpus xpi sub hostia vna cum volũtate diuina. QQ.
Si anima xpi suspenderet actũ voluntatis sue ꝯ motu corporis tũc moueret corpus xpi a solo deo ⁊ non a sacerdote hostiam mouẽte. QQ.
An anima xpi potest corpus suũ separare ab hostia ita φ nõ moueat ad motum hostie. QQ.
Utrũ christus in sacramento posset habere omnem actionem ⁊ passionem ad formam absolutam et ad vbi terminatam cuius principium est natura pure specialis. RR.
Utrũ quicquid corpus agit vel patitur vbi est quãtitatiua necessario agat ⁊ patiatur vbi nõ est quãtitatiue. SS.
Utrum quicquid cõuenit corpori replicato ad diuersa vbi conuenit ei vbicun φ est. SS.
Quomodo corp9 christi sub hostia põt videri oculo corporali. cum non posset pars a parte discerni. TT.
Quomodo excusantur ille locutiones. hodie vidi corpus xpi. VV.
Utrum christus potest seipsum videre in hostia sicut si eẽt in diuersis locis circunscriptiue. VV.
An oporteat vt quis distet a se localiẽ cum vult se videre. VV.
Locus est equalis locato circunscriptiue existenti in loco non diffinitiue.

Questio sexta.

Utrum pane in corpus xpi transsubstãtiato accidentia eius remaneãt sine subiecto. A.
Quid ẽ trãssubstãtiatio ꝑm Scotũ. B.
Quid est trãssubstãtiatio ꝑm auc. D.
Aliquid dicitur transsubstãtiari vel cõuerti in aliud dupliciter. D.
Utrum panis transsubstantietur in corpus xpi. E. F.
Utrum transsubstãtiatio sit aliqua mutatio ⁊ ad quid terminatur. G.
Utruz transsubstantiatio possit esse alicuius substantie remanentis in esse reali in aliam preexistentem. H.
Utrum oportet substantiam in quã fit transmutatio mutare locum. J.
Esse in loco siue circũscriptiue siue diffinitiue accidit transsubstantiationi. J.
An panis de facto annihiletur. K.

Articulus tertius

Utrum accidentia panis maneant in subiecto recipientis pluribus opinionibus ⁊ improbatis eisdem. J.
Respondet auc. K.
Termin9 accidẽs sumitur dupliciẽ. K.
Utrum accidens separatum potest esse principium generandi substantiam. L.
Utrũ accidens separatũ potest esse principium corrũpendi substantiam. L.
Utrum posset transmutari ad quantitatem. M.
Utrum ad substantiam. N.
Utrum accidentia in sacramento possunt corrumpi ab agente creato. N.
Utrum ex illis posset substantia generari a deo. N.
Utrum posset transmutari ad qualitatem. O.
Utrũ illa accidentia possint nutrire. P

Finis questionum librorum sentẽtiarũ vna cum principijs eorũdem

Recommendatio sacre

scripture ostendens φ xpus edificauit ecclesiam suam super sacram scripturam tanφ super firmam petram per totum.

Principiũ biblie in marcũ

Recommendatio theologie per modũ collationis per totum.


Questio in vesperijs de-

terminata per eundem dñm petrũ ꝛc.
Utrum petri ecclesia lege reguletur.A
Responsio ad dubium in fine questionis.R.
Magna huius questionis pars habetur supra in principio primi sententiarum.fere per totum.
Lex multipliciter accipitur.B.
Sicut voluntas diuina est simpliciter prima causa in genere cause efficientis sic ipsa est lex simpliciter prima in genere legis obligantis.B.
Sicut nulla causa secunda potest agere prima causa non agente sic nulla lex potest obligare ipsa non obligante.B.
Lex diuina multipliciter accipitur.C.
Lex christi accipitur multipliciter.D.
Quomodo lex seu regula est rationali creature pro statu vie perfectissima lex creata.D.
In principio primo.O.
Lex naturalis vel humana vel etiã lex diuina mosaica viatori non est lex perfectissima creata.E.
In principio primo.O.
Lex christi vocalis mentalis vel scripta apprehensiua vel adhesiua si non sit ex fide infusa nõ est viatori perfectissima lex creata.E.
Item in principio primo.O.
Lex christi sola seu doctrina id est fidei infuse habitus vel actus quem viator habet de ea.est sibi ꝑfectissima lex creata.E.
In principio primo.O.
Sicut virtus iusticie solum est in mente et non in scripto vel in voce.sic in ipsa est ꝓprie lex seu regula iuste vite.F
Item in principio primo.P.
Sicut vox audibilis non est lex proprie sic nec scriptura legibilis sed solũ equiuoce.F
In principio primo.P.
Sicut ad lex legis christi habitualez fidez omnis viator obligatur.Sic ab ei⁹ actuali fide nullus adultus capax excusatur.F.
Item in principio primo.P.
Ecclesia valde mltis modis accipit.H
Ecclesia militans accipitur plurib⁹ modis.H.
Quid est ecclesia militans.H.
Ecclesia Petri dupliciter sumitur.I.
Petrus apostolus ex institutione christi primatum habuit vniuersalis ecclesie ac episcopatuz tenuit romane ecclesie.I.L.
Petrus apostolus prius tempore summus pontifex fuit ꝙ episcopus romane ecclesie.I.L.
In petro ꝛ alijs apostolis fuit potestas ordinis et potestas regiminis ligandi et soluendi et subiectos salubriter ordinandi.L.
In petro et ceteris apostolis fuit equalis potestaz ordinis sed nõ equalis potestas regiminis.L.
Pontificatus summus et pontificatus romanus sunt pontificatus distincti et possent separari et tunc ecclesia romana nõ esset caput omniũ ecclesiarũ.M.
Aliquid regulari lege intelligitur dupliciter.N.
Legi conformari vel difformari intelligitur dupliciter.N.
Ex sacra scriptura conuincitur ꝙ semper est aliqua ecclesia que christi lege reguletur.P.
Ex sacra scriptura nõ ꝯuincitur ꝙ semper est aliqua ecclesia particularis que christi legis regule confirmetur.P
Ex sacra scriptura conuincitur ꝙ semper est aliqua vniuersalis ecclesia que nunꝙ xp̄i legis regule difformetur.P.
Semper in ecclesia vniuersali erũt plures adulti illustrati veritate fidei ꝛ plures iusti formati veritate spei ꝛ plures electi inflammati charitate dei.Q.
In quo consistit cõformitas ecclesie ad christi legem siue regulam.R.

Questio de resumpta.

Utrũ petri ecclesia fide confirmetur.A responsio est in.M.
Ecclesia petri quid est. Et ꝙ accipitur multipliciter.B.
Fides accipitur multipliciter.B.
Confirmatio accipitur multipliciter.C
Licet tam christus ꝙ eius vicarius petrus inquãtũ caput ecclesie habuit mo

Finis totius tabule.



Incipit principium in primum sententiarū Reuerēdi in xp̄o patris: ⁊ dn̄i magistri Petri de aillyaco. in sacra pagina pfessoris fama (sup ethera) noti necnō cardinalis quondā cameraceñ. meritissimi: q olim in humanis adhuc degēs. resolutissimi doctoris: magistri Johannis de gerson: parisiensis cācellarij: preceptor erat colēdissimus: et ꝙ venerandus.

A

Uenam doctrina hec noua.

Q. Ista questio mouetur Marci primo capit. quā alias in eiusdem libri principio assumptā pro themate iterū resumo. Reuerendi patres magistri ac dn̄i carissimi. Ego sensu puer ⁊ modicus intellectu: paup ⁊ mēdicus: cuius mētis acies ignorantie nebulis inualida. cui⁹ mētis facies culpe maculis sordida ē. cui⁹ aspect⁹ ignorātie cecitate ad ima deijcit. cuius affectus culpe grauitate trahit ad ifima. dū in excellentē lucem doctrine xp̄i noue pspicere cogito: dū ad transcendētē apicē noue legis euangelice assurgere cupio. sane ad hec insufficiēs penit⁹ deficio: sed offēdit splēdor oculos: mentēq stupor: ac tāte rei nouitate pcussus tot⁹ in admirationē rapior: ⁊ in admiratiue qstionis cogor prumpere verba: dicēs. Quenā doctrina hec noua. Nec miruz. Qualiter eñ noctua lucez intuebit: in cuius fulgore aqle visus limpidissimus tenebrescit? Qualiter fontales solis radios ituebitur talpa: si in eoz aspectu linceus oculus obtundat? Qualiter sublime pigmea breuitas tangere pyramidis sufficiet ad cacumē: vbi gygantea pceritas nō attingit. Qualiter inq ingenij mei Moses (ad illius doctrine verticē) plūbea transuolabit. cuius tanta est altitudo vt sup sydera ad montez seraphim extollat? Sane hoc nō video vllo posse fieri mō. Quare mēte ɔfusus erubesco et in admiratiue qstionis cogor prorūpere verba dicēs. Quenā doctrina hec noua. Quid igit dilectissimi: qd in tanto laberintho posit⁹ factur⁹ sim ignoro qd dicturus sim nescio imo plane scio. Cōuertā eñ me ad Jesum deū meuz ⁊ iplorabo misericordiaz ei⁹. Cuius ei⁹? Eius certe cuius misericordie nō est finis. Cuius mīe nō est numerus. Cuius miserationes sup oīa opa eius. in ps. Cuius eius. Eius q humilib⁹ dat gratiam. Jaco. 4. qui ṗpe est oībus inuocātib⁹ eū. in ps. Cuius eius. Eius a quo omnia imo per quē oīa ⁊ in quo oīa. ad coll. 1. A quo oīe datū optimū et oīe donū pfectuz. Jaco. 1. Cui⁹ eius? Eius sine quo factū est nihil. Jo. 1. Sine quo (vt ait Plato) nullū rite formaē exordiū. Cōuertā igit: cōuertā me ad eū: et ei⁹ misericordiā corde ⁊ ore his vbis suppliciter implorabo. Sūme parēs eterne deus viuēsq potestas. Unica forma boni. recti via. limes honesti. Fons vite sol iusticie. pietatis asiluz. Rerū causa manens rō: noys alma. sophia vera. salus verusq diēs lux nescia noctis. Tu dn̄e Jesu magister bone doctor optime cui data ē ptās in celo ⁊ in terra: cui thesaurus grarū. cui clauis sciētiaꝝ cui distributio doctrinarum indulta est. q solus aperit ⁊ nemo claudit: q solus claudis et nemo aperit. Tu dn̄e irrora terram aridā. fecunda sterilē. doce cordis intima. solue labia peccatoꝝ. Tu dn̄e da lumē in corde. da verbū in ore. da celestem menti conscendere sedē. da fontem lustrare boni. da luce reperta in te ɔspicuos animi defigere visus. da bleso tua verba loqui: mutoq loquelam. Ego nāq peccator indignissimus. culpa onustior. indigētior gratia apud te bone Jesu lachrymis supplico. singulis interpello: vt me erudias in doctrina tua: vt me doceas in lege tua. Aliā eñ ɔfundor: ⁊ in admiratiue qstiōis cogor prorūpere verba: dicēs. Quenā doctrina hec noua. ¶ Mihi igit carissimi mihi talia supplicanti deuotius ⁊ attentius depcanti misericordis: miseratoris misericordia: misero misericorditer miseretur. Enimuero duz sic apud



dominuz p̄ces fundo.ecce videre vide=
oꝛ senē venerabilē italica grauitate se=
ueruz s3 gallica venustate serenū.Qui
tāꝗ hostiari⁹ euāgelice scole ꝓ aperiē=
dis pijs auditoꝛibus ianuis clauē poꝛ=
tans: q tanꝗ bedellus euāgelice scole
pꝛo castigādis hereticis virgaz gestās
qui tanꝗ euāgelice scole pedagog⁹ ꝓ
infoꝛmādis scolarib⁹ inter vtrāq3 ma=
num sentētiarū libꝝ ferēs.oīes ad do
ctrinā xp̄i nouaz suauiter allicit verba
hec ꝓferēs.Accedite inquit vos logici
qm̄ hic docet oīz sciendoꝝ sūma x̄itas
Naz summa veritas atq3 lumē rationa
lis anie nō nisi deus est. Accedite vos
phisici.quoniā hic docet oīm ꝓductoꝝ
pͥma causalitas. Nā oīs oīm naturarū
cause in deo sunt et oīm rerū causa nō
nisi deus est. Accedite vos ethyci.qm̄
hic docet oīm agendoꝝ vera honestas
Naz bona ⁊ honesta vita nō aliūde foꝛ
matur ꝙ cū charitas obseruat.hec aūt
deus est. Accedite politici. quoniā hic
docet oīm regēdoꝛū recta equitas.Nā
tūc regēde reipublice salus optime cu=
stodit cū cōmune bonū diligit. hoc aūt
summū atq3 verissimū de⁹ est.Hic eniz
docent logici q̄lit de⁹ nouit vt veritas
ego inquit veritatē dico quare vos nō
creditis mihi.Joh.8.Hic docentur phi
sici q̄liter deus agit vt causalitas.Ego
inquit suz alpha et o principiū et finis
Apocal.1.Hic docentur ethyci quali=
ter deus amat vt charitas.qꝛ deus cha
ritas est et q manet in charitate in deo
manet et deus in eo.1.Joh.4.Hic do=
centur politici qualiter deus regnat vt
eq̄tas.qꝛ ipse iudicatur⁹ est oꝛbē i eq̄ta
te.Actuū.17.Hec igit noue xp̄i doctrīe
sūma inꝗ h̄ est.hui⁹ libri sniarū breui⁹
snia.His itaq3 auditis summa cū exul=
tatiōe accedo ego ad hūc venerabilē se
nē pedes ipsius multiplici osculoꝝ im
pꝛessione cōsignans eidē viua voce sa=
lutatiōis offero libamēta.ipm̄q3 de do=
ctrina sua interrogās in admiratiue q̄=
stionis cogoꝛ ꝓrumpere verba:dicens.
Quenaz doctrina hec noua. Que fuit
questio a p̄ncipio pꝛoposita vestris re=
uerentijs sepius repetita. Ad quā quī

dez questionez p̄fatus ille venerabilis
senex apto suo sentētiaꝝ libꝛo in q̄dri=
partito eiusdē volumine sub q̄druplici
cōclusiōe respōdet. Prima est ꝙ hec ē
doctrina ꝑ quā summa dei mysteria se
creti⁹ reuelant in p̄mo.Scd̄a est ꝙ hec
est doctrina ꝑ quā noua mūdi vestigia
subtili⁹ declarant in scd̄o.Tertia ē ꝙ h̄
est doctrina ꝑ quā mira verbi ꝯmertia
sublimius reserant in tertio.Quarta ē
ꝙ hec est doctrīa ꝑ quā pia lapsi reme
dia suaui⁹ ꝓpinant in quarto. Per ip=
saz nāq3 reuelant secreti⁹ velata myste
ria summe trinitat̄ quo ad p̄muz.Per
ip̄az declarant subtili⁹ creata vestigia
noue entitatis.quo ad scd̄m.Per ip̄az
reserant sublimi⁹ sacra cōmertia mire
charitatis.quo ad tertiū. Per ip̄am ꝓ
pinant suaui⁹ oblata remedia pie sani
tat̄ quo ad quartū.Nā in hoc quadri=
partito sentētiarum libꝛo tractat magi
ster q̄druplex doctrine xp̄i noue ⁊ euā=
gelice leḡ archanū euāgeliste Johāni
diuinit⁹ inspiratuz.Joh.1.ca.Primū ē
ꝙ in p̄ncipio erat verbū et verbuz erat
apud deū ⁊ de⁹ erat x̄buz.qd̄ est beate
trinitatis summū mysteriū.in pꝛimo li
bꝛo. Scd̄m est ꝙ omīa ꝑ ip̄m facta sūt
et sine ipso factū est nihil. qd̄ est create
entitatis nouū vestigiū.in secūdo libꝛo
Tertiū est ꝙ verbū caro factū est qd̄ est
diuine charitat̄ mirū cōmertiū .in ter=
tio libꝛo.Quartū est ꝙ habitauit in no
bis ⁊ vidimus gloꝛiā eius.qd̄ est huma
ne sanitatis piū remediū. in quarto li=
bꝛo.Sic igit ꝑ doctrinā alti⁹ erigit hu=
man⁹ ꝓspectus.quo ad pꝛimuz.dulci⁹
instruit humanus aspectus.quo ad se=
cundū.recti⁹ dirigit huminus ꝓfectus.
quo ad tertiū. mitius coꝛrigit human⁹
deffectus.quo ad quartū.Nā magister
in hoc sententiaꝝ libꝛo coꝛrespōdenter
ad p̄missa.Ad erigenduz pꝛospectū ho
minis agit de cognitiōe dei ꝑfecti lumi
nis.in p̄mo.Ad instruendū aspectū ho
minis agit de creatiōe mūdi effecti ger
minis.in secūdo. Ad dirigendum pꝛo=
spectuz hominis agit de cōmuniōe ver
bi affecti numinis.in tertio.Ad coꝛrigē
dū defectū hoīs agit de curatōne lapsi

in facti seminis.i q̃rto. Hec sunt igitur q̃stiones responsales ad q̃stionē ꝓpositā q̃s magister sniarū ptractat. De quarū prima nūc solū dicendū est reseruatis alijs suis locis. Prima igitꝰ cōclusio ē huic pmo libro sniarum respondēs: scꝫ ꝙ hec est doctria p quā summa dei mysteria secretiꝰ reuelant. p ipam nāqꝫ reuelant secretius velata mysteria sūme trinitatis. Nā i hoc pmo sniaꝝ libro tractat magister illud doctrine xp̄i noue ⁊ euāgelice legis archanū: euāgeliste Johāni diuinitꝰ inspiratū Joh.i. In pncipio erat verbū ⁊ verbū erat apud deū ⁊ deꝰ erat verbū. Qd̄ est hic trinitatis summū mysterium. Ubi q̃so videte carissimi circa mysteriū summe trinitatis q̃ttuor secretiꝰ reuelari. Primū est paternalis originatio: qꝛ in pncipio.i. in pr̄e. Secundū est filialis emanatio: qꝛ erat vbū.i. filiꝰ. Tertiū est psonalis distinctio: qꝛ verbū erat apud deū. Quartū est essentialis vnio: qꝛ deꝰ erat verbū. Hec est enī huiꝰ pmi libri sniarū pncipalis materia ⁊ snia gn̄alis. Sic igit p hanc doctrinā altiꝰ erigitꝰ humanꝰ prospectꝰ. Nā magister in hoc pmo ad erigendū ꝓspectū hoīs agit de cognitiōe dei pfecti luminis. ondens quātū humana patitꝰ imbecillitas q̃liter deꝰ est sine q̄litate bonꝰ: sine diuersitate trinus: sine vicissitudine genitꝰ: sine duratōe ꝓductꝰ: sine trāsmutatiōe missus: sine cōmutatiōe datꝰ: sine q̄titate eq̄liter magnꝰ sine mltiplicitate mltiplicitꝰ noiatꝰ: sine momēto vndiqꝫ sempitnꝰ: sine loco vbiqꝫ totꝰ: sine mutabilitate oīa mutabilia faciēs sine necessitate oīa cōtingētia pficiēs: sine fatigatōe oīa potēs: sine affectiōe oīa volēs: sine repugnātia oībus psidēs: sine fallacia oībꝰ pcipiēs. Hec est itaqꝫ prie cognitiōis snia. hec ē huiꝰ libri pmi sniarū doctrina p quā ad dei cognitionē humanꝰ ꝓspectꝰ altius erigitur. p quā deꝰ humano intellectui cōtemplādus ostēditur. Nūc quidem per speculū ⁊ in enigmate quousqꝫ facie ad faciem beatifice videatur. Qd̄ nobis cōcedere dignetꝰ: qui est bn̄dictꝰ in secula scloꝝ. Amen. B

Uxta thema et circa materiā huiꝰ libri. imo gn̄aliter circa totā doctrinā legis xp̄i. talem formo titulū questionis. Utrū doctrina xp̄i noua sit lex pfectissima. Arguitur ꝙ nō. quadruplici ratōe. Primo qꝛ ipsa nō est in preceptis rectissima. Secundo qꝛ ipsa nō est in credēdis certissima. Tertio qꝛ ipsa non est in meritis gratissima. Quarto qꝛ ipa nō est in p̄mijs iustissima. Igitꝰ ipsa nō est lex perfectissima: cōsequētia est manifesta: qꝛ lex perfectissima debet habere illas q̄ttuor conditiōes: sed assumptū ꝓbatur per singulas ptes. Primo probatur ꝙ lex xp̄i non est in pceptis rectissima: qꝛ illa lex non est in preceptis rectissima q̄ precipit facere illa que volūtas diuina non vult fieri: ⁊ ꝓhibet facere illa q̄ voluntas diuina vult fieri: sꝫ lex xp̄i est huiusmodi. igitꝰ ⁊c. maior patet: qꝛ lex rectissima debet esse conformis cū volūtate diuina. Sed minor probatur qꝛ lex xp̄i pcipit mlta bona opa q̄ nō fiūt ⁊ mlta mala ꝓhibet opera q̄ fiunt. Nā multi peccāt obmittēdo vel cōmittēndo cōtra legē xp̄i. Sed oīa opera q̄ nō fiunt deꝰ nō vult fieri: ⁊ oīa opera q̄ fiunt vult fieri. Ideo dicit euangelista. Omnia p ipm facta sunt ⁊ sine ipso factū est nihil. Joh.i. quare ⁊c. Secundo ꝓbatur: ꝙ lex xp̄i nō est i credēdis certissima que docet credere illa que sunt ꝯtra ratione ⁊ quoꝝ opposita sunt consona rationi. Sed lex xp̄i est hmōi. igitꝰ ⁊c. maior patet: qꝛ lex certissima debet esse ꝓbabilis ⁊ rationi cōsona: sed minor ꝓbatꝰ: qꝛ lex xp̄i docet credere vnā essentiam simplicissimā esse tres res ⁊ quālibet illarū vnā ⁊ eandē personam esse hoīem ⁊ deum: vnā rem indiuiduā esse in pluribus diuersoꝝ locoꝝ distantiū ⁊ alia multa que apparēt manifeste ꝯ rōnē ⁊ quoꝝ opposita apparēt ꝯsona rationi. Ideo dicit apostolus: ꝙ fides ē sperandarum rerum argumentū non apparentiū. ad Heb.xi. quare ⁊c. Tertio ꝓbatur ꝙ lex xp̄i non est in meritis

gratissima:qꝛ illa lex non est in meritis gratissima q̄ imperat aliqd qđ si non fiat demeritoriū est:⁊ si fiat nō ē meritoriū:sed lex xpī est hmōi.igiť ⁊c. Maior patz: qꝛ lex gratissima debet esse leuis ⁊ promptior ad merita:q̄ ad demerita Sed minor probať:qꝛ lex christi imperat credere articulos fidei. Unde apl's ait. Sine fide īpossibile est placere deo Credere eñ oportet accedentē ad deū ⁊c. ad Heb. xi. sed nō credere demeritoriū est qꝛ qui nō crediderit ꝯdemnabiť Marci. vlti. Credere vero non est meritoriū:qđ declaro sic. qꝛ nullus act⁹ meritorius est:q non est liber seu in libera hoīs potestate. sed actus credendi non est liber:cū sit actus intellectus ⁊ nō voluntatis:nec articulos fidei credere est in libera hoīs potestate:qꝛ pari ratiōe esset in libera homīs potestate opinari quecunq̄ vellet:cū difficilius sit causare assensum firmū ⁊ sine formidine:qualis est assensus fidei q̄ assensum dubiū et cū formidine:qualis est assensus opinionis:⁊ tñ ad experientiā patet q̄ homo non potest libere opinari quecunq̄ vult. quare ⁊c. Quarto probatur q̄ lex xpī nō est in p̄mijs iustissima:qꝛ illa lex non est in p̄mijs iustissima que tribuit malis maius suppliciū q̄ bonis p̄miuz. sʒ lex christi est hmōi. igiť ⁊c. maior patet:qꝛ lex iustissima debet esse mitis et pronior ad p̄mia q̄ ad supplicia. sed minor ꝓbatur: qꝛ lex christi tribuit malis suppliciū qđ est maius malū q̄ premiū beatificū sit bonum. Quod declaro sic: quia ſm legē xpī duplex est pena malorū:scʒ pena damni ⁊ pena sensus. Unde christus. Discedite inqt a me maledicti in ignē eternum. ⁊c. Matth. 25. Ubi primo tangitur pena dāni que est priuatio premij beatifici cum dr. Discedite a me maledicti. Secūdo tāgiť pena sensus. que ē afflictio infernalis tormēti:cū dr in ignē eternū. Sed sola pena dāni siue priuatio p̄mij beatifici est tam mala q̄ bonū est ipsum p̄miū beatificū:qꝛ malicia alicuius ꝑuationis nō potest mēsurari nisi ex quātitate boni qđ ipsa priuat ⁊ per consequēs vtraq̄ pena simuľ est maius malū q̄ p̄miū beatificū sit bonū. Quare ⁊c. Et hec pro parte negatiua questiōis. In oppositū vero ⁊ pro parte affirmatiua arguiť sic. Legislatoris ꝑfectissimi debet esse lex perfectissima. sed christ⁹ fuit ꝑfectissim⁹ legislator qui ait. Non veni legē soluere sʒ adimplere. Matth. 5. Igitur ⁊c.

Pro dearticulatiōe ꝓposite questionis animaduertēduz est. q̄ licʒ doctrina legis christi multipliciť possit ostendi ꝑfecta. tamē in speciali ꝓut ad ꝓpositū sufficit eius ꝑfectio potest quadrupliciter declarari. Primo ex ꝑfectione preceptoꝝ que ab ipā iubētur. Secūdo ex perfectiōe credēdoꝝ que in ipā docentur. Tertio ex ꝑfectione meritoꝝ q̄ sub ipsa habenť. Quarto ex ꝑfectiōe p̄mioruʒ que ex ipsa debentur. Ideo iuxta quattuor p̄dicta puncta ⁊ correspondēter ad quattuor argumēta ante oppositū facta:titulū ꝓposite questiōis diuidam in quattuor titulos partiales. circa quattuor libros sentētiaꝝ diuina fauente gratia pertractādos.

Primus erit vtruʒ lex christi sit in preceptis rectissima.

Secundus erit vtrum lex christi sit in credendis certissima.

Tertius erit vtruʒ lex christi sit in meritis gratissima.

Quartus erit vtrū lex christi sit in premijs iustissima.

Unde sub predictis quattuor titulis in quattuor libris sententiarū principijs quattuor tractabo difficultates tactas in quattuor argumentis factis. ꝓ parte negatiua questionis. Prima erit de legis christi et diuine voluntatis recta cōformitate. Scđa erit de legis christi et sue veritatis certa ꝓbabilitate. Tertia erit de legis christi meritoria credulitate. Quarta erit de legis christi premiatoria equitate.

Quantū igitur ad primum articulū nunc tractādū in quo queriť. Utrū lex christi sit in p̄ceptis rectissima. Uidendū est de legis xpī et diuine

voluntatis recta conformitate. Circa
quē articulū tres difficultates queren=
de sunt. & tres ꝯclusiões declarāde. In
prima videbit qualiter volūtas diuina
in gñe legis obligantis est ꝑma lex seu
regula. In scḋa videbit qualiter hec ꝑ
ma lex creature ratiõalis ē obligatoria
In tertia videbit qualiter huic ꝑme le
gi summe conformis est lex xp̄i seu do=
doctrina. Prima ꝯclusio erit. Sicut di=
uina volūtas in genere cause efficiētis
est prima efficiēs causa. sic ipa in gene=
re legis obligātis est ꝑma lex seu regu
la. Secūda ꝯclusio erit. sicut diuina vo
luntas est efficiens causa. qr vult aliq̄d
esse vel fieri. sic ipa est lex obligatoria.
quia vult aliquid ad aliqualiter esse vł
non esse teneri. Tertia conclusio erit. si
cut diuina voluntas est lex ꝑfectissima
rõnalis creature. sic lex xp̄i vel doctria
est signū ꝑfectissimū volūtatis diuine.
Ad declarationē aūt cuiusibz ꝑdicta
ruz conclusionū sic ꝓcedaz. Primo pre
mittam aliquas ꝓpositiões ꝑambulas
Scḋo inferā aliq̄s ꝓpositiões correlari
as. Tertio ꝓponā aliq̄s ꝓpositiões col=
latiuas. Prima igit conclusio est. sicut
diuina volūtas in genere cause efficien
tis est prima efficiens causa. sic ipsa in
genere legis abligātis est ꝑma lex seu
regula. prima pars autem huius con=
clusionis cōmuniter cōcedit ab omibꝰ
philosophis. ideo supponit tanq̄ clara
sed ad declarationē secūde partis pre=
mitto aliquas ꝑambulas ꝓpositiones.
Prima ꝓpositio est. q̄ inter leges obli=
gantes vna est lex simpliciter ꝑma. ꝓ=
batur. quia sicut nō est processus in in=
finituz in causis efficiētibus. vt probat
philosophus. 2. methaphisice. capit. 3.
Sic non est processus in infinitū in le=
gibus obligantibus. Igitur sicut est de
uenire ad vnā primā causam efficientē
sic est deuenire ad vnam primā legem
obligantez. quia consimilis est ratio in
vno et in alio. quare. &c. Secunda pro=
positio est. q̄ nulla lex creata est simpli
citer prima. probatur. quia sicut nulla
res creata habet ex se potestatē crean=
di sic nulla lex creata habet ex se pote=
statem obligandi qr vt ait. aposto. Ro
manos. 13. Non est potestas nisi a deo
&c. Igitur sicut nulla res creata est pri
ma causa efficiens. sic nulla lex creata
est prima lex obligās. quia sicut prima
causa est deꝰ in causando. sic prima lex
in obligando. Quare. &c. Tertia pro=
positio est q̄ diuina volūtas est lex sim
pliciter ꝑma. probatur euidēter ex dua
bus predictis. qr sicut attribuitur volū
tati diuine esse primam causaz efficien
tem. sic attribuendū est eidem esse pri=
maz legem obligantem. quia sicut pri=
mum est perfectionis. sic et secundum.
quare. &c. Item probatur per augusti=
nuz. 22. contra Faustum. vbi dicit q̄ lex
eterna est diuina mens seu volūtas or=
dinem naturalez seruari iubens. turba
ri vetās. sed lex eterna est lex simplici=
ter prima. similiter nihil est prius volū
tate diuina. quare. &c. Et sic patet secū
da pars cõclusionis. &c. Quarta pro=
positio est. q̄ imposibile est rem aliquā
obligari ab aliqua lege: et nō sic obliga
ri a diuina voluntate probatur. quia si
cut impossibile est secundā causaz age=
re. prima causa non agente. sic impossi
bile est legem aliquam obligare. prima
lege non obligante. Naz sicut ꝑma cau
sa plus influit in effectum q̄ secunda.
vt dicit actor ď causis. sic ꝑma lex plus
obligat q̄ quis alia. quare. &c. Quin=
ta propositio est q̄ possibile est rem ali
quam obligari a diuina volūtate et nō
ab alia lege. Probatur. Quia sicut pri
ma causa aliquid agit cū causa secūda
non potest agere se sola sic ꝑma lex vel
regula quicquid obligat cum lege alia
potest obligare se sola. qr vtrobiq̧ con=
similis est ratio. quare. &c. Sexta pro
positio ē q̄ impossibile ē q̄ aliqua res
creata sit lex vel regula nisi sit diuine
voluntati consona. Probatur. Quia si
cut impossibile est q̄ aliqua res creata
sit causa nisi a prima causa. sic impossi
bile est q̄ aliqua res creata sit lex vł re
gula nisi a lege prima. Igitur sicut im=
possibile ē q̄ aliqua causa sit ꝑme cau=
se cõtraria. sic impossibile est q̄ aliqua
lex vel regula sit ꝑme legi dissona. qua=

re.&c. Sic igit probate sunt p̄dicte sex ꝓpositiones preambule.ex quib⁹ patet declaratio toti⁹ ꝯclusionis p̄me
Sed ex predicta conclusione et ei⁹ declaratiōe infero aliquas ꝓpositiōes correlarias. Primū correlariū est ꝙ nulla doctrina falsa est lex obligatoria patet ex sexta ꝓpositiōe q̄ꝛ nulla falsitas ē diuine voluntati consona cū voluntas diuina sit veritas summa igitur.&c. Ex quo sequitur ꝙ nec doctrina machometica nec doctrina Mosayca litteraliter intellecta: est lex dicenda. De doctrina enim machometica certum est fidelib⁹ ꝙ sit falsa de doctrīa mosayca ꝙ sit falsa litteraliter intellecta.satis patet. q̄ꝛ ap̄ls dicit. Littera occidit.2.Corinth.3.
Secundū correlarium est.ꝙ nulla conscientia erronea est lex obligatoria.patet sicut precedēs. Ex quo sequitur ꝙ licet quilibet obligetur ad nō agendū contra suā conscientiā.tn̄ nullus obligatur ad agendū s̄m suā ꝯscientiā erroneā. Primum patet. quia quicūqꝫ agit ꝯtra suā conscientiā peccat sicut patꝫ p̄ glosā magistri ad Roman.14. super illo verbo. Omne qđ nō est ex fide peccatū est. Secundū patet. quia cōscientia erronea nullū obligat sicut dictū est. Tertiū correlariū est ꝙ quicquid est iustū lege humana.est iustū lege diuina.patet ex quarta ꝓpositiōe.&c. Ex quo sequit ꝙ nullum principis edictū.prelati preceptum.politice statutū aut ecclesie decretū est iustū vel iuste obligatorium. nisi sit diuine legi consonū patet ex predictis et similiter per Augustinū de vera religiōe. caplo.22. &.libro.1.de libero arbitrio. vbi dicit ꝙ in temporali lege nihil est iustū qđ non ex eterna lege homīes sibi deriuauerint &c. Ideo sicut ostendit. Johānes salesberiēsis in suo policratico libro quarto ca.6. Omniū legū inanis est censura.si nō diuine legis imaginē gerat. Quartum correlarium est ꝙ quicquid est iustum iure poli.est iustum iure fori. et similiter econtra.patet ex predictis. Et similiter quia quicquid est iustum aliquo iure.ē iustū iure diuino. Et quicqđ diuino iure ē iustū.nullo iure est iniustū. vt clarū est.q̄re.&c. Ex quo sequit ꝙ quicqđ ē iustū in foro interiori ē iustū in foro exteriori. Et similit ecōtra patꝫ ex predictis.& similiter per articulū parisius condemnatum contra quosdam philosophātes.qui dicebant creationē esse impossibilē s̄m philosophiā.et esse possibilē s̄m fidē. Sic enī in ꝓposito irrationale esset dicere vnū ꝯdictoriorū esse iustum aliquo modo.et alterū alio mō. Quare &c. Quintū correlariū ē ꝙ omne peccatū est commissio vel omissio contra legis ꝓhibitionē vel p̄ceptū Unde hec ē ꝓpria descriptio peccati q̄ patet ex predictis. Et similiter per augustinū 22.contra Faustū. vbi dicit ꝙ peccatū est dictū vł factū vel ꝯcupitū contra legē eternā. Igitur.&c. Sextum correlariū est.ꝙ nullū est ex se peccatū: sed precise quia lege prohibitū Unde hoc est cōtra hugolinū.q.vltima tertij libri. quod tamē patet ex dictis. Et similiter quia null⁹ est peccator nisi q̄ꝛ p̄uaricator. Unde psalmista ait. Preuaricātes reputaui om̄es peccatores terre Preuaricatio autem est legis transgressio. Quia s̄m apostolum Romanos.4. Ubi non est lex nec preuaricatio igitur &c. Sic igitur circa p̄mam conclusionem probate sunt sex propositiōes preambule et inde illate sex ꝓpositiones correlarie. Et hec de prima conclusione.
¶ Secunda conclusio est. Sicut diuina voluntas est efficiens causa. q̄ꝛ vult aliqđ esse vł fieri.sic ipsa est lex obligatoria.q̄ꝛ vult aliquid ad aliqualiter esse vel non esse teneri.
Prima pars huius conclusionis cōcorditer ponit ab omnibus thologis.ideo supponitur tanq̄ clara. Sed ad declarationem secunde partis premitto aliquas propositiōes preambulas. Prima ꝓpositio est ꝙ diuina voluntas aliquid vult esse vel fieri ad quod non sequit aliquid obligari. Probat. Quia vult celum moueri.solē oriri.se esse deum se esse trinum suppositum. et sic de alijs multis ad que non sequit aliquid obligari. sicut patet inuenti. Igit.&c.

Et tale velle dei siue diuinũ beneplacitum potest vocari velle non obligans.

Secũda ꝑpositio est ꝙ diuina voluntas aliquid vult esse vel fieri: ad qꝺ sequitur aliquid obligari. Probatꝛ: quia vult quẽlibet viatorem teneri ad habẽdum charitatẽ. teneri ad nõ mẽtiendũ. teneri ad non odiendũ deũ aut ꝓximũ Et sic de alijs multis: ad que seqtur aliquid obligari. sicut pꝫ: ⁊ aliter nullus peccaret. Igitꝛ ⁊c. et tale velle dei seu diuinũ beneplacitũ potest vocari velle obligatoriũ. Tertia propositio est. ꝙ diuina volũtas si aliquid vult ad aliqualiter esse vel non esse teneri ad hoc conuertibiliter ꝯsequitꝛ illꝺ obligari. Probatur. Quia sequitꝛ. Deus vult viatorẽ teneri ad esse in charitate: ⁊ ad nõ esse in cupiditate: ergo viator ad h̄ obligatꝛ et similiter ecõtra sequitꝛ: ⁊ sic ẽ in alijs oĩbus. Unde ad istuꝫ sensuꝫ posita est scꝺa pars p̄dicte conclusionis. s. ꝙ diuina volũtas est lex obligatoria alicui rei qꝛ vult ipsam ad aliqualiter esse vel nõ esse teneri. Hec eñ ꝑpositio ẽ vna causalis. nõ quidẽ denotãs añcedentis ad ꝯñs causalitatẽ ꝓriã: sed ꝯuertibilitatem per ꝯñam mutuã: ⁊ quicquid sit in primo sensu. tñ in secũdo sensu ip̄a est vna. Et sic patet secunda ꝑs conclusionis ⁊c. Quarta ꝑpositio est ꝙ diuinũ velle oẽm creaturã rõnalem ⁊ solum talem põt obligare. Probatur. qꝛ deꝰ potest velle omnẽ creaturã rationalem: et nullã aliã teneri ad aliqualiter esse vel non esse. Igitur ⁊c. tenet ꝯña per iam dicta ⁊ antecedẽs quo ad vtrãqꝫ partẽ declaratur. Unde ad declarationem ipsius ⁊ similiter oĩm precedentiũ ⁊ sequentiũ videndũ est quid importatur ꝑ ista verba obligari ⁊ teneri. Dico igitꝛ ꝙ obligari est teneri ad aliq̃liter esse vꝉ nõ ẽe: siue ad aliquã dispositiõem habendã vel aliqua dispositione carendũ Sed teneri ẽ haberi a suo superiori ꝓhibitionẽ vel p̄ceptũ de aliquo existẽte in inferioris libera potestate. Iste autẽ descriptiones sunt terminorum declarationes. ideo non possunt probari: sed apparent rationabiles cuilibet recte intuenti. Et inde patet clare ꝑpositum.

Ex istis sequũtur aliqua. Primo sequitur ꝙ possibile est rationalem creaturã deo beatifice ꝯiunctã vel etiã ypostatice vnitaꝫ ad aliquid obligari. Secundo seqtur ꝙ possibile est deum licet non ꝭm naturã diuinã: tamẽ ꝭm humanam ad aliquid obligari: qꝺlibet istoꝝ patet ex dictis: tñ pro vltimo facit specialiter illud qꝺ Christus dicit de seipo Luce. 12. Baptismo habeo baptisari: et quo modo coartor vsqꝫ dum ꝑficiatꝛ. ⁊c. Tertio seqtur ꝙ impossibile est naturam irrationalem esse peccabiliter culpabilem. Quarto seqtur ꝙ impossibile est naturã rationalẽ esse naturaliter impeccabilẽ: quodlibet istoꝝ patꝫ ex p̄dictis: qꝛ vbi nõ est arbitrij libertas. ibi esse nõ potest peccati difformitas: ⁊ vbi est arbitrij libertas. ibi esse non potest naturalis impeccabilitas. ¶ Quinta ꝑpositio est. ꝙ diuinum velle ad nullum impossibile potest obligare: probatur ex predictis: qꝛ nullum impossibile est in rationalis creature libera potestate. Igitꝛ ⁊c. Tamen ad declarationem istius distinguendũ est: ꝙ creaturaꝫ rationalem obligari ad impossibile dupliciter potest intelligi. Uno modo ꝓprie scilꝫ ꝙ obligetur ad faciendũ impossibile. Alio modo improp̄e. scilꝫ ꝙ obligetur ad volendũ impossibile. Primus aũt modus multũ differt a secũdo modo: qꝛ primus non est in alicuius potestate. secũdus vero ꝭm multos est in libera potestate voluntatis create: qꝛ ꝭm Aristo. 3. Ethyco. Uoluntas nõ solũ est possibiliũ: sꝫ etiã bene impossibiliũ ⁊c. Ex istis sequuntꝛ aliqua. Primo sequitꝛ ꝙ nobis est euidens ꝙ nihil potest primo modo ad impossibile obligari. Patet qꝛ ad hoc euidenter seqtur ꝯtradictio: vt clare potest ostendi ex dictis.

Secundo sequitur ꝙ nobis nõ est euidens ꝙ nihil possit secundo modo ad impossibile obligari. patet: quia ad hec non sequitꝛ euidenter cõtradictio: sicut iam patuit. imo aliqui de facto concedũt: ꝙ peccator illo modo obligatꝛ ad volendum peccatũ suũ non fuisse. Hoc

autē fm articulū parisieñ. est impossibile: qꝛ impossibile est preteritum non fuisse vt dicit articulus. Igit ꝛc. Tertio sequitur ꝙ probabile est. ꝙ nullus de facto illo secundo mō obligat ad impossibile. patet qꝛ talis obligatio videretur irrationabilis: sicut alias magis ostendam. Item beatus Hiero. dicit. Maledictus qui dicit hominē ad impossibile obligari. sed cū de primo nō sit dubium videtur ꝙ de secundo modo sit intelligendū. Quarto sequitur ꝙ ꝓbabile est ꝙ nullus de facto sic obligatur de peccato suo penitere ꝙ teneatur velle peccatū suum nō fuisse: patet ex dictis. supposito ꝙ impossibile sit preteritum non fuisse: quod est probabile. quis nō sit euidens. Sufficit ergo ad veram penitentiā dolere de peccato commisso: sed ad hoc nō requirit velle ipm non fuisse sed nō velle ipm fuisse: ꝛ ipsum detestari: sed qꝛ hoc alias magis ostendā: breuiter pertranseo. ¶ Sexta ꝓpositio est. ꝙ diuinū velle nō ad quodlibet possibile potest obligare. probatur ex predictis. qꝛ aliquod est possibile ad quod deus non potest velle rationalem creaturā teneri. igit ꝛc. Sꝫ ad declarationē huius notandū est ꝙ duplex est possibile. quoddam est. quod nō existit in creature ratiōalis libera potestate: sicut celū moueri vel solē oriri. Aliud est possibile qđ existit in creature rationalis libera potestate: sicut diligere deum vel odire. primū: ꝛ sic de multis. Item dupliciter potest intelligi aliqd possibile existere in creature ratiōalis libera potestate. Uno modo stricte: qꝛ tale pōt fieri ab ea sicut velle vel nolle. diligere vl odire. Alio mō large: qꝛ tale potest fieri vel ab ea vl in ea. sicut habere gratiam: vel fidē infusaꝫ. hoc enī nō existit in rationalis creature libera potestate primo modo: qꝛ gratia vel fides infusa nō potest fieri ab ea primo mō. sꝫ secūdo modo. Qualiter aūt distinctio hec debeat intelligi alias declarabo. Ideo breuiter transeo. Ex istis sequuntur aliqua. Primo sequitur ꝙ deus non potest velle rationalē creaturaꝫ teneri ad aliquod possibile qđ non est in eius libera potestate. Patꝫ ex dictis: ꝛ specialiter ex descriptiōe hui⁹ termini teneri. vbi nō capit esse in libera ptāte p̄mo mō. sed secūdo modo: qꝛ de facto deus vult rationalē creaturā teneri ad aliqđ possibile: qđ nō est in eius libera ptāte primo mō. Nam quelibet rationalis creatura tenet habere grām: et qlibet viator etiā paruulus habere fidē infusam: qđ tamē nō est in ei⁹ libera potestate primo modo: sed bene scđo mō vt iam dictū est: ꝛ alibi declarādū. Secūdo sequit ꝙ deus nō potest rationalem creaturā velle teneri ad quodlibet possibile: qđ est in eius libera potestate. patet: qꝛ non potest velle ipsaꝫ teneri ad nō obediēdū sibi: vel etiā ad odiū sui: quoꝝ tamē quodlibet est possibile: et in ei⁹ libera potestate. Ergo ꝛc. Antecedēs quo ad vtraqꝫ partē ptꝫ sed tñ quo ad primā eius est euidēs ꝛ nō quo ad scđam. Euidenter enī est impossibile deū velle rationalē creaturaꝫ teneri ad nō obediendū sibi: sed nō sic est euidenter impossibile deum velle ipam teneri ad odiū sui. qꝛ ad primū euidēter seqtur ꝯtradictio ꝛ non ad secundum. Nam ad primū sequitur. deus vult rationalē creaturam teneri sibi nō obedire. ergo ipsa tenetur ad aliquid: et per ꝯñs obligatur: ꝛ siłr sequitur: ergo ipa tenetur sibi obedire: ꝛ ꝑ consequēs nō obligatur. Sed ad scđm non sic euidēter seqtur cōtradictio. Nam licet sit articulus parisieñ. ꝙ aliqs posset mereri odiendo deū: error. tamen ex opposito non sequit euidenter ꝯtradictio. Unde multi illū articulū restringunt ad potētiam dei ordinatā: ꝛ multi doctores alterius studij tenent ꝙ deus pōt pcipere odium sui. Et sic ꝓbabiliter sustinēt partē oppositā. quare ꝛc. Tertio seqtur ꝙ non est euidēter impossibile deū velle rationalē creaturam esse: ꝛ ipsam non teneri ad aliqđ possibile. Patet. Quia sicut de facto stat creaturam irrationalem esse et ipsam non obligari. sic videtur possibile creaturam rationalem esse ad ipsam ꝛ ad nihil teneri.

Quarto sequitur q̄ nō est euidenter impossibile rationalem creaturam deū odire ⁊ tamen peccare. patet ex predictis. Et sic patet sexta propositio. Sic igitur probate sunt predicte sex propositiones preambule: ex quibus patȝ declaratio totius conclusionis secunde.

Sed ex predicta ↄclusione ⁊ ei⁹ declaratione infero aliquas propositiones correlarias. Primum correlariū est q̄ voluntas diuina non est naturaliter lex siue regula. Patet. Quia sicut voluntas diuina libere ⁊ ↄtingenter est causa efficiens. sic ipsa libera ⁊ contingenter est lex obligans. Quare ⁊c. Unde patet q̄ sicut volūtas diuina potest non esse causa effectiua: sic ipsa potest non esse lex siue regula. Secundum correlarium est q̄ voluntas diuina non fuit eternaliter lex siue regula. patȝ q̄ sicut sibi conuenit ex tempore ⁊ per relationem ad creaturam esse causam efficientem sic esse legem obligantē: quare ⁊c. Unde patet q̄ Augustinus. 22. contra Faustum. ⁊ libro p̄mo de libero arbitrio. dicens voluntatē diuinam eē legem eternā. non capit eternū ꝓprie sicut dicitur eternum vere sine p̄ncipio ⁊ sine fine: sed capit eternuȝ improprie sicut Matthei. 25. ignis inferni dicitur eternus: nō quia fuerit sine principio: sed quia erit sine fine. sic igitur dicit voluntatem diuinam esse legem eternam non q̄ eternaliter fuerit lex. nam ipsa tēporaliter incipit eē lex: sed quia eternaliter erit lex. nec mirū si hoc mō voluntas diuina dicatur lex eterna. Nam sic etiā noua Christi doctrina dicit̄ euāgeliū eternū. Apocalip. 14. Uidi angelum alterum volantem per mediū celi habentē euagelium eternū: vt euāgelizaret sedentib⁹ super terraȝ ⁊ sup oēm gentem ⁊ tribum ⁊ linguā ⁊ populū: dicens magna voce. Timete dominū ⁊c. Tertium correlariū est q̄ deus vult voluntate beneplaciti voluntateȝ creatam ad aliquid teneri. ⁊ tali voluntate nō vult illud ab ea fieri. patȝ de illa voluntate creata que peccat obmittendo aliquē actuȝ debitum fieri. Nam deus vult voluntate beneplaciti ipsam ad illum actum teneri: aliter non peccaret omittendo: ⁊ tū de⁹ non vult voluntate bn̄placiti illū actuȝ ab ea fieri: q̄ ad tale velle sequeret̄ illū fieri ⁊c. Quartū correlarium est q̄ deus vult voluntate beneplaciti alicui⁹ bone ↄsequentie antecedens: ⁊ tū tali volūtate nō vult cōsequens. patet: q̄ ista consequētia est bona. volutas creata tenet̄ ad aliquid ⁊ nō facit illud: ergo ipa peccat. ⁊ deus voluntate beneplaciti vult antecedēs vt dictū est ⁊ tū nō vult consequēs s̄m illam opinioneȝ que ponit q̄ deus non vult peccatū nec est cā peccati. Igit̄ ⁊c. Utrū aūt deus velit illaȝ consequentiā esse bonā. nihil dico: q̄ de hoc alibi tractabo. Quintū correlariū est q̄ volūtas creata sic tenetur se voluntati diuine ↄformare. vt velit q̄cquid deus vult ipam teneri velle: ⁊ vt nō velit q̄cquid deus vult ipsaȝ teneri non velle. Patȝ quia omnis voluntas que sic se conformat voluntati diuine est recta ⁊ iusta ⁊ nulla alia. sicut apparet ex supradictis ⁊ patȝ cuilibet intuenti. Igit̄ ⁊c. sed de hoc alibi tractabo. Sextum correlariū est q̄ voluntas creata non sic tenet̄ se voluntati diuine cōformare vt velit quicq̄d deus vult eam velle: vel vt velit q̄cquid scit aut videt deū velle. Unde hoc est ↄtra Ockaȝ Gregoriū ⁊ Hugolinū. q. vlti. p̄mi libri. Quodlibet tū istoꝝ patet ex predictis: q̄ deum velle voluntatem aliquid velle. vel etiā deū velle aliquid q̄d ipsa volūtas scit ip̄m velle non est lex obligans voluntatem causatā: sicut apparet intuēti. Igitur. Item p̄mū specialiter patet: q̄ stat voluntatē creataȝ peccare volendo aliq̄d q̄d de⁹ vult eam velle: ⁊ per consequēs stat voluntatē creatā teneri nō velle aliquid q̄d deus vult ipam velle. Igitur Assumptū p̄t ostendi ex dictis in tertio correlario: sed alibi declarabo. Iteȝ scd̄m specialiter patet: q̄ aliter sequeret̄ q̄ voluntas creata teneret̄ velle aliq̄d antecedēs ad q̄d formaliter sequeret̄ ipam q̄n̄q̄ȝ peccare mortaliter ⁊ dānari: vl' esse miseram eternaliter conse

quēs videt absurdū: sꝫ ꝯñtia ptꝫ ĩ cāu quo de⁹ reuelaret alicui ꝙ ipse ē ꝑscit⁹ ad eternā penā vl ꝙ ipe non est hitur⁹ finalē grāꝫ. Ad hoc eñ seqt ipm finalr peccare ꝛ miserū esse. Igitur ꝛc. Sic igitur circa secundā conclusionē probate sunt sex propositiones preambule. ꝛ inde illate sex ꝓpositiones correlarie. Et hec de secunda conclusione. ℞ Tertia cõclusio est. Sicut diuina voluntas est lex perfectissima rationalis creature: sic lex Christi vel doctrina est signuꝫ perfectissimū volūtatis diuine. Prima pars autē huius cõclusionis euidenter sequitur ex ꝓmissis. ideo ꝓsupponitur tanꝙ clara. Sed ad declarationeꝫ scđe partis premitto aliquas ꝓpositiões ꝓambulas. Prima ꝓpositio est. ꝙ diuine voluntatis aliqua sunt signa q̄ non sunt creature rõnalis obligatoria. Ad cui⁹ probationeꝫ aliqua sunt notanda.

Primo notandū est ꝙ sicut voluntas diuina qcquid potest ꝓducere mediante causa secunda: potest ꝓducere se sola. sic ipsa de potentia absoluta posset rationalē creaturaꝫ obligare se sola: vt patet ex dictis supra in ꝑma conclusione ꝛc. Sed tñ ipsa de potētia ordinata nõ posset rationaleꝫ creaturā obligare nisi mediante aliqua lege creata. hoc ē per aliqua signa ex quib⁹ sibi potest innotescere ipsa dei volūtas obligatoria vt patꝫ per illud verbū xpi. Joh. 15. Si locutus eis non fuisseꝫ peccatū non haberent ꝛc. Et per illud apostoli. Ro. 10. Quō credent ei queꝫ non audierūt ꝛc.

Secūdo notandū est ꝙ ꝓm magistrū libro ꝑmo. distin. 45. Quinqꝫ sunt diuine voluntatis signa. s. preceptū: ꝓhibitio: consiliuꝫ: permissio: ꝛ opatio. Quorum sic potest haberi distinctio. Nā qnqꝫ modis possum⁹ imaginari deū aliqd velle. Primo modo de⁹ vult aliqd debere fieri a creatura ꝛ talis voluntatis signū est preceptū. Secundo mō vult aliqd debere nō fieri ꝛ hui⁹ signū est ꝓhibitio. Tertio mō vult aliqd nec debere fieri nec debere non fieri sed expedire fieri: ꝛ huius signum est consilium. Quarto modo vult aliquid nec debere fieri nec debere nō fieri: sed licere fieri: ꝛ hui⁹ signū est permissio. Quinto modo vult simpliciter aliquid esse vel fieri: ꝛ hui⁹ signū est opatio. vnde quelibet ad extra dei operatio est signū volūtatis diuine: sicut effectus sue cause.

Sic igitur volūtas diuina ꝑcipit bona: sicut deū honorare: ꝓximū amare: ꝓhibet mala: sicut deū odire: ꝓximum ledere: cõsulit maiora bona: sicut sunt paupertas: virginitas: ꝑmittit minora bona: sicut sunt rerū dominiū: cõiugiū: sed operatur generaliter omnia ꝛc.

Unde ex his apparet primo ꝙ volūtas diuina solum duob⁹ ꝑmis modis ꝛ non trib⁹ alijs: est lex obligatoria. Secundo ꝙ ꝑceptū ꝛ ꝓhibitio sunt signa obligatoria sed non ꝯsilium: permissio aut operatio: qꝛ duo prima sunt signa legis obligātis ꝛ nō alia tria. igitur ꝛc.

Tertio patet ꝙ capiendo ꝑmissionē vt est signū voluntatis dei non est concedēdū: quia deus permittit mala culpe fieri: ꝛ hoc est cõtra magistrū sñiarū vt magis alibi declarabo. Tertio notandū est ꝙ predicti termini. s. preceptū: ꝓhibitio: cõsiliū: permissio: ꝛ operatio: non solum supponūt pro diuine voluntatis extrinseco signo: sed etiā pro ipsius actu intrinseco. Unde iste terminus preceptū non min⁹ ꝓprie supponit pro actu intrinseco diuine voluntatis quo precepit aliqd fieri seu vult aliqd debere fieri ꝙ pro signo extrīseco talis actus: ꝛ ita de alijs ꝛc. ℒ Secunda ꝓpositio est ꝙ diuine voluntatis signa obligatoria sunt in mltiplici differētia ad cui⁹ ꝓbationem alique hmōi signoruꝫ differentie sunt ponende. Prima differentia est ꝙ signoꝝ diuine voluntatis quedā sunt naturalia seu naturaliter habita. alia sunt supernaturalia ꝛ supnaturaliter data. Signoꝝ vero naturaliū quedā sunt a natura immediate: sicut ꝑma ꝑncipia moralia solū per sinderesiꝫ ꝛ lumē naturalis rõnis habita alia sunt a natura mediate: sicut cõclusiones morales mediantibus dictis ꝑncipijs sola naturali ratiocinatiõe dictā ꝛc. Sub primo membro continentur il-

la principia moralia quibus vnusquisque compos mentis naturaliter assentit absque eruditione doctorum vt quod cuilibet reddendum est quod suum est quod nulli iniuriandum est: sed sub secundo membro continentur doctrine morales gentilium philosophorum et regule vel constitutiones legales principum et maiorum: et de huiusmodi signis dicit apostolus. Roma. 2. quod gentes que legem non habent naturaliter que legis sunt faciunt. Signorum autem supernaturalium quedam sunt a deo immediate: scilicet a solo deo data sicut doctrina Christi quo ad illa que ipse docuit in propria persona. De quibus dicit apostolus ad Hebre. 1. Multifariam olim deus loquens patribus in prophetis: nouissime locutus est nobis in filio etc. Alia sunt a deo mediate. s. mediante angelo vel homine puro diuinitus reuelata. sicut lex moysi doctrina Christi: quo ad illa que docuerunt apostoli et discipuli eius auctoritate sua: et similiter determinatio ecclesie dei a spiritusancto inspirata. de quibus dicitur quod spiritusancto inspirati locuti sunt sancti dei homines secunde Petri primo. Omnia ergo predicta sunt diuine voluntatis signa obligatoria: quia per illa significatur ad que obligatur rationalis creatura: sicut potest ostendi. sed patet intuenti. Secunda differentia est quod signorum diuine voluntatis tam naturalium quam supernaturalium quedam sunt rationali creature interiora. sicut signa mentalia et est naturalis cognitio vel supernaturalis reuelatio mentem de agendis et non agendis interius informans. Alia sunt exteriora sicut signa vocalia aut scripta: vt est vox audibilis vel scriptura legibilis humana: seu diuina predictis signis mentalibus exterius correspondens. Et ista sunt signa signorum mentalium sicut patet. Tertia differentia est quod signorum interiorum siue mentalium quedam sunt solum apprehensiua: alia iudicatiua Et iudicatiuorum quedam sunt adhesiua cum formidine: alia sunt sine formidine: sed cum certitudine. Et istorum quedam sunt actus: alia sunt habitus etc. Et hec omnia possent ostendi in omnibus predictis signis: sed satis patet intuenti. ¶ Tertia propositio est quod diuine voluntatis signum perfectissimum inter omnia est lex Christi seu doctrina. Ad cuius probationem alique distinctiones sunt premittende. Prima erit generalis de isto termino lex. Secunda specialis de isto termino lex diuina Tertia specialior de isto termino lex Christi seu doctrina. Prima distictio est quod iste terminus lex put ad propositum pertinet multipliciter pro diuersis sumitur. quandoque pro prima lege: que est lex increata: et sic diffinit Augustinus legem. 22. contra Faustum. vt supra dictum est: et libro primo de libero arbitrio. Lex eterna est summa ratio: cui semper obtemperandum est etc. Quandoque sumitur lex pro signo prime legis: quod est lex causata: et sic diffinit Tullius in philippi. quod lex nihil aliud est quam recta ratio a numine tracta imperans honesta. prohibensque contraria. Sed capiendo istum terminum lex pro lege creata adhuc quandoque sumitur generaliter pro qualibet tali naturali lege humana vel diuina scripta vel non scripta: et sic diffinit Tullius libro secundo de natura deorum Lex est recti preceptio: prauique depulsio. Quandoque vero sumitur pro lege naturali Et sic diffinit Tullius libro de legibus. Lex est ratio insita a natura: que iubet que sunt facienda. prohibetque contraria. Quandoque etiam sumitur specialiter pro lege humana scripta. et sic diffinit Gratianus dist. 1. quod lex est constitutio scripta. et distinc. 3. Lex est constitutio populi qua maiores natu simul cum plebibus aliquid sanxerunt Et sic generalis iste terminus lex: sit generalis ad omnem legem creatam vel increatam naturalem humanam vel diuinam scriptam vel non scriptam. tamen quandoque restringitur ad vnam speciem. ¶ Secunda distinctio est quod iste terminus lex diuina. vt supponit pro lege creata diuinitus inspirata. qualis est lex Moysi vel christi Vno modo potest sumi pro aliqua vna regula data a deo aliquid precipiente vel prohibente. Alio modo pro aliqua vna congregatione plures tales regulas continente: qualiter tota doctrina christi dicitur lex. chri

sti. Et isto modo sumitur in proposito.

Sed capiendo sic adhuc potest sumi stricte pro aliqua tali congregatione solum continente precepta ꝛ ꝓhibitiones: qꝛ hec duo solum pertinēt ad legem ꝓprie: sicut patet ex dictis. Alio modo pōt sumi large ꝓ aliqua tali cōgregatōne nō solum cōtinente ꝑcepta ꝛ ꝓhibitiones: sed etiā consilia ꝛ ꝑmissiones testimonia hystorialiū veroꝝ exempla imitabiliū gestoꝝ: parabolas: ꝓphetias: miracula: sacramēta: ꝓmissiones premioꝝ: cōminationes suppliciorꝝ ꝛ mlta huiꝰ modi. Que licet nō omnia sint de substantia legis ꝓprie: qꝛ nec ligant nec obligant eo ꝙ his nihil imperatur aut ꝓhibeť. ipā tñ sūt fortissima adiutoria ad legē sustinēdā ꝛ obseruādā. Ideo ponunť ꝑtes legis diuine cōmuniter dicte ꝛc. ¶ Tertia distictio est. ꝙ iste terminꝰ lex christi seu doctrina. Uno modo pōt sumi stricte ꝓ ꝯgregatione illoꝝ que ipse docuit in ꝓpria ꝑsona. Alio modo large ꝓ aliqua ꝯgregatiōe illoꝝ ꝛ simul eoꝝ que docuerūt: ꝛ apostoli ꝛ discipuli eiꝰ auctoritate sua ꝛ sic sumitur hic. Unā lex christi seu doctrina diciť tota doctrina euāgelica: intelligēdo ꝑ euangeliū nō solū doctrinā quattuor euangelioꝝ sed generaliter nouū testamētum. quēadmodū doctrinam suaꝫ vocat Paulus euangelium. secunda Thymoth. 2. Sed capiēdo sic adhuc potest sumi. Uno modo pro talis doctrine veritate: siue sit in mēte: siue in scripto: vł in voce. Alio modo potest sumi pro talis veritatis seu obiecti intellectuali cognitione vnde nō minꝰ ꝓprie diciť lex preceptuꝫ vel ꝓhibitio ipsa cognitio agendoꝝ ꝙ ipsa veritas enuncians quid agendum vel nō agendū. Ideo Hugo de sacramētis libro. 1. par. 6. cap. 6. Quid cognitio faciēdorū fuit nisi quedā ad cor homis facta preceptio. Et quid rursum cognitio vitandoꝝ nisi ꝓhibitio. Hec autē cognitio potest esse multiplex: quia vel solū apprehensiua vel iudicatiua ꝛ adhesiua. Et si adhesiua: vel cum formidine vel sine formidine: ꝛ cū certitudine. ꝛ si cū certitudine: vel potest eē habitualis vł actualis. Et si habitualis vel acquisita vel infusa. Et si actualis vel in habitu acquisito solum: vel ab habitu etiaꝫ infuso: sicut posset faciliter declarari: sed patet loquēdo. Igitur proprijssime lex christi potest dici fides infusa vel actus eius quo creatura rōnalis assentit doctrine christiane veritatibus. Unde ad istum sensuꝫ posita est secūda pars cōclusionis ꝑdicte. Et similiter tertia ꝓpositio: scꝫ ꝙ huiusmodi lex seu doctrina est signum perfectissimū volūtatis diuine intelligendo de signis datis rationali creature ꝓ statu vie: quia de illis solū loquor in presenti cōclusione ꝛ ad istum intellectum patebit propositū per propositiones imediate sequētes. Quarta propositio est ꝙ nec lex naturalis nec lex aliqua humana. nec lex mosayca spiritualiter intellecta: est perfectissima lex creata. Probatur primo: de lege naturali vel humana satis patet: quia nullus viator ex puris naturalibus sine fide potest perfecte omnia ad q̄ tenetur cognoscere. Naꝫ ꝭm apostolum. Sine fide impossibile est placere deo. Ad Hebreos. 11. Igiť vt supra.

Secundo ideꝫ apparet de lege Mosayca ꝭm apostolum. Nihil ad perfectum adduxit lex. Ad Hebreos. 7. Igitur propositum ꝛc. Quinta propositio est ꝙ nec lex christi seu doctrina vocalis aut scripta: nec ipsa mentalis solum apprehensiua: nec adhesiua si nō sit ex fide īfusa: est ꝑfectissima lex creata. Probatur. Quia nullus viator per legeꝫ Christi sine fideli credulitate potest perfecte omnia ad que tenetur cognoscere vł intelligere. Juxta illō Esa. 7. Nisi credideritis non intelligetis.

Sexta propositio est. ꝙ sola lex christi seu doctrina. id est. fidei infuse habitus vel actus quem viator habet de ea est sibi perfectissima lex creata. Probatur. Quia nullꝰ viator per aliud signū seu directiuuꝫ creatum: nisi per huius fidē vel eiꝰ actū: perfecte cognoscit oīa ad q̄ teneť. vt ptꝫ ex dictis. Et ꝑ hmōi signuꝫ hoc ꝑfecte cognoscit. vt ptꝫ qꝛ si

nō tūc catholici fideles opantes fm̄ directionē fidei Christi nō sufficiēter operant̄ ad consequendū salutē. qđ est cōtra illud. Qui crediderit ⁊ baptizatus fuerit saluꝰ erit. Marci vlti. quare ⁊c.

Vñ ex p̄dictis p̄tʒ responsio ad p̄ncipalē q̄stiōis titulū .s. qualiter lex Christi seu doctrina est lex p̄fectissima. ⁊ q̄liter nō. Et simulit p̄tʒ respōsio ad p̄mū q̄stiōis articulū .s. ꝙ lex Christi seu doctrina est in p̄ceptis rectissima. Sic igitur ꝓbate sunt p̄dicte sex ꝓpositiones p̄ambule. Ex quibꝰ p̄tʒ declaratio totiꝰ ꝯclusiōis tertie. ¶ Sʒ ex p̄dicta cōclusiōe ⁊ eiꝰ declaratōe infero aliquas ꝓpositiōes correlarias. Primū correlariū est ꝙ sicut virtꝰ iusticie solū est in mente ⁊ nō in scripto vel in voce. sic in ipsa est ꝓprie lex seu regula iuste vite. Patʒ q: nullo existēte scripto vel voce adhuc lex eēt nec regule intellectuales q̄ sunt rerū naturaliū imagines minus essent seruande. nec hō minꝰ obligaret̄ ad eas ꝙ̄ si eas legeret vel audiret.

Secunduʒ correlariū est. ꝙ sicut vox audibilis non est lex ꝓprie. sic nec scriptura legibilis: sed solū equiuoce patet. quia vox vel scriptura lex nō dicit̄ nisi ea figura vel tropo. qua nomē rei vl' veritatis signo imponitur vel imagini. sicut imago regis rex dicit̄. Ideo apparet ꝙ iniuste diffiniētes legē diffiniunt eā fm̄ eius improprijssimā acceptionē. Nam vt priꝰ patuit. Gratianꝰ ⁊ alij solum diffiniūt legē scriptā. Tertiū correlariū est ꝙ ad legis christi habitualē fidem omnis viator sine vlla excusatione obligat̄. patet per illud Marc. vlti. Qui non crediderit condēnabit̄. Et illud apostoli. Heb. xi. Sine fide impossibile ē pla. ⁊c. Quartū correlariū ē ꝙ a legis christi actuali fide nullus viator nisi sola in capacitate excusat̄. Patet. q: licet inter hoīes alij alijs minꝰ sint capaces ꝓpter breuitatē intellectus. experientie paucitatē. aut defectū doctrine vel gratie: quare non omnes similiter obligantur ad credendum singula legis explicite ⁊ in particulari. Tamen nullū est genus hominū adeo tardū in tellectu. qđ saltem implicite ⁊ in vniuersali non possit omnia credere .i. quicqd ibi asseritur esse verū. Ideo a tali credulitate actuali habenda loco ⁊ tempore: nullus oīno excusatur nisi in capacitate. paruulos aūt ⁊ minores ac furiosos ceterisq̄ passionibus mēte captos incapaces voco. tanq̄ naturali impossibilitate ꝓhibitos ⁊ oīno indociles dūʒ his defectibus laborant. Quare sic credere non tenent̄ ⁊c. Quintū correlariū est ꝙ sicut legis christi credulitas nō est cōtra ratiōnē: sed per ratiōnē ꝓbabilis sic eius credulitas ꝓpter rationis ꝓbatiōnē non est deo contumeliosa aut displicibilis. Istđ correlariū quo ad vtrā ꝗ partem est contra .G. parisieñ. libro de fi. ⁊ legibus: per totuʒ primū tractatum. Quod tamen posset ꝓbari ex predictis: sed dimitto. quia đ hac materia tractabo in secūdo p̄ncipio. Sextuʒ correlariuʒ est ꝙ sicut legis christi credulitas est in creature rationalis potestate libera: sic ipa est eterne salutis meritoria. Istđ correlariū est quo ad vtrā ꝗ partē ꝯtra Holkot .i. q. p̄mi libri. qđ tamen posset probari ex predictis sed dimitto: quia de hac materia tractabo in tertio principio. Sic igitur circa tertiā cōclusionē ꝓbate sunt sex ꝓpositiones p̄ambule: ⁊ inde illate sunt sex ꝓpositiones correlarie. Et hec de tertia conclusione.

Nunc descendo ad collationē habendam cū duobus magistris meis reuerēdis ⁊c. Et iuxta materiā p̄me partis prime conclusionis ponaʒ cōtra eos sex propositiones collatiuas. Prima ⁊ principalis est ista. Sicut sola diuina voluntas respectu contingentis futuri potest esse causa inimpedibilis. sic solus diuinus intellectus respectu veri de futuro ꝯtingenti potest esse noticia infallibilis. Prima pars patet ex prima parte dicte cōclusionis quia p̄ma causa nō potest impediri ab alia: sʒ quelibet alia ab ipa. Igitur ⁊c.

Secunda ꝓbatur qꝛ diuinus intellectus reſpectu veri de futuro contingēti poteſt eſſe ⁊ de facto eſt noticia infallibilis ⁊ nihil aliud ab eo reſpectu talis veri pōt eſſe noticia īfallibilis. igiť ⁊c. cōſequētia patet ⁊ antecedens quo ad pͥmā pateꝫ pro nūc ſupponiť: qꝛ ꝯcediť ab omnibꝰ catholicis. Sed antecedēs quo ad ſcḋaꝫ partē negat Ma. nichol. ⁊c. qui ponit iſtā concluſioneꝫ ꝙ reſpectu futuri contingētis a deo poteſt humano intellectui noticia creata infallibilis cōmunicari quā ꝓbat: qꝛ hoc fieri non implicat ꝯtradictionē. igiť ⁊c. imo videť fidei cōſonū dicere ꝙ talē habuerit xp̄s ⁊ ꝙ etiā quelibet ꝓphetia ſit talis noticia. Sed pro nūc ꝓbabiliter teneo oppoſitū: ⁊ arguo ꝯtra eū ſic. Quia ad hoc ꝙ aliqua noticia ſit infallibilis: requiriť ꝙ nō poſſit eſſe falſa. Sed oīs noticia creata reſpectu veri ꝺ futuro cōtingenti pōt eſſe falſa. igiť ⁊c. Antecedens quo ad pͥmā ꝑtem patet manifeſte. Sed quo ad ſecundā ꝓbať: qꝛ om̄e verum de futuro cōtingenti poteſt eſſe falſum. ergo oīs noticia creata qua tale iudicať eſſe verū. pōt eſſe falſa. antecedens patet: ⁊ ꝯſequētia tenet: qꝛ non ſtat ꝙ aliqua noticia ſit iudiciū falſi et nō ſit falſa: ſimiliter iſta cōſequētia cōfirmabiť ꝑ ſequētia. Unde ꝯtra eundē magiſtrū ſit hec ſcḋa ꝓpoſitio. Sicut ſola diuina volūtas aliq̄d pōt nō voluiſſe qꝺ voluit. ſic ſolus diuinꝰ intellectꝰ aliq̄d pōt nō iudicaſſe qꝺ iudicauit. ꝓbatur ⁊ pͥmo ꝙ hoc ſit veruꝫ de deo ptꝫ qꝛ deꝰ voluit ⁊ iudicauit ab eterno antixp̄m fore. ⁊ tamē poteſt nunꝙ hoc voluiſſe aut iudicaſſe: ſicut poſſibile ē antichriſtū nō fore. Sed ꝙ hoc ſit verū de ſolo deo ⁊ de nullo alio negat dictꝰ magiſter q in ſcḋo correlario predicte concluſiōis ponit ꝙ fidelis q ex fide infuſa iudicauit vltimū iudiciū fore pōt hoc n̄ iudicaſſe. Qꝺ probat: qꝛ cuꝫ hoc qꝺ iudicauit poteſt vltimū iudiciū nō fore: ⁊ ſi nō erit ergo ex fide infuſa falſe iudicauit. qꝺ nō eſt dicendū cū fidei nō ſubſit falſuꝫ: aut dabiť correlariū ſuuꝫ eſſe verū ⁊c. Sed contra hoc arguo ſic: qꝛ de nullo intellectu qui iudicauit antichriſtū vel iudiciū fore concedendū eſt ꝙ poteſt hoc nō iudicaſſe niſi de illo de quo iſta cōſequentia eſt bona. iſte intellectus ſic iudicauit. ergo ſic erit. ſed de ſolo intellectu diuino ⁊ ꝺ nullo alio iſta conſequētia eſt bona. vt ptꝫ Igitur ⁊c.

Unde pro maiori declaratiōe huiꝰ et contra eundē magiſtrū ſit hec tertia ꝓpoſitio: ⁊ eſt vna regula ſatꝭ vtilis meo iudicio: ꝙ nulla ꝓpoſitio de poſſibili negatiua cuius affirmatiua de preterito correſpondens eſt vera: eſt cōcedenda de creatura niſi vbi predicatum eſt iſte terminꝰ verū aut falſum aut aliꝰ terminus includens alterū iſtoꝝ in ſua ratione diffinitiua. Uerbi gratia: ſi iſta affirmatiua de preterito ſit vera Sortes iudicauit vltimū iudiciū fore. hec negatiua de poſſibili ſibi correſpondens non eſt concedenda. Sortes poteſt nō iudicaſſe vltimū iudiciū fore. Quia hoc ſolum cōcedenduꝫ eſt de deo ꝓpter rationem prius tactā. Si auteꝫ hoc concederetur de creatura pari ratione ſuſtinerem ꝙ creatura que voluit. a. poteſt nō voluiſſe. a. ⁊ ſimiliter illa que peccauit poteſt non peccaſſe: ⁊ ſic ꝙ preteritum poteſt non fuiſſe contra articulum pariſieñ. Bene tamē concedendum eſt ꝙ Sortes qui vere iudicauit vltimū iudicium fore poteſt nō iudicaſſe verū ⁊c. ⁊ ꝙ illud qꝺ fuit iudiciū verū poteſt non fuiſſe iudiciū veruꝫ: ⁊ rationē diuerſitatis alibi oſtendā ⁊c. Ex his ergo patet ꝙ ratio huius magiſtri non valet quādo dicit cuꝫ hoc ꝙ fidelis iudicauit ⁊c. ſtat ⁊c. Concedo eīm iſtud ⁊ nego vltra illā conſequentiā iudiciuꝫ nō erit: ergo talis ex fide falſe iudicauit: ſꝫ bene concedo ergo falſe iudicauit. Unde dico primo ꝙ non eſt poſſibile fidei ſubeſſe falſum. patet: quia fides includit ꝙ ſit vera ⁊ de vero. Dico tamē ſecundo ꝙ fidei poſſibile eſt ſubeſſe falſum. patet: quia iſtud qꝺ de facto ſubeſt fidei poteſt eſſe falſum. Dico tertio ꝙ illa noticia que fuit fides licet non poſſit non fuiſſe noticia aut iudiciū. tamen poteſt non fuiſſe fides aut iudiciū veruꝫ. patꝫ

ex dictis.⁊ sic dictuꝫ contra istũ re. ma. cui me recõmendo ⁊c. ℞ Quarta ꝓpositio ⁊ principalis est ista cõtra magistrum Gerardum ⁊c. Sic diuine voluntati nihil est causa essendi: sic diuino intellectui nihil est causa siue causalis ratio cognoscendi. Prima pars patꝫ ex prima parte predicte conclusiõis: quia prime cause nihil eẽ potest causa essendi ⁊c. Secunda pars sequitur ex prima: quia cum in deo sit idem esse velle ⁊ intelligere: sicut nihil est sibi causa siue causalis ratio essendi: sic nec volendi aut intelligendi. Sed hanc secundã partem negat predictus magister qui in vna conclusione ponit ꝙ ꝙuis diuinus intellectus assentiat ꝙ antichristꝰ erit precise ꝓpter determinationẽ voluntatis: tamen hoc non potest competere intellectibus creatis. Primã partem probat: quia per determinationẽ diuine volũtatis aliquid ponit̃ in esse futuri. Igitur per illã habet cognosci esse futuri a diuino ĩtellectu ⁊c. ⁊ sic in hac parte concedit ꝙ diuine voluntatis determinatio est ratio cognoscendi intellectui diuino. Secundã partem ꝓbat: quia in intellectu creato voluntas non potest esse ratio assentiendi alicui vero Sed pro nũc nolo multũ stare circa secundã partem ꝓbo tamen ꝙ illa nõ sit vera vel saltem nõ sit concedenda sed dubitãda.⁊ arguo sibi sic. Deus potest facere aliquẽ intellectum tante perfectionis ⁊ talis conditionis ꝙ ex sola determinatione voluntatis sufficiet assentire quibuscunqꝫ veris sibi propositis. Igitur sic assentire põt cõpetere intellectibus creatis: cõsequẽtia est euidẽs ⁊ antecedens est sibi dubiũ: quia nõ apparet ꝙ talẽ intellectum a deo fieri implicet ꝯtradictionẽ: ⁊ si dicat ꝙ sic: ostẽdat rationem ⁊c. igitur consequens nõ est ab eo negandum ⁊c. ℞ Sed venio ad primã partẽ vnde contra eaꝫ sit hec quinta propositio. Sicut diuina voluntas nullam habet rationeꝫ propter quam determinetur vt velit. sic diuinꝰ intellectus propter diuine voluntatis determinationem non assentit ꝙ antichristus erit. Prima pars patet ex dictis. secunda pars sequitur ex prima ꝑ simile. Secundo probatur: quia aliter sequeretur ꝙ diuine voluntatis determinatio esset intellectui diuino causalis ratio assentiẽdi ꝙ antichristus erit. falsitas ꝯsequentis patet ex dictis. Sꝫ consequentia tenet: quia ista dictio ꝓpter dicit habitudinem causaleꝫ vt clarum est ⁊c. Tertio probatur: quia aliter sequeretur ꝙ ista ꝓpositio causalis esset vera: quia diuina volũtas vult ꝙ antichristus erit: diuinꝰ intellectus assentit ꝙ antichristus erit: cõsequentia patet: sed falsitas consequẽtis patebit Unde pro isto et contra predictum magistruꝫ sit hec sexta propositio: quã pono pro regula generali. Nulla propositio causalis cuius ꝯsequens signat tanquã signatum totale deuꝫ velle aut intelligere est vera propꝛie. patꝫ: quia ad veritatem propositionis propꝛie causalis requiritur ꝙ ita esse sicut signatur per antecedens sit causa quare ita est sicut significatur per consequens. Modo sic non potest esse in proposito ⁊c. vt patet ex dictis et alias magis declarabo si opus sit. Ex his ergo patꝫ ꝙ ratio dicti magistri non valet quando ipse dicit per determinationeꝫ diuine voluntatis ⁊c. Igitur per eam ⁊c. Unde nego antecedens. consequentiã. ⁊ consequens ad intellectum queꝫ intendit iste magister. Dico igitur primo. ꝙ antecedẽs de virtute sermonis est falsuꝫ: quia ista oratio esse futuri ꝓ nullo supponit, plus ꝙ̃ ista esse nihil vel chymere. Ideo per nullam causam ponitur aliquid in esse futuri. Secundo dico ꝙ illud antecedens est falsuꝫ ad sensum queꝫ intendit iste magister. Intelligit enim ꝙ determinatio diuine volũtatis est causa ꝙ aliquid est futurum sed postea ostendam ꝙ hoc est falsum ⁊c. Tertio dico ꝙ supposito ꝙ illud antecedens esset verum ad predictum sensum. tamen consequentia non valet intelligendo cõsequens ad sensuꝫ quẽ intendit iste magister. vt patet ex dictis. Et hec sunt dicta contra ⁊c.

¶ Nunc descendo ad collationē ha
bendaꝫ cū duobus alijs patribus meis
reuerēdis.⁊c̄. Et iuxta materiā prime
partis secunde conclusionis ponā con
tra eos sex propositiones collatiuas.
Prima ⁊ principalis est ista. Sicut di
uina voluntas pōt esse efficiēs causa so
lum respectu entitatis q̄ pōt esse vel fie
ri. sic sola talis entitas pōt eē terminꝰ:
seu effectus causalitatis dei. prima ps
euidēter sequit̄ ex pͥma parte dicte cō-
clusionis. ⁊ etiā scd̄a pars seqtur ex pͥ-
ma. Scd̄a ꝓpositio est sicut negatio ⁊
pͥuatio sic nec p̄teritio nec futuritio po
test effici a deo. patet ex p̄cedēti: qꝛ nul
lum tale est aliqua entitas: siue effectꝰ
causalitatis ⁊c̄. Tertia ꝓpositio est. si
cut diuina potētia nō pōt facere prete-
ritū non fuisse. sic nec futurū non fore.
patet ex precedentibus. Sed oppositū
huius tenet frater Joh̄. ⁊c̄. qui in secū-
da conclusione primi arti. ponit istam
ꝓpositionē. Et si sūmi entis infinita po
tētia possit facere futurū nō fore: nō po
test tn̄ facere preteritum nō fuisse. Pri
mā partē ꝓbat: qꝛ nullū futurū necessa
rio eueniet. imo quodlibet futurū non
fore est possibile. Igit̄ cū deus sit omi-
potēs seqtur ꝙ potest facere ip̄m nō fo
re. Secundā probat. qꝛ preteritū non
fuisse p̄teritū est impossibile: ergo hoc
deus facere nō pōt. ꝯsequētia tenet et
antecedēs patet: qꝛ ad illud sequit̄ ali
quid fuisse ⁊ illud nō fuisse ⁊c̄. Sed li-
cet ꝯcedā istā scd̄am partē: nō tamē ꝓ
pter p̄dictā ꝓbationē: vt patebit. Pri
mā aūt ptē negaui: ⁊ cōtra eā arguo sic
Quia futurū nō fore non pōt esse aliq̄
entitas que sit terminus aut effectus
causalitatis diuine. Igit̄. ⁊c̄. antecedēs
est clarū: et consequētia patet ꝑ p̄dicta
Secundo illa ratio futurū nō fore nō
supponit ꝓ aliquo in aliqua propositi-
one. Igit̄ cū sit affirmatiua ipsa est fal
sa. cōsequētia tenet. ⁊ antecedēs patet
qꝛ ista. deus facit futurū nō fore impli-
cat ꝯtradictionē: vt patet ⁊c̄. Ex his er
go patet ꝙ ratio sua nō valet qn̄ dicit
quodlibꝫ futurū pōt nō fore. igitur ⁊c̄.
nego ꝯn̄am: ⁊ ratio patet ex dictis. quā
do etiam dicit preteritū non fuisse est
impossibile. ⁊c. igit̄ ⁊c. cōcedo ꝯn̄s: sed
nō propter istam ꝓbationē: qꝛ supposi
to ꝙ ego ꝯcederē ꝙ p̄teritum nō fuisse
esset possibile adhuc tamē nō ꝯcederez
ꝙ deus potest facere p̄teritū non fuisse
Cōcedo tamē an̄cedens: ꝓpter articu-
lū parisien̄. et nō ꝓpt̄ illā ꝓbationē: qꝛ
ad illud seqtur aliquid fuisse ⁊ illud nō
fuisse. Nam licet illud sequat̄ ex eo: qꝛ
ad impossibile seqtur qd̄libet. ꝙ tamē
hoc seqtur nō pōt ꝓbari plus q̄ꝙ possit
ꝓbari: ꝙ ad futurū posse non fore: seq-
tur aliquid fore: ⁊ illud non fore. Ideo
⁊c̄. Et sic sit dictū ꝯtra istū reuerenduꝫ
patrem. ⁊c̄. ¶ Quarta ꝓpositio ⁊
principalis sit ista ꝯtra fratrem Rober
tum ⁊c̄. licet diuina causalitas sit infini
ta ⁊ immēsa: nō tamē immēse: sed solū
finite causat quicquid agit ad extra.
Prima pars patꝫ ex dictis: qꝛ diui
na causalitas est diuina voluntas: q̄ est
infinita ⁊ immensa. Sed oppositum
secūde partis tenet dictus re. pater: q
in primo articulo ponit istā tertiā ꝯclu
sionē. Sicut prima causa est immensa
intrinsece formaliter sic eidē correspō
det immēsum agere vere ⁊ realiter. cō
sequentiā probat: qꝛ ipsa agit ⁊ ad cu-
iuslibet effectus ꝓductionē ꝯcurrit per
illud idē per quod ipsa est intrinsece ⁊
formaliter immensa. Unde arguit sic.
Sit. a. aliquis effectus ꝓductus: ⁊ sit
b. virtus prime cause q̄ ꝓducit illū effe
ctum. vel igitur. b. ꝯcurrit ad producti
onē ipsius a. ſm suū totū conatū vel nō
Secūdū nō potest dari: qꝛ talis virtus
est impartibilis. igit̄ oportet dare pͥmū
et per ꝯn̄s talis virtus sicut est immen
sa ⁊ immensi conatus sic immēse agit.
Unde ex hoc infert ꝙ om̄e ꝓducere di
uinū actiuū est equaliter producere. id
est. omne qd̄ deus agit: equaliter pro-
ducit. Ex quo vlterius īfert. ꝙ hec ꝯn̄a
nō valet. deus eque intēse ꝓducit. a. et
b. duos effectus. ergo a. et. b. sunt eque
intensi. Sed contra ista arguo. primo
sic. nulla res plus vel minus producit̄
ab aliq̄ causa: q̄ꝙ ipsa sit in sua natura.
Sed omnis res ad extra ꝓducta soluꝫ

finite est. sicut ipsa est finita essentia. er
go nulla talis infinite producitur a pri
ma causa. Secundo arguo ex dictis
ipsius contra eum qꝛ in primo correla=
rio prime cõclusionis primi articuli ip=
se concedit. ꝙ licet deus ad esse rei in=
fluat per solum suũ intelligere: et velle
eternale. suuȝ tamen influere est soluȝ
temporale. Cuius rationeȝ ponit. quia
omnis mensura in qua res ad extra est
producta. est temporalis. et per conse=
quens deus temporaliter influit. ergo
pari ratione deberet concedere. ꝙ licet
producere diuinum sit imensum. tamẽ
solũ mense: et finite producit. quia res
producta est finita. Tertio si dicta eiꝰ
essent vera et ratio sua bona. tunc ipse
haberet concedere ꝙ deus immense: et
equaliter diligit omnia. et non plus di
ligit seipsum ꝙ̃ creaturaȝ. nec vnã crea
turam plus ꝙ̃ aliam. consequens nõ es
set bene securum. Sed cõsequentia pa
tet. quia dilectio qua deus diligit om=
nia. est immensa ꝛc. Unde contra eum
sit hec quinta ꝓpositio. licet diuina cau
salitas sit impartibil. nec possit esse ma
ior et minor in diuersis effectibus. non
tamẽ equaliter causat. sed inequaliter
concurrit ad inequales effectus. Patȝ
per simile de diuina dilectione sicut iã
tactum est. Sexta propositio sit hec.
ꝙ ista ꝯsequentia nõ valet. diuina cau=
salitas ſm suum totum conatum: ꝛ con
cursum immensum producit. a. effectũ
ergo immense producit ipsuȝ. patet ex
dictis. datur enim instantia de dilectio
ne dei. Item datur: alia instantia. quia
non sequit scientia ꝛ voluntas dei. qua
deus scit et vult antichristũ fore est ne=
cessaria. Igitur deus necessario scit: et
vult antichristum fore. et ita non sequi
tur conatus vel concursus dei quo pro
ducit. a. est immensus. ergo deꝰ immen
se producit. a. Ex his ergo clare patȝ ꝙ
ratio huius re. pa. non cõcludit. Et hec
sunt dicta contra. ꝛc.

Principiuȝ in secũdũ sententiaꝝ.

A

Plenam doctrina
hec noua. Ista questio
mouet Marci. i. capi.
Quã alias in eiusdẽ li
bri principio. Et simil'r in
primo sniaruȝ exordio p
me assumptã ꝓ themate iterum nũc re
sumo. Reuerẽdi patres magistri ac do=
mini charissimi. Sicut xpiana philoso=
phia ꝓfitet priusꝙ̃ mũdus material' vl'
eternalis diuine ꝯceptiõis thalamo ꝓ
duceretur in esse. optimꝰ eoꝝ artifex et
genitor deus p se omnino sufficiẽs nulla
indigebat creatura. Erat quippe fons
luminis. seminariũ vite. thesaurꝰ boni=
tatis. ꝛ summe plenitudo sciẽtie in quo
velut in speculo tersiori lucebant luce
clarius vite viuẽtis imagines. notiões
eterne. mũdus intellectualis. et idealis
rerũ oĩm cognitio ꝑfinita. nullo igit in=
digebat. qm̃ quicqd factuȝ est in ip̃o vi
ta erat. Iohannis. i. Unde liquet ꝙ nul=
la prorsus fuit mũdane creatiõis ratio
nisi sola bonitas creatoris. Ipse enim
summe bonus bona singula de sola bo
nitate creauit: et tanꝙ̃ optimus oĩm ar
tifex quod ab penetralibus mẽtis eter
naliter conceperat quasi materiali ver
bo tempaltier euocãs mundi creatiõeȝ
q̃si materiale ꝑceptũ exp̃ssit. Dixit eñ
deus. fiat mundus ꝛ factum est ita. Ge
nes. i. Hec est itaqꝫ vera de mũdi crea
tione sentẽtia quã xpiana phia ꝓfitet
imo quã inueterata phoꝝ gẽtilitas liceȝ
in tenebris ambulãs. non tamẽ penitꝰ
diffitetur. Unde Plato phus. Opificeȝ
inquit genitoremqꝫ vniuersitatis tam
inuenire difficile ꝙ̃ inuentuȝ digne pro
fari. Sed attendite queso dilectissimi
qualiter premissam sentẽtiã omis crea
tura dei solo hoĩe (anormala exceptio=
ne) secluso vnanimiter ꝯfitet ꝛ deũ suũ
quantũ in se est ꝑdicat ꝛ fatet. Cõside=
rate primitꝰ celestia. Ecce eñ solare cor=
pus diẽ illuminat. lunaris globꝰ cũ cete
ris planetis ac stellis nocteȝ irradiat. Et
vt ego positiones sidereas: celiqꝫ leges
breuiter enumerẽ. Satis pȝ ad oculuȝ
ꝙ celi enarrãt gloriã dei: ꝛ opa manuũ

b

Eius annunciat firmamentū.ps̄.18.Con
siderate superius ethera. Ecce eñ aer
legibus obtemperās creatoris.nūc au-
ra beniuola gratulatur.nunc nubiū fle-
tibus quasi cōpatiēs lachrimat̄. nūc ꝑ-
lijs ventorum irascitur. nunc tonitruis
concutitur.nunc calore decoquitur.nūc
austeritate frigorum asperatur. Consi-
derate inferius terrestria.Ecce eñ ter-
ra sui creatoris iussuȝ implens.nūc flu-
uijs .nunc graminibꝰ. nūc siluis comā-
tibus hylarescit.pars frugibꝰ.pars vir
rescit arboribus. pars odoratį aspirat.
pars victū animātibꝰ subministrat. ꝑs
gēmis.ꝑs metalloꝝ generibꝰ est fecun-
da.Considerate vlterius viuētia. Ecce
eñ volucres celi et aeris pisces aque:⁊
marˀ. ac singule bestie terre:dei ordina
tiōe ⁊ inspiratiōe nature q̄tū sensuali
tas patit̄ inertia quibus pn̄t obsequijs
creatori suo venerabiliter famulantur.
Sȝ qd mee narratiōis curriculuȝ vltra
vagari ꝑmittere cū iā ad sensuȝ pateat
vniuersis qualiter creatori suo singule
creature sue regulariter obsequunt̄.q̄li
ter ei fauet:celuȝ.famulat̄ aer.hūc colit
tellus venerat̄ vnda.huic velut mundi
domino tributum singula soluūt.Et vt
breuiter dicaȝ qualiter sibi omne genu
flectitur celestiū terestriū:⁊ infernoruȝ.
Phil.2.Sed aduertite charissimi q̄lit̄
solus homo cū vniuersa lege sue origi-
nis diuinis legibus teneantur obnoxia
huius vniuersitatis: exceptus a regula
irregulariter in domini sui maiestatē li
tigiosum ausus est excitare tumultum
Qualiter solus hō cui:deus oēm dede-
rat creaturā in iuridice dn̄ationis sub-
iectum imo cui seipm̄ creatorē dederat
in beatifice dilectōis obiectū. ingratissi
mus oīȝ creaturaꝝ. deo furtuȝ supysiꝰ
faciens in hostē suuȝ ꝓpriū se suo trans
tulit ab actore.⁊ veri domini sui ausus
preuaricar̄e preceptū ei debite honoris
denegauit tributū. Qualiter solus hō
factus sui ad imaginē creatoris.in ter-
ram heu miser deposuit accepta diuini
tus isignia deitatis: ⁊ a sua generosita
te degenerās. omnē gloriā suā sic in ni
hilū vsq; deduxit.vt in brutalis lapsus
cecitatis occasum illud horrendū audi
re mereretur opprobriū. Homo cum in
honore esset non intellexit cōparatꝰ est
iumētis insipiētibus et similis factꝰ est
illis.ps̄.49 Sed pēsate queso dilectis
simi qualiter homo iste sic cecꝰ. sic erra
bundus. sic deuius. sic delirus sola sui
creatoris misericordia.ad viaȝ reducit̄
veritatis. Uidēs eñ misericors deꝰ ho
minem quē plasmauerat sic damnabili
ter oberrare.nouā euangelice legis do-
ctrinā a regalibus celi sedibus in terrā
misericorditer delegauit vt ꝑ eam edo
ctus homo ab erroris deuio resiliret.et
queȝ diu neglexerat suū recognosceret
creatorem. Hec siquidem est doctrina
penetrans vt gladius. cōterrēs vt mal
leus.ardens vt facula.rutillās vt lucer
na.que velut gladius oīm errorum ab-
scindit ȝiȝanias.Que velut malleꝰ he-
reses interimit vniuersos. Que velut
facula nostrorum fasciculos criminū ca
ritatis feruore cōburit. Que velut lu-
cerna per nocturna mundi huius silen
tia lumen cōmeantibus exhibet ne pe-
dem suū ad lapideȝ erroris exul homo
et peregrinus offendat. De qua optās
ꝓpheta dicebat. Lucerna pedibꝰ meis
verbū tuū. ⁊ lumē semitis meis.ps̄.118
Homo igitur dum ad hāc doctrinā no-
uam cōuertit intuitum ab erroris som
nio excitatur.Sed turbato adhuc ocu-
lo rationis a tāte victus sublimitat̄: ex
cellētia in admirationē rapitur:⁊ in ad
miratiue q̄stiōis cogit̄ ꝓrumpere v̄ba
dicēs. Que nā doctrīa hec noua.q̄ fuit
questio vr̄is ꝓposita reuerētijs a princi
pio B Ad quā quidē questionē
sicut alias dicebat̄ magister sn̄iaꝝ in q̄
dripartito huiꝰ libri volumīe sub q̄dru
plici cōclusiōe respōdet. Prima est ꝙ
hec doctrina:per quā summa dei myste
ria secretius reuelantur in primo. Se
cunda est ꝙ hec doctrina per quam no
ua mundi vestigia subtilius declarant̄
in secundo. Tertia est. ꝙ hec doctrī-
na per quam mira verbi cōmertia sub-
limius reserantur in tertio. Quarta
est ꝙ hec doctrina ꝑ quaȝ pia lapsis re-
media suauiꝰ ꝓpinant̄. in q̄rto. Per ꝙ

sam nanqȝ reuelantur secretius velata mysteria summe trinitatis quo ad primum. per ipsam declarantur subtilius creata vestigia noue entitatꝭ. quo ad secundū. per ipsam referant sublimiꝰ sacrata cōmertia mire charitatis. quo ad tertiuz. per ipsam propinātur suauius oblata remedia pie sanitatꝭ quo ad q̄rtuz. Nam in hoc quadripartito sentētiarum libro tractat magister quadruplex xp̄i noue: ⁊ euangelice legis archanuz euāgeliste Johīs diuinitus inspiratuz Johīs. i. Primū est ꝙ in p̄ncipio erat verbum: ⁊ verbuz erat apud deū ⁊ deus erat verbū. Quod est beate trinitatis summū misterium in p̄mo libro.

Secūdū est. ꝙ oīa p ip̄m facta sunt et sine ipso factum est nihil. qđ est create entitatis nouū vestigiū. in scđo libro

Tertiū est. ꝙ verbū caro factū est. qđ est diuine charitatis mirū cōmertiū. in tertio libro. Quartuz est. ꝙ habitauit in nobis et vidimus gloriā eius. quod est humane sanitatis pium remedium in quarto. Sic igitur per hāc doctrinā altiꝰ erigitur hamanus prospectꝰ quo ad primuz. Dulcius instruitur humanꝰ aspectus quo ad secunduz. Rectius dirigitur humanus profectus quo ad tertium. Mitius corrigitꝛ humanꝰ defectꝰ quo ad quartū. Nā magister in hoc sententiaꝝ libro correspondenter ad p̄missa. Ad erigenduz prospectuz hominis agit de cognitione dei perfecti luminis in primo. Ad instruendū aspectum hominis agit de creatiōe mūdi effecti germinis in secundo. Ad dirigendum profectum hominis agit de cōmuniōe verbi affecti numinis in tertio. Ad corrigēdum defectuz hominis agit de curatione lapsi infecti hoīs in quarto. He sunt igitꝛ quattuor ꝯclusiones ad ꝓpositā q̄stionē respōsales quas mgr̄ sniaꝝ pertractat. De quaꝝ scđa nūc solū dicēdū est reseruatis alijs suis locis Scđa igitur cōclusio est ⁊ huic scđo libro sententiarū correspondēs: ꝙ hec est doctrina per quam noua mundi vestigia subtilius declarantꝛ. Per ipsam enī delarantꝛ subtilius creata vestigia noue entitatis. Nam in hoc secundo sententiarum libro tractat magister illud doctrine xp̄i noue ⁊ euāgelice legis archanū euangelice Johanni diuinitus inspiratum Johannis. i. Omnia per ipsum facta sunt ⁊ sine ipso factuz est nihil. Qđ est create entitatꝭ nouū vestigiū. Ubi q̄so videte carissimi circa vestigiū noue entitatis q̄ttuor subtiliꝰ declarari.

Primum est vniuersoruz productio Quia omnia per ipsum ⁊c. Secūduz est productoruz creatio. quia per ipsuz facta sunt. Tertium est creatoꝝ auersio. quia factum est nihil id est peccatū

Quartum est auersorum conditio. quia sine ipso factum est nihil. Teste siquidez beato Augustino peccati conditio est ꝙ sicut videlicet ipsum nihil est: sic a deo factum non est. Hec est enī secundi libri sententiarum principalis materia ⁊ sentētia generalis. Sic igitur per hāc doctrinam dulcius instruitur humanus aspectus. Naz magister in hoc secundo ad instruendū aspectū hominis agit de creatiōe mūdi effecti germinis. ostendens q̄ntum ratio capit humana. qualiter ex mundi creatione intelligatur creator omnipotens. ex cōseruatione omni faciens. ex dispositione omni sapiēs. ex regimine prouidus ex pulcritudine perfectus. ex magnitudine sempiternus. Sed inutile censeo vt per plura discurramꝰ cum omne qđ apparet in vniuerso mundo a summo vsqȝ deorsuz et quicqd est bonitatis in vniuersa serie seculorum non aliud sit q̄ꝫ vestigium tenuissime impressionis ⁊ velut vmbra dissimilis apparitionis abissalis illius bonitatis quam nec assequitur loquela nec attingit cogitatus. Hec est itaqȝ secūde cōclusionis sententia. hec est huius secūdi libri sententiarum doctrina per quaz homo ex aspectu creaturarū instruitur in qualēcūqȝ noticiā creatoris. per quā vt verbo ap̄li vtar inuisibilia dei a creatura mundi p̄ q̄ facta sunt intellecta ꝯspiciuntꝛ. sempiterna quoqȝ virtꝰ eiꝰ ⁊ diuitas Ro. i. Ad cuiꝰ cognitionē ꝑfectā nos ꝑuenire ꝯcedat. Qui sine fine viuit ⁊ regnat Amē

L Juxta thema collatiōis In primo principio meo talem formaui titulum questiōis. vtrū doctrina christi noua sit lex ꝑfectissima. Et qꝛ perfectio legis xp̄i ex quattuor potest specialiter declarari. Primo ex ꝑfectiōe p̄ceptoꝝ que ab ipsa iubentur. Secūdo ex ꝑfectione credendoꝝ que in ipsa docētur.

Tertio ex ꝑfectione meritoꝝ que sub ipsa habentur. Quarto ex perfectione p̄mioꝝ que ex ipsa debent. Ideo iuxta hec quattuor pūcta titulus ꝓposite questionis diuisus fuit in q̄ttuor titulos ꝑtiales circa quattuor libros sentētiarū ꝑtractandos. Primus est vtrū lex christi sit in p̄dictis rectissima. Scd̄us vtrū lex xp̄i sit in credendis certissima. Tertius vtrū lex xp̄i sit in meritis gratissima. Quartus vtrū lex christi sit in p̄miis iustissima. Unde sub his quattuor titulis in q̄ttuor libri sentētiaꝝ p̄ncipijs q̄ttuor difficultates ꝓposui pertractare. Prima est de legis xp̄i ⁊ diuine volūtatis recta ꝯformitate. Scd̄a est de leg̃ xp̄i ⁊ sue veritatis certa probabilitate. Tertia est de legis xp̄i meritoria credulitate. Quarta est de legis christi premiatoria equalitate. Expedito igitur primo titulo in primo p̄cipio restat expedire scd̄m. Querit̃ ergo. vtrū lex xp̄i sit in credendis certissima. Et arguit̃ p̄mo ꝙ nō. Quia illa lex non est in credēdis certissima q̄ docet credere illa que sunt cōtra rationē. ⁊ quoꝝ oꝓposita sūt consona rationi: sed lex christi est hm̄ōi igit̃ ⁊c̄. Maior ptꝫ: qꝛ lex certissima debet esse ꝓbabilis ⁊ rationi ꝯsona. Sed minor ꝓbatur: qꝛ lex xp̄i docet credere vnā essentiā simplicissimā esse tres res et quālibet illarū vnā. et eandē ꝑsonaꝫ esse hoīem ⁊ deū. vnā rem indiuiduā eē in pluribus diuersoꝝ locoꝝ distantium et alia multa que apparent manifeste contra rationē: ⁊ quoꝝ opposita apparent consona rationi. Ideo dicit ap̄l'us ꝙ fides est sperandarū rerū: argumētū non apparentium. Hebre. xi. quare ⁊c̄. Secundo arguit̃ sic: qꝛ lex illa non est in credendis certissima que docet credere aliquid quod nō est firmiter tenēdum. Et cuius oppositū est ꝓbabiliter asserēdū. Sed lex christi est hm̄ōi. Igitur ⁊c̄. Maior patet. sed minor ꝓbatur quia lex christi docet credere ꝙ voluntas diuia est lex seu regula simpliciter prima sicut declaraui in primo principio meo: ⁊ tamen istud non est firmiter tenendū: imo oppositum est probabiliter asserendū sicut declarauerunt plures patres ⁊ magistri mei reuerēdi qui contra me in suo primo principio oppositum tenuerunt: vt infra patebit. igit̃ ⁊c̄. In oppositum arguitur per Augustinū in libro de fide ad petrum. vbi de qualibet veritate legis christi dicit. firmissime tene et nullatenus dubites. ꝑ hoc docens ꝙ lex christi est in credēdis certissima ⁊ firmissime veritatis. D

In ista questione iuxta materiam duorum argumentorū ante oppositum duo erunt articuli. Primus erit positiuus et responsiuus ad principale quesitum. Secundus erit collatiuus et responsiuus ad secundum articulum.

Dimisso auteꝫ pro nūc primo et principali articulo de quo alias videbitur: solum dicam de secundo. in quo queritur vtrum voluntas diuina sit lex seu regula simpliciter prima. Et quantum ad istum articulum solum recitabo illa que declaraui in primo principio meo. et que arguerūt reuerendi patres ⁊ magistri mei cuꝫ quibus indignus concurro. dicta mea pro posse a contradictione ꝓbabiliter defendēdo. vnde in hoc presenti actu soluꝫ intendo conferre cū illis magistris: qui in primo principio me impugnauerunt ⁊c̄. cum alijs quos in primo principio impugnaui in alijs p̄cipijs collaturus. Prima igitur ꝓpositio est ꝙ volūtas diuina est lex seu regula obligatoria in genere legis obligantis simpliciter prima. Secunda est ꝙ voluntas diuina est lex seu regula obligatoria alicui rei: qꝛ vult ipsam aliq̄liter esse vel nō esse teneri: ⁊ iste fuerūt due p̄ncipales ꝯclusiōes in p̄rio p̄ncipio meo responsales huic articulo.

Tertia ꝓpositio est ꝙ impossibile est aliquā rē obligari ab aliquali lege ⁊ nō

sic obligari a diuīa volūtate. Quarta est q possibile est aliquā rez obligari a diuina volūtate τ nō ab alia lege: τ iste sequuntur ex pⁱma. Quinta ꝓpositio est q oīe peccatū est cōmissio vel omissio ꝯtra legis ꝓhibitionē vel pceptum. Sexta est q nullū est ex se pctm̄: sed precise: q: lege ꝓhibitū. τ iste sequunt̄ correlarie ex supradictis τc̄. Opposi- tum tn̄ pdictarū ꝓpositionū q̄s ego po sui τ ꝓbaui in pⁱmo pncipio meo tenue rūt aliq reuerēdi patres τ magistri mei Unde conferendo cū eis tenebo ordinē quē materia exigit: τ fm q pdicte ꝓpo- sitiōes in se mutuo consequunt̄. ℭ

Igit̄ ꝯtra pⁱmā ꝓpositionē arguit fra ter. Jacobus τc̄. Et ꝓbauit tria dicta Primū q voluntas diuina nō debet ꝓ prie dici lex seu regula. Secūdum q vo lūtas diuīa nō sit simplr̄ prima lex seu regula. Tertiū q per ratiōes meas nō sufficienter probat̄ illa ꝓpositio prima Ad primū arguit̄ tripliciter. Primo q: voluntate diuina nō primo est rectū vt oīa sint ordinatissima. igit̄ τc̄. ꝯña te- net: q: fm August. i. de libero arbitrio. Lex prima τ eterna est qua iustū est vt omīa sint ordinatissima. Et aīs ꝓbat q: oē qd̄ iustū τ rectū est a rectitudine rōnis primarie iustū τ rectū est: ergo pⁱ us est iusticiā et rectitudinē ratiōis eē q̄ iusticiā τ rectitudinē voluntatis esse. et p ꝯñs prius est rationē et legē esse q̄ volūtatē. Secundo sic. esse summā ra tionē p prius ꝯuenit intellectui q̄ volū tati: ergo esse sūmā legē. tenet ꝯña per August. vbi supra dicentē q lex eterna est summa ratio cui semp obtēperandū est. τ aīs apparet: q: q̄ ꝯformiter se ha bet electio ad voluntatē tam ratio ad intellectū τc̄. Tertio sic. minus ꝓprie appropriatur sūmo intellectui bonitas igitur τ summe voluntati veritas: τ per ꝯñs esse legē eternā. tenet vltima ꝯña per beatū Augusti. in de vera religiōe dicentē q apparet supra mentē nostraz legē esse eternā que veritas dicitur. Et assumptū probatur: q: quodlibet obie- ctum vnius potentie minus ꝓprie assi gnatur alteri potētie sibi non subordi- nate. Sed sic est q bonitas est obiectū adequatū voluntatis τ veritatis intel- lectus. igit̄ τc̄. ℭ Iste ratiōes pⁱ ma facie sunt apparentes. sed ad repel lendū causam apparentie τ ostēdendo causam defectus ponā ꝯtra istū reuerē dum patrē quattuor ꝓpositiōes. Pri- ma ꝓpositio est. q volūtas diuina et di uinus intellectus seu ratio sunt oībus modis idem taz formaliter q̄ realiter. nec distinguuntur inter se aliqualiter. Ad declarationē aūt huius pmitto q̄t- tuor regulas. Prima est. q nunq̄ aliq̄ positio est ꝯcedenda nisi cogente fidei auctoritate: cuius oppositū apparet eui dēs circūscripta fide. vnde ptz q nulla positio ita difficilis ad sustinendū sicut positio de trinitate est concedēda: nisi cogente fidei auctoritate. Scd̄a est q nunq̄ [illegible] expositor⁹ debet negari nisi vbi cogit auctoritas fidei. Tertia est q nunq̄ debet ꝯcedi aliqua ꝯtradi- ctoria de eodem verificari ex natura rei nisi vbi cogit auctoritas fidei. patet. cū valde difficile sit sustinere aliq̄ ꝯtradi- ctoria de eodē verificari etiā in positio- ne de trinitate ad quā cogit auctoritas fidei. Quarta est q nunq̄ debet ꝯcedi aliqua ꝯdictoria verificari de terminis supponētibus ꝓ eodē ꝯuertibiliter cō- uersiōe regulata p quicqd seu alio mo- do equalenter. patet ex supradictis. Et iste regule possunt declarari: sꝫ eas sup pono: q: nullus amator veritatis debet eas negare. vnde q eas negant magis sunt cachinno irridendi q̄ argumento reprobādi. sicut diffuse alias declarauī Ex his ꝓbatur ꝓpositio. Primo q: po- sitio ꝯcedens q volūtas diuina τ intel- lectus diuinus seu ratio nō sunt oībus modis idē: sed distinguuntur formaliter est ita difficilis ad sustinendū sicut po- sitio de trinitate. imo difficilior: q: ita difficile vel difficilius est imaginari q plures formalitates sint eadem res si- cut q plures res sint eadez essentia. q: inimaginabile est q sit aliqua non idē- titas siue distinctio nisi pluriū distincto rum. τ inimaginabilis est pluralitas ni si rerū vnde videtur probabile. q si ec-

desia minorem non idētitatem siue distinctionem potuisset imaginari q̄ꝫ realem illam ad minus apparēter obuiandum diuine simplicitati. diuinis personis attribuisset. Cum igitur ad ponendum talem distinctionez inter voluntatem et intellectum nō cogat fidei auctoritas. sed omnia tradita in scriptura sacra et determiatione ecclesie possint saluari non ponendo eam. imo eaꝫ nō ponere magis consonet diuine simplicitati. sequitur per primam regulam ꝙ talis non sit ponenda. quare ⁊c̄. et habetur propositūꝫ ⁊c̄. Secundo arguitur expositorie sic hec volūtas diuina ē omnibus modis ideꝫ voluntati diuine. hic intellectus diuinus est hec voluntas diuina. ergo hic intellectꝰ diuinus est omnibus modis idem voluntati diuine. p̄misse sunt vere. et ꝯsequētia est sillogismus expositorius. qui nō debet negari in proposito. sicut patet per secundam regulam igitur ⁊c̄. Tertio. Voluntas diuina et diuinus intellectus sunt ideꝫ ⁊ ista predicata sunt ꝯtradictoria. s. esse ideꝫ formaliter volūtati diuine nō esse idem formaliter voluntati diuine. ergo non debet concedi de voluntate diuina et intellectu diuino sicut patꝫ per secūdam regulam ⁊c̄. Quarto. Quicquid est voluntas diuina: est intellectus diuinus et econtra. Igitur de ipsis non debent concedi predicta contradictoria sicut patet per quartam regulam: et per consequens apparet prima propositio probata. ¶ Secūda propositio est ꝙ quicquid ex natura rei cōuenit diuine voluntati conuenit et diuino intellectui. Ista patet ex predictis et specialiter ex tertia et quarta regulis. Aliter enim predicta cōtradictoria verificarētur de eodeꝫ. Tertia propositio est. ꝙ si intellectus diuinus est lex seu regula obligatoria etiaꝫ volūtas diuina et ecōtra. patet ex predictis etiam arguendo expositorie. Et ideo ptꝫ ꝙ dictus reue. pater in suis rationibus assumit multa falsa. Unde p̄mo falsuꝫ est qꝺ assumit in prima ratione. scꝫ ꝙ prius est iusticiam et rectitudinē rationis esse: ꝙ iusticiam et rectitudinem voluntatis esse. ⁊ ꝙ prius est rationem legis esse ꝙ volūtatis. quia ratio diuina: et voluntas diuina sunt penitus idem. ⁊ quicquid ex natura rei conuenit rationi cōuenit voluntati ⁊c̄. Secundo falsum est qꝺ assumit in secūda ratione scꝫ ꝙ esse summam rationē per prius conuenit intellectui q̄ꝫ voluntati. qꝛ ita proprie et de virtute sermonis verum est ꝙ volūtas diuina est ratio summa sicut ꝙ intellectus diuinus est ratio summa cui semꝑ obtempandū est ⁊c̄. Tertio falsuꝫ est quod assumit in tertia ratione. scilicꝫ ꝙ bonitas non est obiectuꝫ intellectus diuini nec veritas obiectuꝫ voluntatis diuine qꝛ quicq̄d est obiectū huiꝰ est obiectum illiꝰ. Quarta ꝓpositio nō obstātibus predictis est ista. ꝙ ſm moduꝫ loquendi sanctoꝝ: ⁊ doctoꝝ magis ꝓprie appropriat̄ volūtati diuine esse legē obligātē q̄ꝫ intellectui diuīo. Ita ꝙ h̄ est ꝺ per se vera. volūtas diuina ē lex obligatoria. et nō hec. intellectꝰ diuinꝰ est lex obligatoria. Et ratio ē. qꝛ sicut modꝰ loquendi doctoꝝ est ꝙ volūtas diuina est causa effectiua reruꝫ ⁊ nō intellectꝰ. ex eo. qꝛ quicq̄d volūtas vult est vel fit. et non quicq̄d intellectus intelligit. ita in ꝓposito quicq̄d voluntas vult obligari obligatur. et nō sic de intellectu. Unde hec ꝯn̄a est bona voluntas diuina vult sorteꝫ obligari ad a. ergo sortes obligatur. et ideo ista est ꝑ se vera. volūtas diuina est lex obligatoria. ⁊ non ista intellectus diuinꝰ est lex obligatoria. q̄uis vtraq; sit v̄a q̄re ⁊c̄. ¶ Ad scd̄ꝫ principale ꝓbandū arguit dictꝰ reuer. pa. sic. qꝛ ab oī lege simpl̄r p̄ma omnis alia deriuat̄. sed a volūtate diuina non omnis alia lex deriuat̄. igit̄. ⁊c̄. Maior patet. quia a primo in vnoquoq; genere om̄ia alia eiusdeꝫ generis deriuātur et minorē ipse ꝓbat de legibus negatiuis que non emanāt a diuina voluntate. sicut est ista. nō furtū facies. Tum primo. quia si diuina voluntas nō esset adhuc non facere furtū esset. Tuꝫ secūdo. qꝛ nō furtum facere nō habet rationem entis. igitur nec boni nec volibilis

2ª ꝓpositio

Tum tertio: q2 talis negatio non est obiectū diuine voluntatis. nā pari ratiōe quelibet alia negatio esset obiectū diuine volūtatis q̄re rc̄. Aliqs alias rōnes facit dict⁹ reuerēdus pr̄. quas cā breuitatis dimitto. q2 possūt solui sic̄ iste oīno pari mō. Unde breuiter ad istā dico negando minorē. Et ad primā ꝓbationez dico ꝙ ad impossibile sequitur qđlibet ideo si diuina voluntas nō esset. nō furtū facere esset ꝛ nō esset. quare patet ꝙ istud nihil facit oīno ad ꝓpositum sicut patet cuilibet intuēti rc̄. Ad secundā ꝓbationē dico ꝙ ista lex non furtū faciēs habet rationem entis ꝛ boni ꝛ volibilis cum sit lex bona ꝛ iusta ꝛ a deo data nec oppositū habet aliquā apparentiaz. Ad tertiā dico ꝙ ista lex nō furtū faciēs est obiectū diuine voluntatis. nec est incōueniens ꝙ negatio sit obiectū diuine volūtatis aut intellectus diuini. Aliter em̄ intellectus diuinus nō intelligeret aliquā veritatē negatiuā qđ est absurduz. quare pt3 ꝙ rationes huius reuerendi patris non concludunt.

Quantū ad tertiuz principale in quo ipse ꝓbat rationes meas esse insufficiētes ad ꝓpositum sciēdū est ꝙ in primo ꝑncipio meo ꝑmā ꝓpositionē supradictam probaui tripliciter. Primo ex tribus ꝓpositionibus preābulis. Quarū prima est. ꝙ inter leges obligātes vna est lex simpliciter prima. Scđa ꝙ nulla lex creata est lex simpliciter ꝑma. Tertia ꝙ sicut attribuitur volūtati diuine esse primā causam efficientē. sic attribuendū est eidem esse primaz legē obligātem. Nam sicut primū est perfectionis sic ꝛ scđm. quare rc̄. Unde sm̄ Augustī. 22. cōtra Faustū. lex eterna est diuina mens seu voluntas ordinē naturalē seruari iubēs: turbari vetans. sed nulla lex est prior voluntate diuina. igit̄ rc̄. Ad istas aūt rōnes respōdet re. pa. Unde ad primaz negat ꝙ inter leges obligantes sit vna simpl'r prima nisi loquēdo de primeuitate institutiōis: ꝛ negat ꝙ nulla lex creata est simpliciter prima loquēdo de eadē primeuitate institutionis. Sed ista responsio nō valet: q2 sicut inter causas efficientes est vna non creata. sic inter leges obligātes est vna non instituta. ꝛ sicut causa nō creata est causa efficiens simpliciter prima: sic inter leges lex nō instituta est simpliciter prima: ꝛ illa est volūtas diuina. ꝛ nō est aliqua lex creata. Quod ꝓbat̄ sic: q2 sicut nulla res creata habet ex se potētiā causādi: sic nulla lex creata h3 ex se potestatē obligandi. Nā sicut dicit apl's ad Ro. 13. Nō est ꝑtās nisi a deo. igit̄ sicut sola diuina voluntas est ꝑma causa indepēdēs in causando. sic ipsa est prima lex independēs in obligādo q̄re rc̄. Ad scđaz rationē respōdet ꝙ esse legē obligantē nec dicit ꝑfectionē nec imꝑfectionē. Unde nō furtū facies esse legem nec dicit ꝑfectionē nec īꝑfectionē nec diliges dn̄m deū tuū rc̄. dicit ꝑfectionē vel imperfectionem. licet diligere deuz super omnia sit alicuius perfectionis. Sed ista respōsio non est mihi intelligibilis. Item ex hac ratione seq̄tur ꝙ ita ret rationalem creaturam obligari ab aliqua lege ꝛ nō obligari a diuina volūtate vt patet satis. igit̄ rc̄. Ad tertiā rationem que est auctoritas Augustini respondet ꝙ obligari varie cōpetit legis conditori et ipsi legi. Nam legis cōditor obligat principaliter et effectiue: seu auctoritatiue. sed lex ipsa obligat virtualiter et consecutiue: ꝛ ideo nomē legis aliquando trāsfertur ad significandum institutorē legis. Et per hoc dicit ꝙ hec est falsa de virtute sermōis: volūtas diuina est lex eterna: sed hec est vera: voluntas diuina est eternus cōditor legis. quare rc̄. Sed tamē hec responsio non valet: quia absolute staret ꝙ voluntas diuina aliquam creaturam obligaret: ꝛ tamen nullam legem institutaz conderet. Nam ex hoc solo ꝙ diuina voluntas vult aliquam creaturam ad aliquid obligari sequitur illaz creaturam obligari absq3 hoc ꝙ oporteat aliquam legem instituí: et tamen non stat creaturam obligari sine lege obligante. igitur volūtas diuina propriissime est lex obligatoria rc̄. Et hec sunt dicta contra istum reuerendum patrem. ꝛ cetera.

R Contra scdam ꝓpositionē arguit
magister Egidi⁹ ꝛc.⁊ circa hoc tria fa-
cit. Unde pͥmo arguit me de impropꝛie
tate sermonis. quia in secūda ꝯclusiōe
pͥmi pͥncipij posui ꝙ sicut diuina volū-
tas est causa efficiēs quia vult aliquid
esse vel fieri. sic ipsa est lex obligatoria
qꝛ vult aliqd ad aliqualiter esse vel nō
esse teneri. Et limitaui sensuꝫ secunde
partis dicendo ꝙ licet illa sit vna ꝓpo-
sitio causalis que pōt denotare antece
dentis ad consequētis causalitatē pro
pꝛiā vel ipsoꝝ ꝯuertibilitatē per ꝯñam
mutuam. tñ quicquid sit de pͥmo sensu
nihilomin⁹ in secūdo sensu volui intel-
ligere ipsam. Unde cōtra istū ꝓcessum
instat nimis multis medijs ⁊ quasi in
ideꝫ coincidētibus ⁊ miroꝛ quō arestat
se in hoc ꝛc. Primo igit̄ arguit ꝙ po-
nere illā causalem ⁊ solū per illā inten
dere ꝯñe cōuertibilitatem est abuti ꝓ-
positionibus. Nam eodē modo conce-
deretur ꝙ ideo volūtas diuina est obli
gatoria quia viatoꝛ est. Secūdo eodē
modo cōcederet̄ ꝙ deus est: qꝛ si asin⁹
volat asinus habet alas. Tertio mi-
raret̄ quare illo modo plus dico volun
tatem eē primā legē ꝙ̄ intellectum. cū
eque bona sit ꝯña. intellectus diuinus
dictat hūc obligari. ergo obligat̄. sicut
de voluntate. Item per talē conuertibi
litatem ꝯñe non plus habet̄ ꝙ volun-
tas diuīa sit lex vel regl̄a humane obli
gationis ꝙ̄ obligatio creata diuine vo-
luntatis. cū eque sit conuertibilis ꝯña
vtrobiqꝫ. ⁊ tñ in toto ꝓcessu meo vt di-
cit nihil specialius pono per qđ volun-
tas diuina debeat dici lex vel regula.
quare insufficient̄ respondeo. Nec eua
do ad difficultatem quesiti. qꝛ difficul-
tas est in quo consistit radix obligatio-
nis. Modo respōdere precise ꝑ ꝯñam
illā mutuā non sufficit ꝛc. L Sed
iste instātie sunt sophistice ⁊ falso inni-
tunt̄ fundamento. Uñ pro euidenti re-
pulsione ipsaꝝ Sciendū est ꝙ ista con-
iunctio quia. vel alia similis faciens ꝓ
positionē causalē aliquando significat
causam essendi. ⁊ sic facit ꝓpositionem
ꝓpꝛie causalem. vt cuꝫ dicitur. quia sol
lucet dies est. quia homo habet mate-
riam homo est coꝛruptibilis. ⁊ sic de si-
milibus. quādoqꝫ vero talis cōiunctio
non significat causam essendi. vt cuꝫ di
citur qꝛ aliqua res in diuinis generat
filium. aliqua res in diuinis est pater.
quia creature sunt a deo. deus est dñs
creaturaruꝫ. Tales eñ ꝓpositiones so
lent concedi ⁊ tamē clarū est ꝙ non de-
notant antecedentis ad ꝯsequens cau
salitatē ꝓpꝛiam. quia sic essent false vt
notum est intuenti ꝛc. Ita est in ꝓposi-
to qñ dixi. hec ꝓpositio volūtas diuina
est lex obligatoria. qꝛ vult aliqd ꝛc. nō
denotat antecedentis ad ꝯñs causali-
tatem ꝓpꝛiam sed conuertibilitatem ꝑ
ꝯñam mutuā. Uolui eñ per hoc exclu
dere pꝛimum sensum in quo illa dictio
quia significat causam essendi. quia sic
nihil de causa vt diuina volūtas sit lex
obligatoria. sed per hoc ꝙ dixi ꝙ talis
ꝓpositio sicut ⁊ alie supꝛadicte signat
antecedentis ad ꝯñs conuertibilitateꝫ
per ꝯñam mutuam. non volui exclude
re qn aliud requiratur seu ꝙ hoc suffi-
ciat ad veritateꝫ talis causalis. sed di-
co ꝙ hoc reqritur ⁊ sufficit mihi ad ꝓ-
posituꝫ. Et si querat quid vltra hoc
requiritur quero etiam idem ab eo de
alijs causalibus supꝛadictis. ⁊ ita faci-
liter rñdebo sibi sic ipse mihi. Nec ali-
ud teneoꝛ respondere quia non habeo
hic tractare de veritate causalium nisi
aliter cogatvi argumentoꝝ. ⁊ ex his pa
tet ꝙ due pꝛīe instantie non faciunt ad
ꝓpositum ꝛc. Ad tertiam instantiam
dico ꝙ ipse miratur sine causa. Naꝫ ꝙ̄
uis dixerim ꝙ voluntas diuina sit pꝛi-
ma lex seu regula non propter hoc ne-
gaui hoc de intellectu diuino. imo ex pͥ
mo seqtur scđm expositoꝛie arguendo
cum etiam voluntas ⁊ intellectus sint
omnino idem vt supꝛa probaui. Tamē
quare magis appꝛopꝛiatur volūtati eē
legeꝫ obligatoꝛiam ꝙ̄ intellectui supꝛa
dixi. scilicet quia licet vtraqꝫ istaruꝫ sit
vera. voluntas est lex obligatoria. ⁊ in-
tellectus est lex obligatoria. tamen pꝛi
ma est vera per se ⁊ non secunda. Cui⁹
rationem assignaui. quia quicquid vo-

luntas diuina vult obligari obligatur. sed non quicquid intellectus intelligit ⁊c. Et q̄uis bene sequatur intellectus diuinus dictat hunc obligari. ergo obligatur. sicut de voluntate ⁊c. non tamē sequitur. intellectus diuinus intelligit hunc obligari. ergo obligatur. vt patet cuilibet intuenti. quare ⁊c. Ad quartam instantiā nego assumptū. ⁊ cū reuerentia dico ꝙ satis assignatꝰ que sit radix obligationis. Nā illa est diuina volūtas. ⁊ illa satis explicatur per hoc ꝙ dixi ⁊c. nec oppositū ipse probat. Et si aliquis doctor ꝓfundius attingat hāc materiam supplico ꝙ ostendat. M

Secūdo dictus magister p̄ncipaliter descendendo ad ꝓpositum agit de illa ꝓpositione vt est causalis ꝓprie. ⁊ circa hoc ponit duas ꝓpositiones. Prima est. ꝙ licet diuina voluntas vt sic nō sit quorūlibet effectuū ratio formaliter effectiua. est tamē diuinaꝝ rationū causalium ad agendū ratio applicatiua. Prima pars ꝓbatur. quia vt sic nō est quorūlibet eminenter contentiua. Secunda q̄ aliter non saluaretur ꝙ ipsa essꝫ omniū rerū causa. Sed non insistendo circa ꝓpositionē istam quia nō videtur mihi facere ad ꝓpositū. Dico breuiter ꝙ est falsa. ⁊ arguo contra eaꝫ sic. quia vel ipse cōcedit in deo distinctionē formalē vel non. si sic. contra hoc sunt illa que supra dixi. etiā ipsemet dixit se nō ponere talem distinctionē. Si ergo nō ponat eam. patet clare ꝙ illa ꝓpositio non pōt esse vera. quia in deo nō sunt plures ratiōes causales. nec ratio causalis aliquo modo distinguitur a volūtate diuina. Nec est verum qd̄ assumit in probatione. scilicet ꝙ voluntas diuina non sit quorūlibet effectuū eminenter contentiua. quare ⁊c. Ex predicta propositione intulit cōtra me ꝙ hec talis proprie non est ꝯcedenda. quia deꝰ vult aliquid esse illud est. vl̄ quia deus vult aliquid fieri illud fit: prout li quia dicit causalitatem formalem. sed reuera istud non est cōtra me. quia bene cōcedo ꝙ si li quia dicat causalitatem formalem. illa esset falsa cū deus ipse nullius rei sit formalis causa. Sed cū hoc stat ꝙ illa causalis est vera ꝓut li quia distinguit causalitatem efficientē. sed contra hoc ipse arguit imponēdo mihi ꝙ ego posui istam regulā ꝙ omnis causalis est falsa vbi ꝯn̄s includit deuꝫ aliquid facere aut scire aut velle. sed hāc falsitatem aut potius puerilitatē nūq̄ posui. sed bene posui istam regulam ꝙ nulla ꝓpositio causalis cuiꝰ ꝯn̄s significat tanq̄ significatum totale deū velle aut intelligere est vera ꝓprie. ⁊ per ꝓpositionem ꝓprie causalem intellexi illaꝫ in qua illa cōiūctio q̄ significat causaꝫ essendi sicut declaraui. modo videat ipse si iste differant. satis enim claruꝫ est ꝙ sic. quare ⁊c. Secunda propositio sua est ꝙ licet voluntas diuina vt sit legis obligatiue diuine ad extra obligandū sit ratio applicatiua. intellectus tamen diuinꝰ magis per se est causa obligationis q̄ voluntas. Primā parteꝫ ꝓbat ex prima ꝓpositiōe. sed ipsa etiā eodem modo potest improbari sicut ꝓpositio illa. quia si non ponatur distinctio formalis. nō potest sustineri ꝙ ipsa sit vera. vt patet. quare ⁊c. Sed secūdam partē ipse ꝓbat sic. quia inter leges creatas magis de per se obligat ratio q̄ volūtas. igitur ita est in deo. ꝯn̄a tenet per simile. ⁊ antecedēs ꝓbat. Primo per vnū dictū meū in quo posui ꝙ habitꝰ fidei infuse est perfectissima lex creata qui tn̄ pertinet ad intellectū. igitur ⁊c. Secundo quia nullus actus dicitur rectus vel iustus nisi q̄ p̄ncipaliter conformis rationi. igit̄ ⁊c. Sed breuiter nego istam secundā partē. ⁊ ad ꝓbationeꝫ quicquid sit de antecedente. nego ꝯn̄am ⁊ similitudinē. Et ratio dissimilitudinis pōt assignari quia in deo inter voluntatem ⁊ intellectū aut actū voluntatis ⁊ intellectus nulla est oīno distinctio. Non sic aūt est in creatura. ⁊ istud posset deduci. sed dimitto ⁊c.

N Tertio p̄ncipaliter dictus magister ponit ꝙ ista ꝯn̄a non valet deꝰ vult aliquē obligari ergo illū īmediate obligat qd̄ ꝓbat multipliciꝰ. Primo. q̄ stat aliq̄d a creatura potēte obligare p̄

ꝯplet illud nō ꝑcipi a deo. igit᷑ ⁊c̄. ꝯña
tenet vt dicat per descriptionē meā de
obligari. ⁊ antecedēs ꝓbat quia aliter
omnis obligatio eſſ; de iure diuino qḋ
est falsum. Secūdo aliqḋ est ciuile do
miniū qḋ non est de iure diuino. igitur
etiā ⁊ obligatio ⁊c̄. Tertio multe sunt
iniuste obligatiōes. ⁊ que sunt peccata
in esse obligatiōis. ergo deus illis nūc
obligat. Item q̄rto. si oīs obligatio eſſ;
a deo. sequeretur ꝙ oīs obligatus obli
gationē nō adimplens peccaret morta
liter. patet quia contra deum obligan-
tem. Quinto adinuicem non concur-
runt humana obligatio et diuina. igi-
tur ⁊c̄. Antecedens patet. quia perfe-
cte ad aliquid obligatus sc; obligatio-
ne diuina. amplius ad illḋ obligari nō
pōt sicut perfecte dñs amplius fieri non
potest dñs. vnde si diuine obligationi
posset succedere alia obligatio cum il-
la primā non confirmaret nec intende
ret. videt᷑ ꝙ supflueret. Item sexto. q̄r
obligare vt videt᷑ aliud dicit q̄ꝫ efficere
obligationē precise. ergo cum generali
dei ꝯcursu effectiuo staret ip̄m nō obli
gare ⁊c̄. Sed contra ꝑdictā ꝓpositio-
nē arguo ꝓbando ꝙ illa ꝯña sit bona.
quia si non. tunc oppositum ꝯsequētis
stat cū antecedēte. ⁊ sic stat ꝙ deus vult
aliquē obligari ⁊ tamen illu; īmediate
non obligat. qḋ est falsum. sicut nō stat
ꝙ deus velit aliquid fieri ⁊ tñ illud im-
mediate nō faciat. aliter diuina volun-
tas non esset īmediate efficax vniuersa
liter omniū que sunt vel fiūt. qḋ est cō-
tra doctrinā sanctoꝝ ⁊ ecclesie. vt satis
patet. igitur ⁊c̄. Nec valent. cu; reuerē-
tia. rationes sue. Vñ breuiter discurrē-
do per eas. Ad primā; dico ꝙ non stat
aliquid a creatura potente obligare ꝑ-
cipi precepto iusto ⁊ obligatorio. ⁊ illḋ
nō ꝑcipi a deo. ideo dicit christus loquēs
ad prelatos qui possunt obligare sub-
ditos. Qui vos audit me audit. ⁊ q̄ vos
spernit me spernit. Lu. 10. Ideo simul
ad primā instantiā ⁊ secūdā dico ꝙ ex
hoc nō sequit᷑ ꝙ omnis obligatio sit ḋ
iure diuino. ⁊ concedo ꝙ sicut est aliqḋ
ciuile dominiū qḋ non sol; dici de iure

Non stat aliquid a creatura potenti obligare et illud non precepi a deo

diuino. ita etia; de aliqua obligatione
quia ꝯm modum loquendi cōmunē ali
qua obligatio vel aliqḋ dñium nō dici
tur de iure diuino. quia sit a deo appro
bante. nā sic quodlibet esset de iure di-
uino. s; ex alia radice hoc dicitur. sicut
patet ex his que dixi in tertia cōclusio
ne p̄mi p̄ncipij sed ea nūc nō recito ⁊c̄.

Ad tertiam instantiā dico ꝙ nihil in
iustum seu peccatū est lex obligans. sic
alias dixi ⁊c̄. Ad quarta; nego ꝯñam
quia ex hoc ꝙ aliquid est cōtra deū nō
infertur ꝙ sit mortale peccatum. Nam
sic omne peccatum esset mortale cum
quodlibet sit cōtra deum. Ad q̄nta;
nego assumptū ⁊ ad ꝓbationem nego
antecedens. Unde dico ꝙ loquēdo de
perfectione dñi ꝯm q̄d ⁊ in genere qua
le attribuitur creature. aliquis ꝑfecte
dñs potest fieri amplius dñs. Nam eius
de; rei plures possunt esse perfecti dñi
sicut rex ⁊ baro in eadem baronia. ⁊ ta
men constat ꝙ si in eandem personam
concurrerent ista duo dominia ille eſſ;
amplius ⁊ perfectius dñs. nā sicut ostē
dit dñs armachanus in primo libro de
paupertate xp̄i capitulo. 1. dominia ꝯm ꝙ
magis aut minus habent de auctorita
te ꝓpria respectu actuum siue vsus do
minij dicunt᷑ magis aut minus dominia
vel perfecta. quare ⁊c̄. Nec valet quod
dicit: sc; ꝙ si diuine obligationi posset
succedere alia obligatio cū illa primā
non confirmaret nec intenderet qḋ er-
go superflueret. Nam consimili modo
ꝓbaretur ꝙ si diuīe causalitati coage-
ret aliqua causa secūda ꝙ illa causa se
cunda superflueret sicut clare patet.

Ad sextam concedo ꝙ obligare
aliud dicit q̄ꝫ efficere obligatione; imo
dico ꝙ stat deum aliquid de nouo obli
gare. ⁊ tñ nihil de nouo efficere. iō istḋ
magis est pro me q̄ꝫ contra. quare ⁊c̄.

Verū est ꝙ ad declaratione; ꝯclusio
nis mee in primo principio meo posui
descriptiones horū terminoꝝ. obligari
⁊ teneri. ⁊ dixi ꝙ obligari est teneri ad
aliqualiter esse vel non esse. siue ad ali
quā dispositionē habenda; vel aliqua
dispositione carendum. Sed teneri est

habere a suo superiori ꝓhibitionez vel preceptum de aliquo existente in inferioris libera potestate. Et istarū descriptionum declaratio magis patuit in tertia conclusione primi principij. vbi ostēdit quid sit preceptum ⁊ quid prohibitio. Contra hoc instat primo quia describere obligari per teneri est diffinire magis notum per minus notum.

Secundo arguit ꝙ teneri non bene describitur. quia stat ꝙ deus aliquem obliget. ⁊ tamen nihil precipiat vel ꝓhibeat. Tertio ad idem. quia tunc sequeretur ꝙ creatura seipsam obligare non posset cuz sibypsi non sit superior

re non pigeat. Queramus itaq̄ et dili=
gēter inquiramus doctrinā illam salu=
brem in qua ꝑtractetur de vita mortuis
de salute īfirmi. d̄ reditu exulis. de cau
sa pauperis. Queramus igitur inter
doctrinas humanitus adinuētas si for
te in eis illa poterit inueniri. Interro=
gemus philosophos ⁊ medicos: politi=
cos et causidicos consulamus. Et pro=
culdubio videbimus ipsos non posse

nostre satisfacere q̄stioni. Inueniemꝰ siquidē ꝙ de vita mortui desperāt phisici. de salute infirmi formidāt medici. de reditu exulis silent politici. d̄ causā pauperis tacet causidici. Ab his itaqꝫ prorsus consulo recedendū ⁊ de nostre solutiōe questiōis nihil penitꝰ ingrendū. hoc quippe nimis arduū ē negociū ⁊ nō nisi altiori expediendum consilio.

Queramus igit̄ dilectissimi queramꝰ inter doctrinas nō humanitꝰ sed diuinitus inspiratas. Et primū ad diuinaꝫ illā sed antiquā doctriuā moysi recurramus. Sane inueniemꝰ eā cōtra p̄missa hoīs incōmoda salubria promittere remedia. ꝓmittit eñ mortuis adiutoriū. viuificabit nos inqͭt post duos dies ⁊ in tertia die suscitabit nos viuemꝰ in conspectu eiꝰ Osee. 6. Promittit infirmis sanatoriū. Sanabo inquit cōtritiones eoꝝ ⁊ diligaꝫ eos spontanee. Osee 14. Promittit exulibꝰ refugium. Educam inquit oues meas de oībus pp̄lis ⁊ congregabo eas de vniuersis terris. ⁊ inducaꝫ eas in terrā suam. Ezech. 34. Promittit deniqꝫ pauperibꝰ subsidiuꝫ Liberabit inquit dn̄s pauperē a potente ⁊ pauperem cui non erat adiutor. p̄s 71. Promittit ergo antiq̄ doctrīa moysi sꝫ nō ꝑficit q̄ ꝓmittit. ⁊ si ad eas ꝑficit nō tñ efficit nec ea sufficit adiplere. Qm̄ vt docet ap̄ls lex illa moysi neminē ad ꝑfectuꝫ adduxit. Justicie aūt dei per fidem iesu xp̄i in oīs ⁊ super oīs qui credunt in euꝫ. Heb. 7. Ideo dimissa antiqua doctrina moysi ad nouā xp̄i doctrinam veniamus. Recurramꝰ igit̄ carissimi ad nouā doctrinā christi ⁊ certe inuenimus eam p̄dicta remedia non solū ꝓmittere sed perficere. nō soluꝫ ꝓferre, sꝫ offerre. Nam huiꝰ doctrine noue summꝰ doctor ⁊ magister xp̄s tanq̄ immēsus deus mortuos suscitat. tanq̄ medicus pius īfirmos visitat. tanq̄ cōductor rectus exules reuocat. tanq̄ defensor equꝰ paupes ꝓuocat. Audiamꝰ itaqꝫ hunc doctorē ac magistrum noue legis euangelice de vita mortui. de salute infirmi. de reditu exulis. de causa pauperis docentem salubriter ac fideliter informantem. Non desperet inquit mortuus in exitu suo. Ego suꝫ immensus deus mortuos suscitans. Ego inquit suꝫ resurrectio ⁊ vita. qui credit in me etiā si mortuus fuerit viuet. Jo. 11. Non trepidet infirmꝰ in morbo suo Ego sum medicus pius visitans infirmos. Ego inquit missus sum sanare cōtritos corde Lu. 4. Non formidet exul aut peregrinus in via sua. Ego suꝫ conductor rectus exules reuocans. Ego inquit sum via ⁊ nemo venit ad patrem nisi per me. Joh. 14. Non hesitet pauper aut mēdicus in sua causa. Ego suꝫ defensor equus pauperes conuocans. Ego inqͭt missus sum euāgelizare pauperibus. Lu. 4. Hec sunt ergo dilectissimi hec sunt que xp̄us in doctrina sua noua in lege euangelica predicat ⁊ docet. que si homo diligēter consideret sane in admiratione rapitur ⁊ in admiratiue questionis cogitur prorūpere verba dicens. Que nā doctrina hec noua. Que fuit questio vestris ꝓposita reuerentijs a p̄ncipio. B

Ad quam quidē questioneꝫ sicut alias dicebatur magister sententiarū in quadripartito huius libri volumine sub quadruplici cōclusione respondet. Prima est ꝙ hec est doctrina per quā summa dei misteria secretius reuelantur in p̄mo. Secūda est ꝙ hec est doctrina per quā noua mundi vestigia subtiliꝰ declarantur in secundo. Tertia est ꝙ hec est doctrina per quā mira verbi cōmertia sublimiꝰ reserant̄ in tertio. Quarta est ꝙ hec ē doctrina ꝑ quā pia lapsi remedia suauius ꝓpinantur in quarto. Per ipsam nāqꝫ reuelātur secretiꝰ velata misteria summe trinitatis quo ad primuꝫ. Per ipsam declarant̄ subtilius creata vestigia noue entitatis quo ad secūdū. Per ipsam reserant̄ sublimiꝰ sacrata commercia mire charitatis quo ad tertiuꝫ. Per ipsam ꝓpinant̄ suauius oblata remedia pie sanitatis quo ad quartum. Nā in hoc quadripartito sententiaruꝫ libro tractat magister quadruplex doctrine xp̄i noue ⁊ euāgelice legis archanū euangeliste Johanni diuinitꝰ insp̄

ratum. Primum est. in principio erat verbū ꝛ verbū erat apud deum ꝛ deus erat verbuȝ. qđ est vere trinitatis sum-mū misteriū. in primo libro. Secundū est ꝙ oīa per ipsum facta sunt ꝛ sine ip so factū est nihil. qđ est create entitatis nouū vestigiuȝ in secundo libro. Ter-tiū est ꝙ verbū caro factū est qđ est di-uine charitatꝭ mirū cōmerciū. in tertio libro. Quartum est ꝙ habitauit in no bis. ꝛ vidimus gloriaȝ eiꝰ. qđ est huma ne sanitatis piū remediū in q̄rto libro. Sic igitur per hanc doctrinā altius eri gitᷣ humanꝰ ꝓspectꝰ quo ad p̄mū. Dul ciꝰ instruitᷣ hūanꝰ aspectꝰ quo ad secū-dum. Rectius dirigitᷣ humanꝰ ꝓfectus quo ad tertiū. Mitius corrigitᷣ huma-nus defectꝰ quo ad quartū. Naȝ in hoc snīarum libro correspondenter ad pre-missa. Ad erigendū ꝓspectū hoīs agit de cognitione dei perfecti luminis in p̄ mo. Ad instruendū aspectuȝ hoīs agit de creatione mundi perfecti germinis in secundo. Ad dirigendū ꝓfectū hoīs agit de cōmunione verbi effecti numi-nis in tertio. Ad corrigendū defectum hoīs agit de curatione lapsi infecti se-minis in quarto. Hec sunt igitᷣ q̄ttuor conclusiones ad ꝓpositam questionem responsales quas magister snīaꝝ ptra-ctat. De quarū quarta nūc solū dicēdū est. expeditis alijs suis locis. Quarta igitur conclusio est huic q̄rto libro sen-tentiaꝝ correspondēs ꝙ hec est doctri-na ꝑ quā pia lapsi remedia suauiꝰ pro-pinantᷣ. Per eam nāqꝫ ꝓpinantᷣ suauiꝰ oblata remedia pie sanitatis. Nam in hoc quarto snīaꝝ libro tractat magr̄ il-lud doctrine xp̄i noue ꝛ euāgelice legis archanū euāgeliste iohanni diuinitus inspiratum. Jo. i. Habitauit in nobis ꝛ vidimus gloriā eiꝰ. qđ est humane sani tatis pium remediū. Ubi q̄so videte ca rissimi circa remedium pie sanitatis q̄t tuor suauiꝰ ꝓpinari. Primū est diuina benignitas que habitauit in nobis scȝ per gratiā. Secūdū est curata infirma-tas que erat in nobis scȝ ꝑ culpā. Ter-tiū est restaurata sanitas quia vidimus qui p̄mo ceci eramus. Quartū est colla ta felicitas qꝛ vidimꝰ gloriā eius quaȝ desideramus. Hec est eñi huius quarti libri snīarum principalis materia ꝛ sen tentia generalis. Sic igitᷣ per hanc do-ctrinā mitiꝰ corrigitur humanꝰ defectꝰ Nā magister in hoc quarto ad corrigē-duȝ defectū hoīs agit de curatōe lapsi infecti seminis. ostendēs q̄ꝫtum ebetu-do ꝑmittit hūana qualiter manꝰ beni-gnissima creatoris ꝓ ipsiꝰ curatiōe ho minis īfecti semīaliter. corrupti actua-liter ꝑcussi spūaliter. lesi corꝑalitᷣ. lapsi culpabiliter. ac dānabiliter vulnerati. pias sacramentoꝝ exhibuit medicinas Hec est itaqꝫ quarte conclusionis snīa. Hec est huiꝰ quarti libri snīaꝝ doctrina per quā humani corriguntᷣ defectus tā originalis q̄ꝫ actualis peccati. per quaȝ infirmitates curantᷣ humane taȝ culpa biles q̄ꝫ penales. vt tādē homo oī pror-sus infirmitate semota. perfectā eterne glorie recipiat sanitatē. Ad quā nos ꝑ uenire concedat. qui sine fine viuit ꝛ re gnat. ℒ Juxta thema collatio-nis in p̄mo p̄ncipio meo taleȝ formauiᷣ titulū questionis. vtrū doctrina xp̄i no ua sit lex ꝑfectissima. Et quia ꝑfectio le gis xp̄i ex quattuor specialiter pōt de-clarari. Prio ex ꝑfectiōe p̄ceptoꝝ q̄ ab ipsa iubentᷣ. Scđo ex perfectōe creden doꝝ q̄ in ipsa docentᷣ. Tertio ex perfe-ctiōe merioꝝ q̄ sub ipsa habentᷣ. Quar to ex perfecrione p̄mioꝝ que ex ipsa de bentur. Jdeo iuxta hec quattuor pūcta titulus ꝓposite questionis diuisus fuit in quattuor partiales titulos circa q̄t-tuor libros snīarū ptractandos. Primꝰ erat. vtrū lex xp̄i sit in p̄ceptis rectissi-ma. Secundus erat vtruȝ lex xp̄i sit in credendis certissima. Tertiꝰ erat vtrū lex xp̄i sit in meritis gratissima. Quar tus erat vtrū lex xp̄i sit in p̄mijs iustis-sima. Nū sub his q̄ttuor titulis in q̄ttu or libri snīaꝝ p̄ncipijs q̄ttuor difficulta tes ꝓposui pertractare. Prima erat de legis xp̄i ꝛ diuine volūtatis recta cōfor mitate. Secūda erat de legis xp̄i ꝛ sue veritatꝭ certa ꝓbabilitate. Tertia erat de legis christi meritoria credulitate. Quarta erat de legis xp̄i premiatoria

equalitate. Expeditis igitur duobꝰ pri mis titulis in alijs principijs ⁊ reseruato tertio. restat nunc expedire quartuꝫ

Queritur igitur vtrū lex xp̄i sit in p̄mijs iustissima. Et arguit̄ p̄mo ꝙ non. quia illa lex non est in p̄mijs iustissima q̄ tribuit malis maius suppliciuꝫ ꝗ̄ bonis p̄miū. sꝫ lex xp̄i est h̄mōi. igitur ⁊c̄. Maior patet. qꝛ lex iustissima debet eē̄ mitis ⁊ promior ad p̄mia ꝗ̄ ad supplicia Sed minor ꝓbatur. qꝛ lex xp̄i tribuit malis suppliciū qd̄ est maius malū ꝗ̄ p̄miū beatificū sit bonum. qd̄ declaro sic quia s̄m legē̄ xp̄i duplex est pena malorū. scꝫ pena dāni ⁊ pena sensus. Unde xp̄s Matth̄. 25. Discedite a me maledicti in ignem eternum. Secundo tangitur pena sensus que est afflictio īfernalis tormenti. cum dicitur. in ignem eternum. sed sola pena damni siue priuatio premij beatifici est tam mala ꝗ̄ bonum est ipsum premium beatificum. quia malicia alicuius priuationis non pōt mēsurari nisi ex quātitate boni qd̄ ipsa priuat. ⁊ ꝑ ꝯn̄s vtraqꝫ pena simul est maius malū ꝗ̄ premiū beatificū sit bonū. quare ⁊c̄. In oppositū arguitur. quia iustissimi legislatoris debꝫ esse lex in penis ⁊ p̄mijs iustissima. sꝫ xp̄us fuit ꝑfectissimus legislator ⁊ omniū legislatorum iustissimus. Nam s̄m apostolum lex Moysi neminem ad perfectionem iusticie adduxit. Justicia autem dei per fidem Jhesu christi in omnes et super omnes qui credunt in eum ad Hebre. 7. Igitur ⁊c̄. D In ista questione erunt duo articuli. Primus erit responsiuus. secundus erit collatiuus. In primo declarabo tres conclusiones. in secundo mouebo tres dubitationes.

Quantum igitur ad primum articulum respondeo breuiter ad quesitum tenendo simpliciter partem affirmatiuam questiōis. pro qua ad presens sufficit ratio post oppositum. sed pro solutiōe rōnis ante oppositū pono aliquas ꝓpositiones. Un̄ circa materiaꝫ ipsius p̄mitto breuiter tres ꝯclusiones. Prima ꝙ est tota pena dānati siue punitio ꝑ actu demeritorio mortali nō est maius malū ꝗ̄ sit bonum totū premium beatificū alicuius saluati ꝓ actu meritorio equali. Ista conclusio patet ex iusticia legis christi. qui cum sit mitis in penis ⁊ in premijs liberalis non debet esse abundantior in seueritate penaruꝫ ꝗ̄ in suauitatem premiorū. igitur ⁊c̄.

Secunda conclusio est ꝙ nulla pena contracta siue deordinatio culpe vel peccati est maius malū ꝗ̄ sit bonū totū p̄miū beatificum pro actu meritorio sibi correspondente seu proportionabili Ista conclusio patꝫ ex prima qꝛ oīs talis culpa vel peccatū seu deordīatio culpabilis est partialis pena ipsiꝰ dānati seu peccantis. iuxta illud vulgatū verbū ex libro ꝯfessionū Augustini. Jussisti dn̄e ⁊ ita factū est vt pena sit suipsiꝰ oīs inordinatus animꝰ ⁊c̄. Tertia cōclusio est ꝙ sola pena damni siue priuatio p̄mij beatifici non est tam maluꝫ ꝗ̄ bonū est totū p̄miū beatificuꝫ correspōdens ei. Ista conclusiō patꝫ ex prima sicut ⁊ precedēs. Sed tunc quādo arguitur oppositū per hoc ꝙ malicia alicuiꝰ ꝑuationis non pōt mēsurari nisi ex ꝗ̄titate boni qd̄ ipsa priuat. pro quo videt̄ facere Ancelmꝰ. 2. Cur deus homo. c. 14. dicens. ꝙ om̄e bonū tam bonuꝫ est ꝗ̄ mala est eius corruptio. Pro isto dico aliquas ꝓpositiones. Un̄ p̄mo dico ꝙ licet quātitas boni ꝑuati sit potissima mēsura malicie ꝑuationis talis boni. tn̄ nō sequitur ꝙ ꝗ̄ bonū est illud tā mala sit eius priuatio. ⁊ hoc si ly tantū ⁊ quantū notent equalitatem. Secundo dico ꝙ illud est verū si ly tātū ⁊ quātum notent ꝓportionē. ita ꝙ ꝓportionabiliter ⁊ ceteris paribꝰ omissio seu priuatio maioris boni quando deberet haberi est prior omissione seu priuatione minoris boni. Exemplū. ꝑfectior intellectus ceteris paribꝰ pōt habere impꝑfectiorē intellectionē respectu eiusdem obiecti. Et cōmuniter ex quantitate effectuum precedentiū ex causis suis s̄m vltimum potentie mensuratur quantitas virtutis in causis tamen non oportet effectum equari sue cause. similiter priuatio boni actus meritorij quando quis non tenetur ad illū. ⁊ tamen multum meretur in habendo ipsum nullo

modo est culpabiliter mala. ergo a for-
tiori huius ꝑuatio potest esse modicum
mala. licet positio omissi esset valde bo
na ꝛ meritoria. Tertio dico ad aucto-
ritatem Ancelmi ꝙ ipse non loquit᷑ de
pura priuatione boni. sed de ei⁹ corrup
tione. Generatio autem ꝛ corruptio sũt
contraria. ꝛ nõ solum priuatiue opposi-
ta modo de contrarijs bene concedo as
sumptuꝫ. sed nõ de priuatiue oppositis
Uerbi gratia. dico ꝙ cecitas nõ est ita
mala sicut visus est bonus. imo si visus
haberet contrariuꝫ illud esset peius q̃
cecitas. ꝛ tamen nõ esset peius q̃ visus
esset bon⁹. Similiter pura priuatio de-
lectationis nõ est ita mala. sicut illa de-
lectatio est bona. sed tristicia ei contra-
ria ꝛ equalis in gradu esset tam mala ꝛ
illa est magis mala q̃ pura ꝑuatio. Sic
etiam non diligere deũ quãdo quis ad
hoc tenetur nõ est ita malum sicut dili-
gere deum est bonũ. sed odire deum est
maius malum q̃ diligere deũ sit bonũ.
aliter nullus possꝫ ita bene facere sicut
alius male. quare ꝛc̃. Quarto dico ꝙ
licet pura priuatio sit ꝓprie tãta ꝛ quã
ta. tamen cõmuniter loquendo est tan-
ta in omissione debiti quãta est positio
omissi. Et hoc nihil aliud est dicere nisi
ꝙ tantum bonũ deberet fieri ꝛ nihil ei⁹
fit. sed ex hoc non sequitur ꝙ ergo tam
mala sit vel tam grauis culpa q̃ bonuꝫ
esset vel meritoriuꝫ illud qđ omittitur.
Sic ergo est in ꝓposito. quare ꝛc̃. Et li-
cet circa istam materiaꝫ multa possent
dici. ꝛ ex dictis multa inferri: tamen p̱-
nunc breuiter transeo. Et hec de primo
articulo. E Quantũ ad secũdũ
articulum ad habendum collationẽ cũ
aliquib⁹ re. ma. meis mouebo tres du-
bitationes. Prima erit. vtrum volun-
tas diuina sit diuio intellectui ratio cõ
gnoscendi seu essendi respectu alicui⁹
veri. Secunda vtrum voluntas diuia
sit vel possit esse creato intellectui cau-
sa infallibilis iudicij respectu contingẽ
tis futuri. Tertia erit vtrum volũtas
diuina sit creature rationali prima lex
siue regula obligandi respectu cuiusli-
bet ab ea debiti fieri. Ad primam du-
bitationem respondet magister Guil.
tenendo partem affirmatiuaꝫ. vnde in
primo principio posuit istud correlariũ
ꝙ q̃uis diuinus intellect⁹ assentiat ꝙ
antixp̃s erit precise ꝓpter determinatio
nem voluntatis. tamen hoc non potest
competere intellectib⁹ creatis. Primã
partem ꝓbat. quia per determinationẽ
diuine voluntatis aliquid ponit᷑ in esse
futuri. igitur per illã habet cognosci eẽ
futuruꝫ a diuino intellectu. ꝛ sic in hac
parte cõcedit ꝙ diuine volũtatis deter
minatio est ratio cognoscendi intelle-
ctui diuino. Secũdã partẽ ꝓbat. q̄ in-
tellectui creato voluntas non potest eẽ
assentiendi alicui vero. ꝛ ꝑ ꝯñs nec eius
determinatio ꝛc̃. Sed ꝯtra istam respõ
sionẽ arguebam in ꝑmo principio meo
ꝛ primo cõtra primã partẽ que est dire
cte responsiua ad predictam dubitatio
nem posui tunc triplicẽ ꝓpositionem.
Prima erat ꝙ sicut diuine voluntati
nihil est causa essendi sic diuino intelle
ctui nihil ẽ causa siue causalis ratio co
gnoscendi. patet quia cuꝫ in deo sit idẽ
penitus ꝛ omnino esse velle ꝛ intellige
re. sicut nihil ẽ sibi causa siue causalis
ratio essendi. sic nec volendi aut intelli
gendi. Secũda fuit ꝙ sicut diuina vo
luntas nullaꝫ habet rationẽ ꝓpter quã
determinetur vt velit. sic diuinus intel
lectus propter diuine voluntatis deter
minationem nõ assentit ꝙ antichristus
erit. Prima pars patet ex dictis. Secũ
da pars sequit᷑ ex prima ꝑ sꝫ. Scđo
ꝓbatur. q̄ aliter sequitur ꝙ diuine vo
luntatis determinatio esset intellectui
diuino causalis ratio assentiendi ꝙ an
tichristus erit. falsitas consequẽtis pa
tet ex dictis. Sed consequentia tenet
quia ista dictio propter dicit habitudi-
nem causalem vt clarum est ꝛc̃. Ter-
tio probatur. quia aliter seqtur ꝙ ista
propositio causalis esset vera. quia di-
uina voluntas vult ꝙ antichristus erit
diuinus intellectus assentit ꝙ antixp̃s
erit. ꝯña patet. sed falsitas consequen-
tis patebit. Unde pro isto ꝛ cõtra ꝑdi-
ctum fuit hec tertia ꝓpositio. Causalis
cuius ꝯñs significat tanq̃ significatuꝫ

totale deum velle: aut intelligere est ve
ra ꝓprie: ptȝ. q꜡ ad veritatē ꝓpositiōis
ꝓprie causalis reqritur ꝙ ita esse sicut
significat ꝑ aῃ̄cedens sit causa quare
ita est sicut significat per ꝯn̄s: modo sic
nō pōt esse in ꝓposito ⁊c. vt ptȝ ex dictis
Ex his ergo patet ꝙ ratio dicti magr̄i
nō valet qm̄ ip̄e dicit ꝙ per determinati
onē diuine voluntatis ⁊c. igit̄ ꝑ eā ⁊c.
Unde nego aῄs ꝯn̄am ⁊ ꝯn̄s ad intelle
ctū quē intendit iste mgr̄. Dixi ergo pri
mo ꝙ aῄs de virtute sermōis est falsuȝ
q꜡ ista ratio esse futuri ꝓ nullo suppo-
nit plusq̄ ista eē nihili vel chymere vel
hircoceruí. ideo ꝑ nullaȝ cām ponit̄ ali
quid in esse futuri. Secūdo dixi ꝙ an
tecedēs est falsuȝ ad sensū quē intēdit
iste magister. Intelligit eñ ꝙ determi-
natio diuine voluntatis est causa ꝙ ali
quid est futurum: sed ostendi ꝙ hoc est
falsum ⁊c. Tertio dixi ꝙ supposito ꝙ
illud antecedēs esset verū ad p̄dictum
sensum. tñ ꝯn̄a non valet intelligendo
ꝯn̄s ad sensum quem intendit iste ma-
gister: quare ⁊c. Sȝ ad hoc breuiter re-
spondet dicendo ꝙ ego laboro secuȝ in
equiuoco. pro quo p̄mittit ꝙ ista dictio
ꝓpter non semꝑ denotat causalitatem
proprie dictā vnius rei ad aliam. vt cū
dicitur ꝙ corpus aīatuȝ est aīal: q꜡ sen-
sitiuum. Et cum dicūt doctores ꝙ pro-
pter immēsitatē ⁊ illimitationē diuine
nature siue ratiōe huius illimitatiōis
oritur deum esse personaliter trinū. nō
ꝙ ibi sit aliqua causalis ratio seu realis
deriuatio vnius realitatis ab alia. Sed
quicqd sit de istis exemplis: q꜡ primuȝ
est falsum ⁊ secundū est dubiū: tamē cō
cordo secū in illo dicto preambulo ⁊c.

F Secūdo dicit ꝙ illa dictio pro
pter qn̄qȝ denotat illationem vnius ex
alio cum cōnotatione cuiusdā prestan-
tie vel prioritatis: ꝭm nostrū modū con
siderādi. vt cū queritur ꝓpter quid res
aliqua est talis vel que est ratio essendi
eam talem: non eñ queritur ibi que sit
causa realis que facit eam essentialiter
talem. Et quicqd etiā sit de isto exem-
plo concordo tñ secū in isto dicto. Ter
tio applicando predicta ad propositū

dixit ꝙ quia non seqtur diuina natura
est immensa vel omnipotens. igitur ip̄a
est assensus ꝙ a erit: sed bene sequitur
est volitio ꝙ a. erit. igit̄ scit ꝙ a. erit et
esse libere volitiuū dicit magis ꝑfectio-
nem simpliciter q̄ esse intellectiuuȝ: vt
dicunt multi: q꜡ ad ipsum ordinat̄ esse
intellectiuū tanq̄ deseruiēs. ideo natu-
ra diuīa est assensus ꝙ a erit. eo ꝙ ipsa
est volitio ꝙ a erit. Sed quicquid sit de
antecedente ostendā ꝙ illud nō sufficit
ad veritateȝ illius causalis. Quarto
iuxta predicta ponit talē ꝓpositionem
q̄ respectu cuiuslibet denoīationis vel
predicati nō generalissimi est aliqđ pre
dicatū causale ꝭm modum loquēdi me
thaphisicū vel logicū assignare. ptȝ: q꜡
cuilibet tali correspondet aliqđ genus
et differētia sine qbus illđ ꝯplete ꝯcipi
non potest. et ad talē intellectū diuina
volitio ꝙ a. erit est ratio intellectui di-
uino assentiēdi ꝙ a. erit: q꜡ ly volitio re
spectu a. est denominatio nō generalis-
sima. igitur ⁊c. Et q꜡ oēs rationes mee
contra primā partē correlarij ꝓcedunt
vt dicit de causalitate alia a predicta:
quā nullus poneret inter intellectū di-
uinum ⁊ voluntatē eius. ideo non opor
tet dicere ad eas ⁊c. G Sed quic
quid sit de predicta ꝓpositione et eius
ꝓbatione que nō videtur mihi vera cū
non quodlibet predicatū nō generalis-
simū ⁊ maxime tale predicatum intelle
ctus diuinus vel voluntas diuina habe
at genus ⁊ differentiā ꝓprie dictam. ex
eo ꝙ differentia talis semꝑ supponit ꝓ
aliquo ꝯposito cōnotando aliquā eius
ꝑtē essentialē. iđo eñ differētia p̄dicat̄
in quale ꝭm verā logicā et methaphisi
cā. tñ nō stando in hoc ostēdo ꝙ iste mo
dus respōdēdi nō sufficiat. Primo sic
q꜡ dictus magister ꝓbabat primā ꝑteȝ
correlarij sui ꝑ hoc q꜡ per determīatio-
nem diuine volūtatis aliqd ponitur in
esse futuri. igit̄ ꝑ illā habet cognosci eē
futurū a diuino intellectu: sed in ante-
cedente ly ꝓpter non solum dicit prio-
ritatem ꝭm modum nostrum cōcipien-
di vel cognoscendi: sed aliam causali-
tatem. igitur et in consequente eodem

modo debet capi ⁊c. Secundo confir
matur. quia in materia de qua loqmur
sicut cum dicit. deus intelligit ꝑ ideas
vel quādo iste magister dicat ꝙ diuin⁹
intellect⁹ assentit ꝙ a. erit ꝓpter deter
minationē voluntatis. li per vel li pro
pter non pōt capi nisi altero istoꝝ mo=
doꝝ scz vel ꝓut notat circūstantiā cau
se motiue seu effectiue. sicut cū dicim⁹
ꝙ anima intelligit per habitū vel circū
stantiā potentie intellectiue. sicut cum
dicimus ꝙ homo intelligit per intelle=
ctum. vel ꝓut dicit circūstantiā forma=
lis noticie. sicut cū dicimus ꝙ homo in
telligit ꝑ suā cognitionē. vel ꝓut notat
circūstantiā obiecti mediantis sicut cū
dicimus ꝙ homo intelligit deuz in via
per quendā conceptū sibi ꝓprium. vel
ꝓut notat circūstantiā obiecti imedia=
te trinitatis. sicut cū dicim⁹ ꝙ homo vi
debit deū in patria per suā essentiā. sz
nullo predictoꝝ modoꝝ pōt intelligi il
lud dictū vt potest faciliter ostendi in=
ductiue. Igit illud nō est verū nisi val=
de improprie. Tertio sic. quia nō suf=
ficit dicere ꝙ li per vl li ꝓpter notet ibi
illā proprietatez conclusiue siue nostri
modi intelligendi. Tum qꝛ istud vide=
retur īproprie dici. tuz qꝛ talis modus
cōcipiendi essz fictus nisi sibi correspō
deret aliqua prioritas ex parte rei. qđ
nō pōt dici. cū inter intellectū ⁊ volun=
tatē dei nulla possit prioritas seu q̄uis
distinctio ex parte rei assignari. Igitur
nō est verū ꝙ sua volitio sit ratio assen
tiendi intellectui diuino plusq̄ ecōuer
so. Quarto sic: aliquid esse rationem
quare aliqd ꝯuenit alteri nō pōt intel=
ligi nisi dupliciter. scz vel qꝛ primo cō=
uenit illi ⁊ ideo cōuenit alteri. sicut aīa
est ratio ꝙ homo est susceptibilis disci
pline. qꝛ hoc ꝑmo ꝯuenit aīe. ⁊ ideo cō=
ueni homini. vel qꝛ nō conuenit sibi ꝑ=
mo. ipm tn̄ necessario exigit ad hoc ꝙ
ꝯueniat illi. ⁊ hoc potest esse dupliciter
vel quia ipsum est causa illius qđ con=
uenit alteri sicut aīa est ratio quare hō
mouet nō qꝛ ꝑmo moueat. sz qꝛ est cā
motus sui vel qꝛ est aliqđ importatuz
ꝑ illud qđ conuenit illi. siue de illo ꝑdi
catur. sicut taz forma q̄ materia est rō
quare cōpositum est corruptibile qꝛ ꝑ
hoc ꝑdicatū corruptibile tam materia
q̄ forma importat. vt patet ex qd nois
sed duob⁹ primis modis nō pōt intelli
gi determinationē voluntatis dei esse
sibi rationē essendi vt clare patet. Nec
etiā tertio mō qđ ptz sic. qꝛ illo mō nū
q̄ .a. est rō ꝙ .b. conueniat ipsi .c. nisi in
ter .a. b. ⁊ .c. sit aliqua distinctio qđ non
est in ꝓposito. nisi forte dicat iste magr
sicut scotus ꝙ ibi est distictio formalis
⁊ ꝙ determinatio volūtatis est ipi deo
ratio assentiendi alicui ꝯtingenti vero
per hunc modū scz. qꝛ diuinus intelle=
ctus in ꝑmo instāti offert volūtati sim=
plicia illius complexi quoꝝ vnio est cō
tinens in re aut si offert cōpletionē of=
fert eam tanq̄ neutraz sibi ⁊ in secūdo
instanti voluntas eligēs vnā partē scz
cōiunctionē illoꝝ facit illud determiā=
te esse veruz. ⁊ sic est intellectui diuino
rō cognoscendi illud veruz ⁊c. Sed qꝛ
istuz modū nondū ponit iste magister.
iō nō arguo ꝯtra hoc. sed ex ꝑdictis in=
fero ꝙ su⁹ modus dicēdi nō sufficit ni=
si ꝯcurrat in hoc. q̄re ⁊c. Verū est qđ
ꝯtra scđam partē correlarij sui argue=
bā ꝙ illa nō sit vera vel saltē nō sit cō=
cedenda sed dubitāda. Et arguebā sic
de⁹ pōt facere aliquē intellectū creatū
talis ꝯditionis ꝙ ex determiatione vo
luntatis sufficiet assentire qbuscūq; ve
ris sibi ꝓpositꝭ. igit sic assentire pōt cō
petere intellectib⁹ creatis. ꝯn̄a est eui=
dēs ⁊ an̄s est sibi dubiū. qꝛ nō apparet
ꝙ talē intellectū a deo fieri implicet cō
tradictionē. ⁊ si dicat ꝙ sic. ostendat ra
tionē. Igit ꝯn̄s nō est ab eo negandūz
⁊c. Ad hoc rn̄det negando assumptū
qꝛ impossibile est esse aliquā creabilez
rōnalem creaturā volitiuā de qua non
possit simul stare ꝙ eēt volitio ꝙ .a. erit
⁊ tn̄ ꝙ .a. nō erit. Igit nulli⁹ talis voli
tio pōt esse sibi rō infallibilis sciēdi ꝙ
a. erit queadmodū est in deo. ⁊ sic an̄s
nō est dubiū sicut dixi. sed implicat cō=
tradictōez. nec oppositū ꝓbaui. q̄re ⁊c.
Sed hec rn̄sio nō sufficit imo variat a
ꝓposito. qꝛ tūc ipse nihil dixit de rōne

infallibili sciendi. sed precise posuit in
suo correlario ꝙ in intellectu creato vo
luntas seu volũtatis determinatio nõ
põt esse ratio assentiẽdi alicui vero. hoc
aũt de facto est falsũ. quia sepe huius
determinatio est cã efficiens. ⁊ si nõ to
talis tamen partialis assensus seu cre-
dulitatis. sicut pꝫ de assensu fidei per
experientiã ⁊ per sanctoꝝ doctrinam.
Aliter eñ quid sibi vult illud dictũ cõ
mune Augustini ⁊ alia similia. Cetera
põt homo nolens. credere aũt non nisi
volẽs. Igitur sequit̃ ꝙ nõ ita ꝓprie po
test dici determinationẽ voluntatis eẽ
rationẽ assentiẽdi intellectui diuino si-
cut intellectui creato. cum nõ sit illi sic̃
isti causalis ratio. Quare ⁊c̃. Et hec de
prima dubitatione dicta sint cõtra istũ
reuerendum magistrũ ⁊c̃. Ad scđam
dubitationẽ respondet magister. M. te
nẽdo partẽ affirmatiuã. Unde in pͥmo
principio posuit istam cõclusionẽ. ꝙ re
spectu futuri contingẽtis a deo potest
humano itellectui noticia creata infal-
libilis ꝯmunicari. Quã probat. qꝛ hoc
fieri non implicat contradictionẽ. Igit̃
⁊c̃. imo videtur consonũ dicere ꝙ talẽ
habuerit xp̃s ⁊ ꝙ quelibet ꝓphetia sit
talis noticia. ¶ Sed cõtra istã
respõsionẽ posui in pͥmo principio pro
babiliter triplicem ꝓpositionẽ. Pͥa
est ꝙ solus diuinus intellect⁹ respectu
veri de futuro cõtingenti põt esse noti
cia infallibilis iudicij. Et pͥma pars af-
firmatiua huius exclusiue satis patet.
Sed pars negatiua contra eũ ꝓbatur
sic. qꝛ ad hoc ꝙ aliqua noticia sit infal-
libilis requirit̃ ꝙ non possit esse falsa.
sed oĩs noticia creata iudiciaria respe
ctu veri de futuro contingenti põt esse
falsa. igitur ⁊c̃. Consequẽtia patet ⁊ an
tecedẽs quo ad primã partẽ per quid
noĩs. sed quo ad secundã ꝓbatur. quia
oĩne verũ de futuro contingenti põt eẽ
falsum. ergo omnis noticia creata qua
tale iudicatur esse verũ potest esse falsa
ꝯñs patet. ⁊ ꝯña tenet quia non stat ꝙ
noticia aliqua sit iudiciũ falsi ⁊ non sit
falsa. Ad istam rationẽ respondet cõ-
cedendo maiorem. ⁊ dicit ꝙ minor põt
esse falsa ⁊ per ꝯñs eam negat. quia cũ
ipsa sit de possibili si sit vera est neces-
saria. ⁊ per ꝯñs nõ potest esse falsa. Et
tunc ad ꝓbationem meã quãdo dico.
omne verũ de futuro ⁊c̃. concedit ante
cedens. ⁊ quãdo infero. ergo omnis no
ticia creata ⁊c̃. negat ꝯñã. ⁊ dicit ꝙ in-
stantia est de noticia diuina. Et cũ dico
ꝙ non stat ꝙ aliqua noticia sit iudiciũ
falsi ⁊c̃. concedit de noticia qua assenti
tur falso. ⁊ sic negat meam primã ꝓpo-
sitionem. Sed ista responsio nõ valet.
Tum primo. quia instantia quam dat
ad consequentiam meam de noticia di
uina non est ad propositũ. quia in con
sequente ponitur noticia creata vt ex-
cludatur noticia diuina. Tum secũdo.
quia responsio sua ad probationẽ con-
sequentie non sufficit. quia certum est
ꝙ nõ stat ꝙ aliqua noticia sit iudiciũ
falsi qn ipa assentiat̃ falso ⁊ ꝑ ꝯsequẽs
qn sit falsa etiam ₰m eum. quare ⁊c̃.
¶ Secunda ꝓpositio fuit ꝙ sol⁹ di
uinus intellectus aliquid potest nõ iu
dicasse qđ iudicauit fore. ⁊ primo pars
affirmatiua exclusiue patet. qꝛ de⁹ iu-
dicauit ab eterno antixp̃m fore. ⁊ tamẽ
põt hoc nunꝙ iudicasse sicut possibile
est antixp̃m non fore. Sed pars nega-
tiua exclusiue. s. ꝙ hoc non ꝯueniat ali
cui intellectui nisi diuĩo. negatur ab eo
Unde in secũdo correlario predicte cõ
clusionis ponit. ꝙ fidelis qui ex fide in
fusa iudicauit vltimũ iudiciũ fore põt
hoc non iudicasse. qđ probat quia cum
hoc ꝙ iudicauerit ⁊c̃. potest vltimũ iu-
dicium non fore. ⁊ si non erit. ergo ex fi
de infusa false iudicauit. qđ non est di-
cendũ. cum fidei nõ subsit falsum: aut
dabitur correlariũ suum esse verũ ⁊c̃.
Sed ꝯtra hoc arguebã sic. quia de nul
lo intellectu qui iudicauit antixp̃m vel
iudiciũ fore. concedendũ est ꝙ potest
hoc nõ iudicasse nisi de illo de quo ista
consequentia est bona. Iste intellectus
sic iudicauit ergo sic erit. sed de solo in
tellectu diuino ⁊ de nullo alio ista con-
sequentia est bona. vt patet. igitur ⁊c̃.
Ad istam rationẽ respondet. ⁊ primo
dicit. ꝙ ista ꝓpositio nõ facit contra cor

relarium suū. quia posuit illud sic. ve
tula que ex fide infusa iudicauit vlti-
mū iudiciū fore potest ex ea non sic iu
dicasse. ⁊ ratio mea arguit ꝙ nō potest
non iudicasse. quod non negauit. Secū
do dicit ꝙ falsū est illud quod assumo
in illa ratione. scilicet ꝙ de nullo intel-
lectu nisi diuino ista consequentia ꝛc.
Nam sm ipsum illa est bona de intelle
ctu christi. qꝛ aliter falleretur. Sed con
tra istam responsionē arguitur primo
contra primū dictum. quia quando di-
cit ꝙ vetula ex fide infusa potest sic nō
iudicasse vel intelligit ꝙ potest sic non
iudicasse ex fide. ex eo scilicꝫ quia fides
potest nō esse fides. ⁊ tunc bene concor
darem secum. sed non sufficeret ad sal
uandū illam fidem esse noticiam infal-
libilem ꝓpter quod tamen videtur po-
nere illud correlarium. vel intelligit ꝙ
potest ex ea nō iudicasse quia scꝫ illa fi
des potest nō fuisse iudiciū. ⁊ tunc ne
garem istud. quia sicut ipsa non potest
nō iudicasse sicut ipe videtur ꝯsentire
sic ipsa nō pōt non iudicasse per illud
iudicium sicut patebit per consequēs
argumentū. ⁊ in hoc est punctus huiꝰ
difficultatis. Secūdo arguit ꝯtra se
cundum dictū in quo ponit ꝙ de intel-
lectu xp̄i illa ꝯsequentia est bona ꝛc. qꝛ
vel ipse intelligit de intellectu xp̄i diui
no. ⁊ sic non esset cōtra me. vel de intel
lectu xp̄i creato. ⁊ tunc arguo ꝯtra hoc
quia sic ꝯsequētia est bona. anima xp̄i
iudicauit antixp̄m fore. ergo antixp̄us
erit. tunc ex opposito consequentis seq
tur oppositum antecedentis. ⁊ per con-
sequens sicut possibile est antixp̄m nō
fore ita possibile est animā xp̄i iudicas-
se antixp̄m fore. sed falsitas consequē-
tis patebit ex dicendis. nec valet ꝓba-
tio quando dicit ꝙ illa consequētia est
bona aliter xp̄us falleretur. Tum pri-
mo quia ista consequentia valde appa-
renter potest negari. Tum secundo qꝛ
consequens valde probabiliter a mul-
tis conceditur esse possibile per cōmu-
nicationem ydiomatum ⁊ per noticiā
creatam. quare ꝛc. ℞ Tertia ꝓ
positio fuit ista regula. ꝙ nulla propo-
sitio de possibili negatiua cuius affir-
matiua de preterito correspondens est
vera. est cōcedēda de creatura: nisi vbi
predicatū est iste terminus verum aut
falsum aut alius terminꝰ includens al
terum istorum in sua ratione diffiniti-
ua. verbi gratia. si ista affirmatiua de p̄
terito vera sit sortes iudicauit vltimū
iudicium fore. hec negatiua de possibi-
li non est concedenda sortes potest nō
iudicasse ꝛc. quia hoc solum conceden-
dum est de deo propter rationem priꝰ
tactam. si autem hoc concederetur de
creatura pari ratione sustinerē ꝙ crea
tura que voluit a. potest non voluisse a
⁊ similr̄ ꝙ illa que peccauit potest nō
peccasse. et sic ꝙ preteritum potest nō
fuisse. contra articulū parisiensem ꝛc.
Bene tamen concedendum est ꝙ sor-
tes qui vere iudicauit vltimū iudiciū
fore potest non iudicasse vere ꝛc. et ꝙ
illud quod fuit iudicium verū potest
non fuisse iudicium verum. Et ratio di
uersitatis est qꝛ in primo exemplo pro
positio de p̄terito vera. nullo modo de
pendet ex futuro: sed in secundo exem
plo eius veritas dependet ex futuro. si
cut patꝫ intuenti. ideo prima est neces
saria et non secunda per regulam com
munem in hac materia. quare ꝛc. Ad
istam rationem nihil respondet que ta
men apparet mihi difficilis supposito il
lo articulo cōmuniter concesso. Sed cō
tra illam regulā instat. Primo de istis
ꝓpositionibus. sortes est prescitus sor
tes potest non esse prescitus. Secundo
de ista. sortes qui vidit aliquid in ver-
bo potest illud non vidisse. quia deus
potest illud non ostendisse. Sed pri-
ma instantia non valet. Tum primo
quia isti termini prescitus et prescien-
tia includunt istum terminum verum.
Tum secundo quia ille propositiones
non sunt vere nisi intelligantur de pre
scientia dei et non de scientia creature
et ideo instantia non est ad propositū
Secundo alia instantia non valet.
quia nego assumptum. vnde dico ꝙ si-
cut deus non potest non voluisse cau-
sasse mundū sic postq̄ sortes aliquid

vidit in verbo. deus non potest voluisse causasse illam visionē. ⁊ per ꝯn̄s sortes non pōt non vidisse nec deus pōt illud nō ostendisse. sicut sortes qui cucurrit nō pōt nō cucurrisse. ⁊ ita de quolibet alio p̄terito. ideo petit p̄ncipiū sua rō. quare ⁊c. Scōm p̄dicta r̄ndi in p̄mo p̄ncipio meo ad rōnē p̄dicti magr̄i. vn̄ qn̄ dicit cuꝫ hoc ꝙ fidelis iudicauit ⁊c. stat ⁊c. concessi istud ⁊ negaui vltra illā ꝯn̄am iudiciū nō erit ergo talis ex fide false iudicauit. sꝫ bn̄ ꝯcessi ergo false iudicauit. vn̄ dico p̄mo ꝙ nō est possibile fidei subesse falsum. ptꝫ qꝛ fides includit ꝙ sit vera ⁊ de vero. Scd̄o dico ꝙ fidei pōt subesse falsuꝫ. ptꝫ. qꝛ illud qd̄ de facto subest fidei pōt esse falsuꝫ. Dixi tertio ꝙ illa noticia q̄ fuit fides licet nō possit nō fuisse noticia aut iudiciuꝫ tn̄ pōt nō fuisse fides aut iudiciū verū. Sed ꝯn̄am negatā factam pro suo correlario ipse ꝓbat sic. qꝛ sequit̄. iste ex fide infusa iudicauit vltimū iudiciū fore ⁊ ita erit. ergo ex fide vere iudicauit ergo simpliciter sequit̄ talis ex fide ⁊c. ⁊ non erit ergo ex fide false iudicauit. Itē qꝛ ex fide iudicauit ⁊ nō vere ergo false. Sed hec ꝓbatio nō valet. qꝛ licet ista ꝯn̄a sit bona. tn̄ ꝯn̄s est impossibile ⁊ etiā an̄s ꝓpter incōpossibilitatē partiū licet q̄libet pars sit ꝯtingēs. q̄re ⁊c.

Ulterius ipse arguit cōtra hoc qd̄ dixi ꝙ fides pōt non fuisse fides. qꝛ habitus q fuit caritas aut iusticia aut prudentia nō pōt nō fuisse caritas ⁊c. ergo nec fides ⁊c. Itē tunc fides potuit esse falsa respectu falsi. ⁊ per ꝯn̄s deus pōt decipere. ptꝫ ꝯn̄a. quia nō pōt non fuisse habitus verus aut falsus. Sꝫ ad hec breuiter dico. Un̄ ad primū nego ꝯn̄aꝫ ⁊ ratio patꝫ ex regula supra posita ⁊c. Ad secundū dico. ꝙ si decipere precise importet causare noticiā falsaꝫ. tūc cōcedo ꝯn̄am ⁊ ꝯn̄s. si vero importet aliquid inordinate facere. nego ꝯn̄aꝫ nec ꝓbatio sua valet. Et hec de scd̄a dubitatione ⁊c. L Ad tertiā dubitationē alias respondi sub triplici ꝓpositione. Prima fuit ꝙ sicut voluntas diuina in genere cause efficiētis est p̄ma efficiens causa. sic ipsa in genere legis obligantis est prima lex seu regula.

Secūda fuit. ꝙ sicut voluntas diuina est efficiens causa. qꝛ vult aliquid esse vel fieri. sic ipsa ē lex obligatoria. quia vult aliquid ad aliqualiter esse vel nō esse teneri. Istas duas diffuse ꝓbaui ⁊ declaraui in p̄mo principio meo. ideo ꝓ nunc eas suppono. Tertia fuit ꝙ sicut voluntas diuina est lex obligatoria sic ⁊ intellectus diuinꝰ licet conuenientius hoc appropriet̄ voluntati q̄ꝫ intellectui. qꝛ p̄ma est per se vera. ⁊ nō secūda. Istam declaraui in scd̄o principio meo. Et p̄mo primā partem qꝛ voluntas ⁊ intellectus in deo sunt ideꝫ oīno. ideo quicquid ex natura rei cōuenit diuine voluntati conuenit etiā diuino intellectui. qꝛ expositorie arguendo vnū sequitur ex alio. quare ⁊c. Secundaꝫ partē declaraui. qꝛ sicut modus loquēdi doctoꝝ est ꝙ voluntas diuina est cā effectiua rerū ⁊ nō intellectus ex eo qꝛ quicquid voluntas vult est vel fit ⁊ nō quicquid intellectꝰ intelligit. ita in ꝓposito quicquid voluntas vult obligari obligat̄. ⁊ nō sic de intellectu. Unde hec ꝯn̄a est bona voluntas diuina vult sortem obligari ad. a. ergo sortes obligatur ad. a. tamē ista non valet intellectus diuinꝰ intelligit sortē obligari ad a. ergo sortes obligatur ad. a. ⁊ id̄o ista est per se vera volūtas diuina est obligatoria. ⁊ nō ista intellectus diuinꝰ est lex obligatoria. q̄uis vtraqꝫ sit vera.

M Sed contra predicta multipliciter arguit magister Egidius. nihil tamen r̄ndendo ad ratiōes meas. Unde quasi in multitudine exercitus esset victoria belli ipse adeo multiplicauit argumenta ꝙ ad ea discurrenda vix sufficeret dies vna. sed fortassis sufficeret vnū breue verbū dicere qd̄ Marcialis in quodam epigrāmate cuidam in persuasionibus affluenti r̄ndit ⁊c. Uerum tamē inter nos fit disputatio catholica ⁊ non sophistica disceptatio. ideo silendū est ab omni yronico verbo. placuit aūt sibi: ⁊ mihi non displicuit vt de tot argumētis suis nō oīa sed aliqua gra-

niora pro nunc veniant ad medium cū
etiam ad eoꝝ plura satis in scđo princi
pio sit respōsum. Igitᷣ ꝯtra pᷓmam et se
cundā ꝓpositōes ⁊ specialiter ꝯtra secū
dam posuit istā. sicut volūtas dei vt sic
non est causa reꝝ ꝑ se ꝓductiua. sic nec
ipsa est lex seu regula creature obligati
ua. Que ꝯclusio etiā si esset vera tamē
non est cōtra dicta mea. quia nūꝗ̄ visus
sum hac locutione. vt sic vel vt non sic.
nec apud vtentem tali locutione vellez
diu disceptare. loquatur ꝓut sic qui vo
luerit quia nolo loqui sic. Uerūtamē qꝛ
limitaui sensum dicte secunde proposi
tionis dicēdo. ꝙ lȝ illa sit vna ꝓpositio
causalis: que potest denotare antecedē
tis ad ꝯsequens causalitatem propriā:
vel ipsorum conuertibilitatem per con
sequentiam mutuā. tamē quicquid sit
de primo sensu nihilominus in secūdo
sensu volui intelligere ipsaȝ. ideo ꝯtra
hoc arguit quia ponere talem causaleȝ
et solum per illam intendere cōsequen
tie conuertibilitatem est mirabiliter ab
uti propositionibus. Sic enim cōcede-
retur ista. quia chimera nō est ideo sor-
tes potest esse. Ad hoc autem et ad re-
liquas similes instantias respōdi in se
cundo principio meo. ꝙ sunt sophistice
et falso innituntᷣ fundamēto. Pro cui⁹
euidenti declaratione dixi esse sciendū
ꝙ ista cōiunctio quia vel alia similis fa
ciens propositionē causaleȝ quandoqꝫ
signat causam essendi. ⁊ sic facit propo
sitionem causalem. vt cuȝ dicitur qꝛ sol
lucet dies est. quia hō materiam habet
homo est corruptibilis. ⁊ sic de similib⁹
Quandoqꝫ vero talis cōiunctio non si
gnificat causaȝ essendi. vt cū dicitur. qꝛ
aliqua res in diuinis generat filiuȝ. ali
qua res in diuinis est pater. quia crea-
ture sunt a deo deus est dominus crea-
turaruȝ. Tales enim propositiones so-
lent concedi. et tamen clarum est ꝙ nō
denotant añtecedentis ad consequens
causalitatem propriam. quia sic essent
false vt notum est ⁊c. Ita est in proposi
to quando dixi ꝙ hec propositio volun
tas diuina est lex obligatoria quia vult
aliquid ⁊c. non denotat antecedētis ad
consequens causalitatem propriam. sȝ
conuertibilitatem per consequentiam
mutuam. volui enī per hoc excludere pᷓ
mum sensum in quo illa dictio. quia si-
gnificat causaȝ essendi quia sic nihil est
causa vt diuina voluntas sit lex obliga
toria. sed per hoc ꝙ dixi ꝙ talis propo-
sitio sicut ⁊ alie supradicte signat ante
cedentis ad consequens conuertibilita
tem per consequentiam mutuaȝ nō vo
lui excludere qn aliud requiratur. seu
ꝙ hoc sufficiat ad veritatem talis cau-
salis. sed dico ꝙ hoc requiritᷣ. ⁊ hoc suf-
ficiebat mihi ad ꝓposituȝ. Et si querat
quid vltra hoc requiritur quero etiam
ideȝ ab eo de alijs causalibus supradi-
ctis ⁊ ita faciliter respondebo sibi sicut
ipse mihi. nec aliud teneor respondere
quia non habeo hic tractare de verita-
te causaliū nisi aliter cogat vi argumē-
torum. quia ex hoc satis patȝ ꝓposituȝ
Sed ipse dicit ꝙ hec responsio nō suf
ficit. ⁊ ex his patȝ ꝙ diminute dedi sen
sum propositioni mee: et ego teneor ex
plicare quid aliud requiratur ad veri-
tatem illius causalis. et ꝙ per causaleȝ
non sufficienter explico radiceȝ obliga
tionis quam tñ videor principaliter in
quirere. Ego autē hec omnia gratis: et
sine probatione dicta simpliciter nego
sicut prius. Et dico ꝙ petit principium
sicut prius. et hoc ita clarum est ꝙ qui
non videt nihil videt. Tamē licet ipse
non cogat: dicam sibi quid requiritᷣ ad
predictarū causalium veritatem vltra
cō sequentie ꝯuertibilitateȝ. ¶
Dico enim ꝙ ille denotant vel si-
gnant non quidem causaȝ essendi. nec
antecedētis ad cōsequēs causalitatem
propriā vt dictū est: sed cām cognoscen
di siue ad ꝯñs cōuertibilitatem per cō
sequētiā mutuam cū conotatione ante
cedētis cuiusdā prioritatis inferētis re
spectu illati ſm nostrū moduȝ ꝯsiderā-
di. et ad aliquē talem vel ꝯsimilem sen
sum intelliguntur causales supradicte
Unde in omnibus illis est talis ꝯña cō-
uertibilis ⁊ vltra in añcedēte ponitᷣ dif
finitio vel terminus pertinens ad diffi
nitionem termini positi in cōsequente.

vt patet. ideo est aliqualis prioritas an
tecedentis ad cõsequens propter quaꝫ
potest dici ãñcedẽs causa ꝯsequentis. ꝛ
hinc est ꝙ tales causales ꝯcedũt. Et cõ
similiter dico in ꝓposito. Et per hoc ad
multa alia dicta sua patet clarissime so
lutio ideo plura nõ recito ꝛc. Et hec de
tertia dubitatione. Veruꝫ est ꝙ ego spe
raueram ꝛ valde optauerã cũ isto reue
rendo magistro habere lõgã collationẽ
ꝛ in q̃ esset aliqd grauitatis theologice
et nihil sophistice leuitatis. sed ipse in-
sistit in his que nõ multũ placent mihi
Ipse aũt alias dixit: ꝙ in tota positiõe
mea oĩa erant ita clara: ꝛ solida ꝙ nihil
aliud in eis sibi visuꝫ fuit cui posset ca-
tholice repugnari. hoc aũt si dictũ esset
reputarẽ nõ esse vituperandũ. Sed cũ
reuerentia nõ est verꝫ. imo multa posui
quoꝝ opposita tenent plures magni do
ctores ꝛ que nõ minꝰ reputo fore dispu
tanda in scola theologica ꝙ̃ illa que ip
se tractauit de pluralitate perfectionũ
in deo sine distinctiõe. de distantia crea
ture a deo ꝛ a nõ esse. de latitudine pos
sibilitatis: ꝛ ꝯtingẽtie. de tendẽtia crea
ture in nõ esse. Ego aũt malui ꝑmane-
re in catholica simplicitate ꝙ̃ esse de il-
lis qui nihil reputãt dici subtile nisi qḋ
est inintelligibile.

A

Circa prologum li
bri sententiaruꝫ formo
talem questionẽ. Vtrũ
possibile sit viatorẽ de
veritatibus theologicis
habere noticiã euiden
tem. Arguitur primo ꝙ nõ quia impos
sibile est viatoreꝫ de aliqua veritate ha
bere noticiam euidentem. igitur ꝛc. cõ-
sequentia est clara. et antecedẽs proba
tur. quia aliter sequeretur ꝙ possibile
esset viatorem habere actuꝫ infinite re
ctitudinis: ꝛ per consequẽs infinite per
fectionis. cõsequens est falsum cum sit
finite capacitatis: et finite actiuitatis.
Sed consequentia probatur. quia noti
cia euidens est in infinitum certior opi
nione quantũcunqꝫ forti. Nã q̃ntũcũqꝫ
augeantur ratiões probabiles in appa-
rentia nunq̃ possent generare certitu-
dinẽ equalẽ certitudini noticie euidẽt
igiť talis est certitudinis infinite. igiť.
ꝛc. Secundo sic. qꝛ impossibile est via
toreꝫ de veritatibꝰ theologicis habere
noticiam maiorẽ fide. igiť: ꝛc. ꝯsequen-
tia patet. quia noticia euidẽs est maior
fide. et antecedẽs probať per Augusti-
num. 2. de trinitate capitulo tercio. de
scriptura sacra fidem habemus de his
rebus quas ignorare non expedit. nec
per nos ipsos idonei sumꝰ ꝛc. Unde pꝫ
ꝙ de his de quibus est sacra scriptura
solum fideꝫ habemus. nec sumus natu
raliter ydonei ad maiorem noticiaꝫ de
uenire. igitur. ꝛc Tercio sic. quia im-
possibile est viatorem de huiusmodi ve
ritatibus acquirere scientiam proprie.
igitur. ꝛc. consequentia patet. quia non
est maior ratio de vno ꝙ̃ de alio. et an-
tecedẽs probatur. quia omnis scientia
proprie dicta est per causam. 1. posteri.
Scire est rem per causam cognoscere.
ꝛc. omnes autem veritates theologice
sunt de deo ḋ quo nihil potest sciri per
causam igitur. ꝛc. In oppositum ar-
guitur sic. quia possibile est viatoreꝫ de
multis veritatibus habere noticiã eui-
dentem in diuersis scientiis. igitur hoc
non minus est possibile per studiũ theo
logie. consequentia tenet. quia theolo-
gia est scientia principalissima: et maxi
me architectonica ꝛc. Et antecedẽs pa
tet. quia omẽs homĩes natura scire de-
siderant. 1. methaphisice. sed vt distin-
guit ibi cõmentator. impossibile est ap-
petitum humanum esse frustra. igitur
possibilis est homini scientia. In ista
questione iuxta materiam argumento-
rum erunt tres articuli. Primo vtrum
possibile sit viatorem habere noticiam
euidentem de aliqua veritate. Secun-
do vtrum possibile sit viatoreꝫ habere
de veritatibus theologicis noticiã ma-
iorem fide. Tertio vtrum possibile sit
viatorem habere de ꝯclusionibus theo
logicis noticiam scientificam proprie.
B Quantum ad primum arti-
culum. primo premittam quorumdam

Primus articulus

terminorum declarationes. Secundo ponam aliquas responsales conclusiones. Tertio obiiciam contra per aliquas rationes. Circa primum punctum sunt tres termini declarandi: scilicet quid sit viator. quid veritas. quid noticia euidens

Primo ergo declarandum est quid sit viator. vnde dico quod viator: seu creatura viatrix vt in proposito sumitur est rationalis natura que nec est beata nec damnata. Ex quo sequuntur aliqua. Primo sequitur quod christus nunquam viator fuit. patet: quia ipse ab instanti sue conceptionis secundum naturam humanam fuit beatus. Secundo sequitur quod Paulus in raptu fuit viator. patet: quia licet tunc viderit archana dei: tamen per illam visionem non fuit beatus. Tertio sequitur quod stat aliquem esse non viatorem: et tamen ipsum esse in statu merendi. patet de christo ante tempus passionis etc. Quarto sequitur quod stat aliquem esse viatorem et tamen ipsum habere noticiam intuitiuam dei. patet de paulo. quia secundum Augustinum in questionibus ad Orosium. et similiter super Genesim ad litteram. Anima pauli in raptu clare et sicuti est diuinam essentiam vidit. Unde patet contra ockam quod intellectus viatoris non bene describitur quod est ille qui non habet noticiam intuitiuam deitatis sibi possibilem de potentia ordinata. Per primum intellectus noster excludit qui habet noticiam intuitiuam dei. Per secundum intellectus damnati: cui de potentia ordinata non est possibilis illa noticia etc. Quod enim hec descriptio non sit sufficiens. patet de paulo quod (vt dictum est) et sicut istemet doctor concedit in secundo tractatu dyalogi de dogmatibus Jo. 22. ca. 2. noticiam claram deitatis habuit etc. et tamen tunc non fuit beatus: sed viator vt dictum est: igitur etc.

Secundo declarandum est quid sit veritas. vnde dico quod omnis veritas vt hic sumitur est propositio vera. Ad cuius probationem pono aliquas propositiones.

Prima est quod nulla veritas est distincta a propositione: que sit quoddam complexum significabile seu propositionis significatum totale. patet: quia si esset talis veritas seu tale complexum significabile nec esset substantia nec accidens: nec deus nec creatura. imo omnino nihil esset vt concedunt illi qui sic ponunt: sed talis positio est intelligibilis et irrationabilis. vt pro nunc suppono: quia alibi declaraui. Secunda propositio est quod nulla veritas est distincta a propositione que sit res absoluta vel respectiua accidens ipsi propositioni vere. patet: quia si sic sequitur quod esset vel esse posset aliqua res alia a deo quam deus non posset creare. et aliqua quam non posset annihilare: quia non posset creare veritatem istius. deus nihil creat. nec annihilare veritatem istius deus nihil annihilat. Item sequitur quod futurum contingens de necessitate erit. quia veritas istius propositionis antichristus erit fuit. ergo sequitur quod antichristus erit. consequentia est bona: sed si illa veritas est aliqua res alia a propositione deus non posset facere modo quin illa res fuerit: et sic antecedens est necessarium illo dato. et per consequens etiam consequens etc. Item deus posset talem rem distinctam a propositione destruere ipsa propositione manente et tunc illa propositio adhuc esset vera: et per consequens veritas etc. et ex hoc sufficienter patet propositum principale. Tertia propositio sequens ex predictis est quod aliqua veritas potest causari a deo. tamen non possibile quod deus causet illam veritatem: patet de ista deus nihil causat: et eodem modo de annihilatione etc. non tamen propter hoc sequitur quod aliqua entitas possit causari a deo et non sit possibile quod deus causet illam entitatem. Quarta propositio etiam sequens ex predictis est quod aliqua veritas fuit quam necessariam est fuisse: et tamen contingens est eam fuisse veritatem. patet de ista antixpus erit. Sed contra predicta obiicitur. primo quia deus seu diuina noticia est veritas et deus tamen seu eius noticia non est propositio vera Igitur non omnis veritas est propositio vera.

Secundo antequam aliquid esset preter deum veritas seu verum erat mundum fore et hec veritas non erat deus: quia hec veritas contingens erat: et deus erat necesse esse. nec hoc verum erat propo-

tio inter distincta ſm spēm.sicut nõ se=
quitur in infinituȝ.Sortes est ꝑfectior
asino.ergo Sortes est infinite ꝑfectio=
nis.Similit̃ nõ sequit̃ ꝙ corp⁹ in infi=
nitũ excedit lineã ⁊ linea punctũ.ponē
do ꝙ talia sint res quedã.ergo corpus
est infinitũ.vl̃ linea est infinita. Quod
antecedēs sit verũ ꝓbat̃ q: corp⁹ exce
dit suꝑficiē.⁊ linea punctũ plusq̃ in du
plo plusq̃ in triplo. ⁊ sic in infinitum.
Et sic possȝ argui de Sorte ⁊ de asino
Similit̃ datur instãtia sic. Non sequit̃
a.in infinitũ mouetur veloci⁹ q̃.b.ergo
a.mouet̃ in infinitũ velociter. Ponatur
ꝙ.b.sit vnũ mobile motũ difformit̃.sic
tñ ꝙ nunq̃ moueat̃ ita velociter sicut
sol sed ꝑ vnã horam tardius ⁊ tardius
moueat̃.⁊ sit a.sol.tunc hec est vera. in
infinitũ mouet̃ veloci⁹ a.q̃.b.q:.b. mo
uetur in infinitũ tardius q̃.a. q: plus=
q̃ in duplo plusq̃ in triplo tardius.et
sic in infinitũ.Nã de.a.ꝙ nõ tunc opor
tet concedere ꝙ in certa ꝓportione. b.
mouet̃ tardius q̃.a.sit ergo in quadru
plo.Cõtra.quia in aliqua ꝑte hore mo
uetur.b.tardius q̃ in quadruplo.ergo
nõ p̃cise in quadruplo mouet̃.b.tardi⁹
q̃.a.Itē aliter ꝓbat̃ sic in p̃ma ꝑte ꝓ=
portionabili huius hore.b.moueat̃ tar
dius q̃.a.⁊ in secunda tardi⁹ q; in pri=
ma.⁊ in tertia tardius ⁊c̃. Et sic nulla
tarditas fuit maxima q̃.b.mouebatur
Igitur in infinitũ: mouebatur tardius

q̃.a.ꝛ tamē nō est veruȝ ꝙ.b.mouebat
infinita tarditate.nec a infinita veloci-
tate.sic pōt dici in ꝓposito ꝛc. Sed de
hac materia videndū est in materia de
perfectione specierū. M Ad secū
dam rōneȝ respōdendo ꝓ ea ꝛ sequēti
bus pono q̃ttuoꝛ ꝓpositiones. Pria
est ꝙ nullus homo pōt stāte lege ꝑ pu-
ra naturalia implere p̃ceptū de dilecti
one dei sup oia. Ptȝ. qꝛ lex q̃ est iubet
ꝙ actus cadēs sub p̃cepto fiat in grā.q̃
est habitꝰ supnaturalis. ergo lȝ existēs
extra grām ꝑ sola naturalia possit dili
gere deū sup oia.nō tñ implet p̃ceptuȝ
ad intētionem p̃cipiētis nisi sit in grā.
Et hoc est ꝙ mlti doctores dicūt ꝙ ho
mo pōt implere p̃ceptū quantū ad sub
stantiā p̃cepti vel facti cadētis sub pre
cepto.nō tñ q̃tuȝ ad circūstātiā facti ꝛ
intentionē p̃cipientis.Et ad hoc est de
terminatio ecclie.de ↄ̄secratōe dist.4.
c.vlti.Qui dixerit ꝙ sine grā possumꝰ
mādata dei implere ꝑ liberū arbitriuȝ
anathema sit.Cū ↄ̄trariuȝ fuit heresis
plene ipsoꝝ pelagianoꝝ ꝛc. Scd̃a est
ꝙ nullꝰ hō pōt stante lege ꝑ pura natu
ralia recte agere meritorie. Et loquoꝛ
de merito vite eterne. Ptȝ ex p̃ma.ꝛ iō
si qs ꝑ pura naturalia elicer et actū di-
lectionis dei sup oia.nō eēt sic merito-
rius ꝛc. Tertia est ꝙ nullꝰ hō pōt stā
te lege ꝑ pura naturalia sine grā recte
agere simpl'r ꝛ absolute. ptȝ.quia nul-
lus simpliciter ꝛ absolute agit recte nisi
q̃ agit cōformit legi diuine.sȝ nullꝰ sic
agit nisi sit in grā fm legē statutā ꝛc.
Quarta est ꝙ aliqs pōt stāte lege ꝑ
pura naturalia sine gratia moralit re-
cte agere. Ptȝ.qꝛ ꝑ recte agere morali
ter nihil aliud intelligo nisi agere ↄ̄foꝛ
mit dictamini rōnis.quā phi morales
sicut Aristoles Tulliꝰ Seneca aut alij
sic vocassent rōnē rectā.sȝ ↄ̄stat ꝙ ali
quis existens extra grām pōt sic agere
Igit ꝛc. Et ꝑ ista ptȝ ad rōneȝ ꝛ appa
ret solutio ad multas auctoritates san
ctoꝝ q̃ in hac materia vident sibi inui-
cem repugnare. Ad tertiā patȝ ex di-
ctis qualiter hō ex puris naturalibus
possit obseruare dei mandata ꝛ qualit
nō. Ad ↄ̄firmationeȝ negat cōsequētia
loquēdo fm legē statutā ꝛc. Ad quar
tam ꝛ eiꝰ ↄ̄firmationē dico p̃mo ꝙ con
sequentia nō valet.nō em̄ sequit.deus
infundit ipsi.a.charitateȝ vel cōseruat.
vel auget ꝛ nō ipsi.b.ergo plus diligit
ꝛc. Similit nec sequit.deꝰ saluaret.a.
si nūc decederet in gratia ꝛ dānaret.b.
quia nō est nūc in gratia.ergo plus di-
ligit.a.q̃.b.Instantia ptȝ.si.b. sit p̃de-
stinatus existens nūc in mortali pecca-
to ꝛ.a.sit p̃scitus existens nūc in gratia
ꝛc. Secūdo dico ꝙ ↄ̄sequēs nō est im
possibile.Nam de facto verū est in exē
plo iam dicto similit p̃destinatꝰ q dor-
mit ꝛ actu non diligit deū plus diligit
a deo q̃ p̃scitus q̃tūcunq; diligat deū.
N Dico tertio ꝓ intellectu scriptu-
re.ꝙ ly diligere capit equoce in scrip-
tura.Uno modo ꝓ motu vel actu volū
tatis quo vult deo bonum.Alio modo
ꝓut idē significat ꝙ ꝑseuerāter viuere
fm dei mandata iuxta illud. Joh.14.
Qui habet mandata mea ꝛ seruat ea.
ille est qui diligit me ꝛc. Quarto dico
ꝙ qui scd̃o modo plus diligit plus dili
git.sed nō oportet primo mō.Naȝ xp̃s
plus dilexit petrū qui negauit eū q̃ iu-
dam qui etiam ipe erat in gratia.qꝛ ad
maius bonū.ꝛ sic ptȝ ad rationem. Et
de p̃ma cōclusione. Secūda cōclusio
ꝓbatur ꝛ p̃mo p̃ma pars.qꝛ quodlibet
aliud a deo ꝓpter deum ꝛ ꝓpter ip̄m fa
ctū est.Nam ipse est finis vltimꝰ ꝛ p̃ma
causa effectiua oīum alioꝝ.Igitur om̄i
alio a deo ꝓpter deū est vtendū. Scd̃a
pars ptȝ.qꝛ nihil aliud a deo est super
oia diligendū ꝛc. Tamē ad maiorē de-
clarationē eiꝰ ↄ̄clusiōis pono quattuoꝛ
ꝓpositiones. Prima est ꝙ licet quod-
libet ens siue deus siue creatura possit
esse obiectū actꝰ vtendi.tamē deus nō
est obiectū vsus ordiāti. Prima pars
patet.qꝛ quodlibet qd̄ voluntas pōt re
ferre ad aliud potest esse obiectuȝ actꝰ
vtendi.sed volūtas ex libertate sua po
test referre quodlibȝ ad aliud ꝛ quocū
q; sibi ostenso potest aliud magis dili-
gere.ꝛ per cōsequēs potest diligere ipȝ
ꝓpter aliud. Scd̃a ps patet. qꝛ deus

Questio secunda

est finis vltim⁹. sed tale nõ est ad aliud referibile. ¶ Scda ꝑpositio est ꝙ quodlibet aliud a deo põt esse obiectũ vsus ordinati. Patz. qꝛ qðlibet aliud a summe acceptato põt assumi ordiate in facultatem voluntatis ꝑpter summe acceptatũ. Nã qðlibet tale aut est bonuz aut malũ. si sit bonuz ꝑpter summe acceptatum põt ordinate amari si sit malum põt odiri ꝑpter ipm deum summe amatũ ⁊c. ¶ Tertia est ꝙ aliquid aliud a deo põt esse fruitionis obiectũ inordinate. Patet. quia aliqua creatura põt seipam diligere sup oĩa ⁊ tanꝙ finẽ vltimũ. ⁊ sic ex hoc patet rñsio ad formã questiõis ⁊c. ¶ Quarta est ꝙ nihil aliud a deo est aut esse põt saltẽ ſm legez statutã pro nũc ordinate fruitõis obiectũ Patet. qꝛ oĩs dilectio qua aliqd aliud a deo diligeret sup oĩa siue tanꝙ finis vltim⁹ essꝫ inordinata ⁊ culpabilis ſm legem statutã. Et dico ſm legem statutam. qꝛ nõ videt impossibile nec implicare ꝯtradictionẽ ꝙ deus possꝫ absolute obligare creaturã ad vtendũ deo et fruendũ seipsa. aut alio obiecto creato Et est hic aduertẽdũ ꝙ qñ dico ꝙ de⁹ nõ est obiectum vsus ordinati. nec creatura est obiectũ fruitionis ordinate nõ volo dicere qñ aliquo actu qui est vsus ordinate diligatur de⁹ ⁊ aliquo actu q est fruitio ordinate diligatur creatura Nã eodẽ actu vt supra dictũ est ordinate diligitur de⁹ ⁊ creatura ꝑpter deum ⁊ talis act⁹ est vsus ⁊ fruitio. ⁊ hꝫ vtrũꝗ ꝑ obiecto. sꝫ volo dicere ꝙ de⁹ nõ est obiectũ quo ordinate vtamur. nec creatura est obiectũ quo ordinate fruamur ⁊ sic patꝫ diuersus sensus tituli qõnis ⁊c. ¶ Sꝫ ꝯtra istã ꝯclusionẽ arguitur ⁊ pmo ꝯtra pmã partẽ. qꝛ odio dei nõ est vtenduz. igit non qðlibet a deo. ⁊c. Antecedẽs ꝓbat. qꝛ odiũ dei nõ est ordinate in deũ referibile. Nã segt. refertur. ergo est. sed nõ potest esse ab aliqua volũtate sine peccato. ergo nec potest referri in deũ ab aliqua voluntate sine peccato. quare ⁊c. ¶ Scdo nõ quolibet alio a deo potest voluntas abuti. ergo nec ordinate vti. ꝯsequẽtia tenet. qꝛ vsus ⁊ abusus habẽt fieri circa idez Antecedẽs patet. qꝛ ſm Aug. libro. 2. de libe. ar. Uirtutibus nemo male vtitur ceteris aũt bonis nõ solũ bene sed etiã male quisqꝫ vti potest. ¶ Tertio arguitur ꝯtra scdaz partẽ. omni illo est fruendũ qð põt satiare voluntatem. sed aliud a deo est hmõi. igit. maior videtur nota. Probatur minor. qꝛ qñ aliqui act⁹ alicuius potẽtie sic se habẽt ꝙ vn⁹ est simpliciter ꝑfectior si actus simplr imꝑfectior potest satiare illã potẽtiã. multomagis hoc potest actus perfectior. Sꝫ possibile est ꝙ aliquis act⁹ volũtatis respectu alicui⁹ creature sit perfectior ꝙ act⁹ voluntatis respectu dei. qꝛ cũ act⁹ respectu dei sit finitus ⁊ per ꝯsequens habeat certã ꝑportionẽ in ꝑfectione ad alios actus. possibile erit ꝙ fiat aliquis actus ꝑfectior respectu creature ⁊c. vel ꝙ tantũ multiplicetur respectu creature ꝙ equiualeat actui respectu dei ⁊c. ¶ Quarto. quia si deus est summe diligendus hoc non est nisi qꝛ summuz bonũ est summe diligendũ. sed ſm philosophũ. 3. thopi. sicut summum ad summũ ⁊ magis ad magis ⁊c. ⁊ per ꝯñs si summũ bonũ est summe diligenduz ⁊ magis bonũ erit magis diligendum. ⁊ sic angelus erit magis diligẽdus ab homine ꝙ ipsemet. quod est cõtra philosophũ. 9. ethi. ⁊ Augustinũ de doctrina christiana vbi ponit ordinem charitatis ⁊c. ¶ Ad istas rñdet. Ad primã rationẽ negat antecedẽs ad ꝓbationẽ dico ꝙ licet ista ꝯsequẽtia possꝫ negari odiũ refertur ⁊c. ergo est. vt patet satis tñ concesso ꝯsequente. dico ꝙ nõ sequitur odiuz dei non potest esse libere a volũtate aliqua sine peccato. ergo nõ põt referri in deum a voluntate aliqua sine peccato. Naz ab alia voluntate non odiente potest referri per actuz detestandi seu nolendi. in quo nõ solũ nõ peccaret sꝫ mereret ⁊c. ¶ Ad scdam dico ꝙ isti termini vti ⁊ frui accipiũtur equoce. Nã vno mõ dicimur vti vł frui aliquo tanꝙ potentia vel habitu: sicut dicimus artificẽ vti arte sua: ⁊ hoc modo etiã diceremus ꝙ fruitione fruẽdũ

est. s. deo. Alio mō dicimur vti vel frui aliquo tanq̄ obiecto. et sic capitur in ꝓposito: vt patuit. Si ergo pmo mō capiatur vti ⁊ proportionabiliter abuti. verū est qd̄ assumit. et sic intelligit Augusti. nō scđo mō. Ad tertiā dico pmo q̄ nihil aliud a deo potest satiare volūtatem obiectiue. hoc aūt solum fide creditur nec est euidens. Scđo dico q̄ nullus actus voluntatis respectu alterius a deo potest ipsam formaliter satiare: quia nullus alius actus excludit omnē anxietatem et tristitiā: q: quocūq; alio obiecto creato habito pōt voluntas aliquid aliud cū tristicia appetere. Tertio dico ad probationē q̄ actus fruitionis diuine essentie est pfectissimus act⁹ et ille solus est qetatiuus volūtatis create. Quarto dico q̄ licet iste actus sit finitus ⁊ finite perfectus. nō tamē poterit attingi ab aliquo alio actu sed aliis actibus. Unde argumentū soluꝫ habet locum qñ talia quoꝝ vnum est pfectius et imperfectius sūt eiusdē rōnis. Sed dicetur solū finite bene est creature rationali p fruitionē respectu dei. ꝫ. in infinitum contingit bene esse creature rationali per aliud a fruitiōe siue subducta fruitione. Igitur ita bene vel meli⁹ ꝯtingit esse rationali creature per aliud a fruitione sicut bene est ei per fruitionem. ꝯña videtur nota: ⁊ similiter pma pars antecedētis: sed scđa ꝓbatur: q: ostendatur voluntati aliqd̄ obiectū aliud a deo sub ratiōe boni ⁊ delectabilis tūc volūtas pōt illud eligere ⁊ in eo delectari quantū illud apparet sibi bonū et delectabile. Iterū ostendat sibi duplum diligibile sub ratione in duplo diligibilis et delectabilis. tunc poterit in duplo plus et diligere ⁊ delectari. et sic arguā de tertio. quarto. quinto. ⁊ deinceps. Igitur ⁊c. ¶ Ad hoc respōdet vnus negando ꝯñam primā. sed iudicio meo licet sit facile sic dicere. non est tñ facile intelligere. nā ipse videtur negare manifeste verū. sciꝫ illam ꝯsequētiam: ⁊ concedere falsum scꝫ ptem antecedētis secūdā. quare ⁊c. Ideo cōcessa ꝯña nego illā partē scđam añtis: ⁊ ad ꝓbationē dico. Primo q̄ esset deuenire aliqñ in tali ꝓcessu ad aliqd̄ obiectū qd̄ nō amabit a volūtate nec delectabit eā. Et hoc est ꝓbabile ꝓpter limitationē capacitatis voluntatis. Nam quando dilectio ⁊ delectatio volūtatis respectu illoꝝ obiectorum sic presentatorū erit tanta quantā potest capere voluntas obiectū vlterius presentatum non delectabit quare ⁊c. Secundo dico q̄ quantumcūq; fiat in voluntate delectatio aut dilectio respectu talium obiectoꝝ nunq̄ tamē satiat ꝓpter hoc Et ratio ē: quia quodlibet aliud a deo secum affert quandā indigentiā potissime illi potētie que est capax dei sicut diuitie auaro ⁊ hmōi. sicut etiaꝫ posset poni exemplum q̄ ratiōes dialetice ex natura sui semꝑ adducunt formidinē. ideo quotquot sunt nō possūt causare ita perfectum assensuꝫ. sicut demōstratio. Dico tertio q̄ aliqua fruitio respectu dei est ita perfecta q̄ per ipsaꝫ satiatur voluntas creata: q: fruitio beatifica excludit omnē indigentiā: ⁊ hoc naturaliter qd̄ dico: q: forte de potētia absoluta posset cōpati secū tristitiaꝫ sicut fuit in christo ꝺm aliquos ⁊c. Quarto dico q̄ cuilibet rōnali creature frui deo beatifice est sūme bene esse sibi possibile. Patet ex pdictis. q: licet p fruitionē solum finite bene sit rationali creature. tamen per nihil aliud potest sibi ita bene esse subducta fruitiōe. Quod patet. q: si aliter posset ⁊c. hoc videret maxime per vnionem ypostaticam. sed hoc non quia ista ꝯuenire pōt tam rationali q̄ irrationali creature. sed fruitio soli rationali creature. Igit ⁊c. ꝯña tenet. q: sic ꝓbat phus. i. ethi. in voluptatibus carnalibus nō esse felicitatē. Sꝫ de hac materia in tertio. ℞ Ad qrtā dico primo q̄ solus deus est sūme diligendus q: est summū bonū. Et qñ dicit q̄ sicut maximū ad maximū ⁊c. Dico q̄ illa ꝓpositio non est vniuersaliter vera: quia summum ens est ꝓductiuū summi effectus. ⁊ tñ non semꝑ perfectius ens est ꝓductiuū effectus pfectioris Nā angelus nō pōt producere nisi acci



deus:ꝛ tamē multa minus ꝑfecta pro-
ducunt subam. Scđo dico de ꝯñte ꝙ
homo pōt licite magis diligere angelū
ꝙ̄ seipm.i.velle maius bonū angelo ꝙ̄
sibiipsi. Patet.qꝛ potest licite velle an-
gelū esse angelū:ꝛ nō velle sibi aliquod
bonū ita magnū sicut est bonū angeluꝫ
esse angelū ꝛc̄. Verū est aūt ꝙ hō saltē
viator pōt licite plus diligere se ꝙ̄ an-
gelū:id est ad mai⁹ bonū intelligēdo de
bono beatifico:qꝛ de illo itelligit̄ ordo
charitatis ꝛc̄. Tertio dico ꝙ hō pōt lici
te.imo tenetur magis diligere aliquam
aliā creaturā ꝙ̄ se. id est ad mai⁹ bonū
etiā beatificuꝫ. Patet. Viator sic tenet̄
magis diligere humanitatē christi: qꝛ
tenetur credere deū velle se nō habitu
rū tm̄ bonū beatificū sicut xp̄s. Igit̄ ꝛc̄
Quarto dico ꝙ hō pōt licite.imo te
netur magis diligere se ꝙ̄ aliquā aliaꝫ
rationalē creaturā:in statu vie id est ad
maius bonū beatificū. Patet:qꝛ iste est
ordo charitatis de quo dr̄: charitas est
ordinata.s.primo ad deū. deinde ad se
ipsum.postea ad ꝓximū. Unde hoc in
telligit̄ de rōnalibus creaturis existen-
tibus in statu vie.per ꝓximū em̄ intel-
ligitur rōnalis creatura viatrix. Quod
ptꝫ:qꝛ de beatis hoc nō debet intelligi
Nam quilibet beatus aliū beatū queli
bet tenet̄ diligere ad tantū bonum bea
tificū ꝙ̄tum videt ꝙ deus vult ipm̄ ha
bere:ꝛ sic qlibet minus beat⁹ plus dili-
git aliū magis beatū ꝙ̄ seipm:ꝛ ad hoc
tenet̄:ꝛ sic patꝫ qualiter debet intelligi
ꝑceptū de dilectione dei sup omīa ꝛ sui
post deū:ꝛ ꝓximi post seipm ꝛc̄. Et hec
de cōclusione. ¶ Tertia conclusio
ꝓbatur:ꝛ primo p̄ma ps:qꝛ deo est fru
endum ꝛ nullo alio ab ipso est fruendū
Igit̄ ꝛc̄.ꝯña patꝫ.ꝛ scđa pars antecedē
tis:ꝛ scđa pars ꝯclusiōis scđe.sed p̄ma
patet per Augusti.i.de doctri. xp̄iana.
Res qbus fruendū est:sunt pater.fili⁹.
et spūssanctus. Unde ista est ꝯclusio ca
tholica ꝛc̄. Secūda pars ꝯclusionis ꝓ
batur: qꝛ non est euidenter notū deum
esse. igit̄ nec est euidēter notū solo deo
esse fruendū:imo nec deo esse fruendū.
ꝯña patet: qꝛ ex opposito sequitur op-
positum.ꝛ añs patet: qꝛ deū esse sola fi
de tenet̄ ad Heb.xi. Credere em̄ opor-
tet accedentē ad deū.qꝛ est ꝛc̄. Itē sup
posito ꝙ aliunde ꝙ̄ per fidē hoc possit
ꝓbabiliter haberi.nō tm̄ euidenter: vt
post ꝓbabitur. Tamē ad maiorē decla
rationē huius partis pono quattuor ꝓ
positiones. Prima est ꝙ nō est nobis
euidēter notuꝫ nullo alio a deo esse fru
endū. Patet.qꝛ dicēti ꝙ aliquo creato
est fruendū:ꝛ tale est sup oīa diligendū
non potest euidenter ꝓbari oppositū
sicut si qs diceret ꝙ hō debet seipm su
per oīa diligere. Nā p̄hus videt̄ hoc di
cere.9.ethico. ꝛ ad hoc etiā quilibet hō
naturaliter inclinat̄ ꝛc̄. Secūda est ꝙ
non est nobis euidenter notuꝫ:deo esse
fruendū. Patet per rōem iam factam.
Hic tm̄ dicit vnus ꝙ licet non sit euidēs
siue euidēter demōstrabile deo esse fru
endum siue deū esse ab hoīe super oīa
diligendum.tm̄ ista ypothetica ꝯclusio-
nalis:si deus est:deus est super oīa dili
gendus ab hoīe.est euidēs seu natura
liter rōne demōstrabilis. Et hoc ꝓbat
ex significato huius vocabuli deus seu
ꝯceptu quē habemus de deo sciꝫ ꝙ sit
vnū creans ꝛ conseruans libere omnia
ad cuius nō esse seqtur nō esse omniū.
sine quo nihil possumus.ꝛ cetera bona
que de deo cōcipimus. Unde arguit sic
Illud est sūme diligendū ab hoīe quod
scitur ab eo esse summū bonuꝫ sibi. sed
si sciat̄ ab homine ꝙ deus est. scitur ꝙ
ipse est summū bonū homini. Igit̄ ꝛc̄.
Sed istud dictū non est verum meo iu-
dicio. Unde dico ꝙ illa ꝯditionalis nec
est euidens:nec euidenter demōstrabi-
lis.nec ratio facta valet. Primo.qꝛ sup
ponit falsum.scꝫ ꝙ significatuꝫ siue dif
finitio quid nominis huius termini de
us sit illa oratio composita ex omnibus
predicatis.significantibus perfectiōes
dei.qđ si esset verū pari ratione argue-
retur ꝙ iste conditionales essent euidē
tes.si deus est. deus est trinus. si deus
est:deus generat deum ꝛc̄. Secundo
ergo dico ꝙ quid nominis huius termi
ni deus:est ista oratio summum bonuꝫ
in entibus siue aliqua proportiōabilis

ideo ratio non valet. quia licet aliquis sciat q deus est & p consequens q aliqd est summū bonū in entibus. nō tn sequitur q sciat q illud est summū bonū. nec p consequens q sit ab eo summe diligendū ideo patet q nec cathegorica nec ypothetica est euidens &c. ¶ Tertia ppositio est q nō est nobis euidēter notū q voluntas nō possit quietari aut satiari in aliquo citra deū. Patet quia nō pōt euidenter pbari qn voluntas possit recipere vnū actū ab aliquo ente creato sicut a causa imediata: que satiet totū appetitū voluntatis. imo difficile est sustinere oppositū sicut patuit supra. Ex hoc seqt q opinio Auicenne qui ponit q inferior intelligentia beatificat in intelligentia supiori non pōt euident impbari. Patet ex dictis & satis notum est. Quarta positio est q nō est nob euidenter notū q voluntas possit quietari aut satiari p aliquē actū. Patet qr non pōt euidenter probari qn quocunq actu possibili posito in ipsa voluntate possit libere velle aliquid aliud: & tristari etiā si careat illo. & ita nec est euidens q volūtas possit satiari aut quietari fruitiōe beatifica quā ponimus nec q nō possit quietari aut satiari aliq respectu alicuius creature. Ex hoc sequitur q non est nobis euidenter notū q fruitio beatifica quā speramus sit nobis possibilis: sed hoc est tm fide creditū. vel etiā dyaletica & probabili rōne psuasum. ptz ex pdictis &c. ¶ Sed cōtra pdictaz cōclusionē arguit. & pmo cōtra pmā partem. probando q ipo deo non est fruendū quia fruitio succedit desiderio. igitur erit idē obiectū fruitōis & desiderij. sz desideriū est respectu actus quo postea habebit deus. & nō respectu dei absolute. Nō eni desideramus deū nisi qr desideramus videre eū. g fruitio nō est de deo absolute sz de visione &c. Cōfirmatur. quia fruitio est respectu alicuius complexi. quia respectu eiusdē respectu cuius est desideriū: sed desideriū est respectu alicuius cōplexi. non eni desideramus deū sed videre aut habere eum &c. ¶ Secūdo cōtra eandē ptē probatur q non solo deo est fruendū. quia ipa fruitione est fruendū. igit. Antecedens probat. quia fruitio est diligenda aut ergo dilectiōe q est ipsamet vel alia Si ipsamet ergo fruitiōe diligenda est fruitio: & p cōsequēs fruitione fruendū est. Si alia iterū illa est diligēda & p cōsequēs ponēda est alia dilectio qua diligat. & sic tertia qrta. & sic infinite erūt simul vel erit aliqua dilectio nō dilecta

Cōfirmatur. qr significet a. deū. & b. fruitionē sortis de deo. vel ergo sortes tenet equaliter diligere. a. & b. & p consequēs frui vtroq. vel tenet magis diligere. a. q b. & p consequēs velle. a. esse q b. esse. igitur citius deberet velle omē illud quod repugnat ad velle. b. esse. sz odiū dei repugnat ad velle. b. esse. ergo citius deberet velle odiū dei esse q velle a. nō esse. sed velle. b. non esse est odire deū. ergo citius deberet velle se odire deū q se nō odire deū. qd est impossibile. qr sic simul deberet odire deum et non odire. ¶ Tertio arguit contra secūdam ptem cōclusionis pbando euidēti ratione q solo deo est fruēdū siue q ipse solus est sup omnia diligēdus: quia homo naturalit debet diligere ordinata ad finē. & p consequēs magis finē q ea q sunt ad finē. qr pter qd vnūquodq tale & illud magis &c. sed deus est finis hominis & finis vltimus oīm qui mouet vt desideratū & amatū. 12. methaphisi. cōmēto. 36. ergo homo debet deū sup oīa diligere. vn ad hoc facit qd ibidem dicit cōmentator. si motor corpoꝝ celestium est magis bonus omnibus necesse est vt sit desideratū magis bonis oībus igitur &c. Cōfirmat qr bonū cōmune & diuinū est magis diligēdum q bonū pticulare. primo ethicoꝝ. ergo illud qd est summe diuinum & maxime cōmune bonū est summe diligendū. tale est deus Igitur &c. ¶ Quarto sic illud qd antiq philosophi sequendo rationem naturalem posuerunt ipsi euidenter probauerunt. sed deum esse super omnia diligendum. antiqui philosophi posuerūt Igitur &c. Maior satis patz. et minor probatur. quia sm apostolū Roma. 1.

Gentiles p creaturas visibiles deuenerūt in noticiā dei. Unde dicit. De⁹ eīm illis manifestauit. inuisibilia eīm ipsi⁹ a creatura mundi per ea q̄ facta sunt intellecta ꝯspiciunt. sempiterna quoqꝫ ei⁹ virtus ⁊ diuinitas ita vt sint inexcusabiles. quia cū cognouissent deuz non sicut deū glorificauerūt. Ex quo arguitur sic. Isti phi tantā ⁊ euidentē cognitionē habuerūt de deo ꝙ fuerunt inexcusabiles de deo ꝙ nō coluerūt ⁊ glorificauerunt eū sicut deū. ergo ita euidētem noticiā habuerunt de deo ꝙ sciuerunt ipm esse colendū sicut deū. sed colere aliquid sicut deū: ē diligere ipm super omnia. ergo sciuerūt deum esse sup omnia diligendū ⁊c. Confirmat quia antiqui philosophi naturales illud cognouerūt ⁊ naturali ratione ꝓbauerūt qd̕ precipitur iure naturali. sed diligere deū super omnia precipit iure naturali. igitur ⁊c. Maior patet: qꝛ illi phi cognouerūt ius naturale. sed minor ꝓbatur quia illud precipit lege diuina. ⁊ per ꝯsequēs etiam iure naturali. quia oīs leges diuine natura constant: humane autē moribus. fm Isidoꝝ. Et habetur in decretis distin. i. omnes ⁊c.

¶ Ad ista respōdet. Ad primā vno modo potest dici sicut dicit Ockam ꝙ fruitio patrie nō proprie succedit desiderio. sed succedit fruitioni vie que est actus quo de⁹ diligitur i se amore amicitie ⁊ non amore concupiscētie. ita bñ siue non magis q̄ fruitio patrie. ⁊ ista fruitio est alius actus ab actu desiderij ⁊ istarū duaꝝ fruitionū idē est obiectū scꝫ deus. Et per idem diceret ad confirmationē ꝙ licet desideriū essꝫ respectu alicui⁹ complexi. non tamen fruitio: qꝛ nō est idē obiectū ꝑmū desiderij ⁊ fruitionis. Nam desideriū est ꝓprie respectu alicui⁹ futuri. ideo qꝛ actus beatificus est futur⁹ ⁊ nō de⁹. ꝯcederet ꝙ obiectū desiderij qd̕ est summe desideratum ⁊c. est actus beatificus. ⁊ sic summe desideratū nō est obiectū fruitiōis sed obiectum illius summe desiderati ⁊c. Alio modo potest dici ꝙ obiectū desiderij est ipse de⁹ vel omnino nihil est fm illos qui ponunt complexe significabilia hoc est nulla res vel entitas est videre deum. Sed quia ista secūda ps distincti non placet mihi: quia nō intelligo complexe significabilia isto modo nec bene concipio quo modo ista stant simul videre deuz est obiectū desiderij ⁊ nihil est obiectum desiderij. ideo concedendo ꝑmaꝫ partē scꝫ ꝙ deus est obiectum desiderij. quia illud est obiectū desiderij. qd̕ vere ⁊ ꝯuenienter rñdet ad questionē factā per quid desideras aut sibi equiualētem. sic est de deo. Nō nego tamē qn actus beatificus sit obiectum desiderij ⁊c. Quādo dicit ꝙ desideriū est respectu complexi ⁊ respectu futuri dico ꝙ non oportet. Nā desideriū bene est respectu alicui⁹ obiecti. qd̕ de facto ⁊ ꝑncipalit est ⁊c. ⁊ sic tale nō est futurū. sꝫ bene verū est ꝙ desideriū non est respectu iam habiti, sed habēdi ⁊c. Ad secundā nego antecedēs. s. ꝙ fruitione sit fruendū scꝫ tanq̄ obiecto. Et ad ꝓbationē qn̄ dicit. fruitio est diligenda vl ergo seipsa vel alia dilectione. dico hic ꝙ siue sic siue sic nō ꝯcluditur illud antecedēs. Nam si concedat ꝙ seipsa ⁊c. non tamē valet ista ꝯsequētia. diligo fruitionē fruitiōe. ergo fruor fruitiōe. sicut nō sequit vsu diligo deū ergo vtor deo. Unde tenēdo ꝙ ipamet fruitione diligatur fruitio diligitur tamē ꝓpter deū. Et ideo illa fruitione diligo deū fruendo ⁊ diligo ipsaꝫ vtendo ea. Si vero ꝯcedatur ꝙ fruitio diligatur per similem dilectionē et non seipsa sicut melius videtur nō sequitur ꝓcessus in infinitum: quia concedenduꝫ est ꝙ est aliq̄ dilectio in intellectu non actu dilecta. sicut ē aliqua cognitio nō distincte cognita. sicut als dixi. Ad confirmationem quando dicitur. Sortes tenetur magis diligere. a. q̄. b. concedo antecedens. et nego consequentiam. ergo citius deberet velle omne illud quod repugnat. b. q̄ qd̕ repugnat a. quia est dare aliquid quod communiter repugnat scilicet odium dei. ideo si concederetur illud ꝯsequens sequitur ꝙ citius deberet velle odire deuz q̄

non odire deū. sicut arguit̄ q̄d est fal-
sum ꝛc. Ad tertiā ratione dico ꝙ licȝ
istud argumentū sit bonū ꝛ ↄcludat ꝓ
babiliter verū. nō tn̄ euidenter. Pro
cui⁹ declaratiōe pono aliquas ꝓpositio
nes. Prima est ꝙ nō est nobis euidēs
ꝙ sit aliqs finis vltim⁹ oīm ꝓpter queȝ
oīa fiunt. Vñ ꝛ si phs hoc posuerit hoc
tn̄ euidēter nō ꝓbauit. Secūda est ꝙ
nec est nobis euidens ꝙ homo debeat
ordinare oīa opera sua ad aliuȝ finē ꝙ̄
ad seipm̄. ꝛ ad suā perfectionē. Et ꝑ co
sequens nō est nobis euidēs qn̄ homo
sit sibi finis vltimus ꝛ qn̄ seipo debeat
frui ꝛ nō alio. Tertia est ꝙ nec est no
bis euidens ꝙ ista cōsequētia sit bona
siue hec ↄditiōalis vȝ si aliqs est finis
vltim⁹ oīm ille est maxime diligendus
ꝛ ꝓpter seipm̄. Ideo ptȝ ad rationem.
Quarta ꝓpositio ꝑ confirmatiōe ra-
tionis est ꝙ nō est nobis euidens ꝙ bo
nū cōmune semꝑ sit magis diligenduȝ
ꝙ̄ bonū ꝑticulare. imo hoc nō est veruȝ
vniuersalit̄ nisi qn̄ bonū ꝑticulare iclu
dit in bono cōi. Aliter sequit̄ ꝙ homo
magis deberet eligere salutē vni⁹ cōi-
tatis ꝙ̄ suipsi⁹. ꝛ se dānari ꝙ̄ vnā cōi-
tatem cui⁹ non esset ps. q̄d est falsum.
X Sed dubitat̄ hic qd sit finis vlti
mus naturalis creature rōnalis. vtruȝ
deus seu fruitio dei. Et circa hoc pono
aliquas ꝓpositiōes. Prima est ꝙ frui
tio dei non est finis naturalis creature
rationalis in quē tendat tanꝙ̄ in fineȝ
sui appetit⁹ naturalis. Patet: q2 si ita
esset ille finis esset a creatura rationali
naturaliter acquisibilis ꝛc. Secūda
est ꝙ creatura rōnalis nō tēdit in deuȝ
tanꝙ̄ in finē vltimū sui appetitus natu
ralis. Patet. q2 aliter sequit̄ ꝙ natura
posset hmōi finem habere naturaliter.
Tertia est ꝙ creatura rationalis ten-
dit in seipam. i. in cōseruationē ꝛ in bo
nū suipsius tanꝙ̄ in finē vltimū sui ap
petit⁹ naturalis. ptȝ ad experientiā cu
iuslibet ꝛc. Quarta est ꝙ creatura ra
tionalis appetitu rationali ꝛ libero pōt
ꝛ dȝ tēdere in aliud ꝙ̄ in seipam tanꝙ̄
in finē vltimū. s. in deū. Ptȝ ex ꝑdictis.
Sed ↄtra ꝑmam ꝓpositionē instatur
quia creatura rationalis naturalit̄ ap-
petit suā beatitudineȝ sed ipsa fruitio
est eius beatitudo. Igit̄ eā naturalit̄ ꝛ
appetitu naturali appetit. Et vltra. igit̄
est sibi naturalit̄ possibilis: q2 appetit⁹
naturalis nō appetit sibi naturalit̄ im
possibile. Pro isto pono alias ꝓposi-
tiōes. Prima est ꝙ creatura rōnalis
si nunꝙ̄ audiuisset loqui de beatitudi-
ne quā speram⁹. eam nō appeteret ap-
petitu naturali distīcte ꝛ absolute. Pa
tet: q2 ignoraret istam beatitudinē nec
ad eius cognitionē posset venire ꝑ na-
turalē rōnem. Secūda est ꝙ creatura
rationalis beatitudinē quā speramus
appetit appetitu naturali ꝛ ↄfuse. patȝ
q2 quelibet talis naturaliter appetit ꝙ
bene sit sibi. ꝛ ꝙ nihil tristabile vel con
trariū sustineat. ꝛ hoc est beatitudineȝ
appetere. saltem cōfuse. sed ex hoc non
sequit̄ ꝙ beatitudo sit creature rōnali
naturalit̄ possibilis. Quis sicut dictum
est naturalit̄ appetat̄. Vñ sit tertia ꝓ
positio. creatura ratiōalis appetitu na
turali ꝛ confuse bn̄ appetit aliqd q̄d est
sibi naturalit̄ impossibile ꝛ appetitu ra
tionali etiā distīcte bene appetit q̄d est
sibi simplr̄ impossibile sic ꝙ nō possit
tristari vel dolere ꝛc. Quarta est ꝙ
creatura rōnalis rōnabilit̄ nō appetit
distincte ꝛ absolute sibi impossibile q̄d
credit esse tale. patet satis. Et dico q̄d
credit ꝛc. q2 aliquis rationabiliter i ca
su appetit sibi impossibile. q2 nō credit
illud esse sibi impossibile. dico etiā ab-
solute: q2 aliquis sub ↄditione in casu
rationabiliter appetit q̄d credit sibi eē
impossibile sic penitens appetit pctm̄
ꝑteritū non fuisse sub conditiōe si hoc
esset possibile. nō tamē debet absolute
q2 licȝ quis debeat simpliciter ꝛ absolute
appetere aliquid q̄d nescit euidēter eē
sibi possibile. sicut esse beatū eternalit̄
non tn̄ debet aliqs sic appetere q̄d cre
dit sibi impossibile. Et sic ptȝ ad rōneȝ.
Ad quartā dico. ꝑmo ꝙ phi etiā se-
quendo ratione naturalē multa posue
runt q̄ nō euident̄ ꝓbauerūt sed soluȝ
ꝑsuasiue ꝛ dyaletice. imo pauca demō-
strauerūt euident̄. multa etiā posuer̄t

sine magna probatione miscēdo se opi
nionibus vulgi ꝛ legibus ꝛc. Secūdo
dico ad auctoritatē apostoli ꝙ ante or=
tum phōꝝ magnoꝝ fuerūt patriarche ꝛ
cultus dei fuit reuelat⁹ hoībus. ꝛ ideo
phī hoc sciuerūt ꝛ tñ quidā eoꝝ eū non
coluerūt. sed timore tyrānoꝝ vt eis pla
cerent coluerūt ydola. ꝛ illi fuerūt inex
cusabiles. ꝛ hos reprehēdit apostolus.
Sed ꝯtra. aplus dicit inuisibilia dei ꝛc
ergo hoc potuerūt phī ꝑ rationē natu
ralē ꝓbare. Hic dico tertio ꝙ licet po
tuissent hoc aliqua naturali rōne ꝑsua
dere. non tñ euidenter ꝓbare. similiter
habita reuelatione ꝙ deus est: credēti
deū esse multa pñt ex cognitione crea=
turarū concludi de deo que aliter non
cōcluderentur. Et ideo pꝫ ad rationē
Quarto dico ad ꝯfirmationē ꝙ aliqd
ꝑcipitur iure naturali dupliciter. Uno
mō expresse ꝛ formaliter sicut illud hoc
facias alijs qđ tibi vis fieri. Alio mō la
tenter ꝛ virtualiter ꝛ quasi in añcedēte
et ista sunt adhuc in duplici differētia:
qꝛ seqꝫ aliquid vel euidenter vel soluꝫ
ꝯsequētia fideliter credenda. Illa ergo
que ꝑmo modo ꝑcipiunꝫ iure naturali
vel ex eo euidenter sequūtur cognoue=
runt phī euidēter. nō alia sicut illa que
in euangelio habeꝫ pro maiori parte. ꝛ
tale est deū esse summe diligenduꝫ. q̄re
ꝛc. Et hec de tertia ꝯclusione. Nūc ad
rationes factas in ꝑncipio questionis.
Ad primā negaꝫ añs. sicut patet in pri
ma ꝯclusione. Et ad ꝓbationē dico: ꝙ
obiectū fruitionis est improportionatū
virtuti create: loquēdo ꝓprie de ꝓpor=
tione sicut mathematici loquuntur: qꝛ
sic infiniti ad infinitū non est ꝓportio.
sed tñ bene est ei proportionatū tali ꝓ
portione que sufficit ad vitalē immuta
tionē potētie ꝑceptiue ab obiecto per=
ceptibili: de qua tangeꝫ in sequēti que=
stione. ideo transeo. Ad scđam etiam
negaꝫ añs sicut paꝫ ex scđa ꝯclusione
Et ad ꝓbationē dico ꝙ virtutibus non
est fruendū. Et ad maiorē dico ꝙ licet
virtutes sint propter se diligende: non
tñ seqtur ꝙ eis sit fruendū saltem obie
ctiue. rō quare negaꝫ ꝯña pꝫ ex primo
articulo q̄stionis statim post diffinitio=
nem vsus ꝛ fruitiōis. Ad tertiā. quic=
quid sit de añte patet ex tertia ꝯclusio
ne ꝙ ratio ꝯcludit verū. igitur ꝛc. Ad
quartā factā post oppositū questionis
paꝫ ex tertia ꝯclusione ꝙ vtraq; pars
añtis est neganda: tñ respōdēdo ad for
mā tituli q̄stionis ex supra dictis quat=
tuor patēt. Primū est ꝙ aliud a deo po
test esse fruitionis obiectū. s. fruitionis
inordinate. Secundū est ꝙ aliud a deo
pōt esse etiā ordinate fruitiōis obiectū
scꝫ fruitiōis que est vsus ꝛc. Tertium
est ꝙ solo deo est fruendū. s. obiectiue.
Quartū ꝙ hoc nō est nobis euidēter
notū. scꝫ pro statu vie. Sic igitur patet
respondēdo ad quesitū fm intentionē
tituli q̄stionis. Et hec de secūdo articu=
lo ꝑncipali. ¶ Quantum ad tertiū
articulū mouēde sunt ꝛ soluende tres
dubitationes circa materiam q̄stionis.
Prima est vtrū ratiōalis creatura pos=
set frui essentia diuina nō fruendo aliq
persona: vel etiā vna ꝑsona nō fruēdo
alia. videꝫ ꝙ sic: qꝛ nō magis repugnat
essentie diuine terminare actū fruendi
sine persona vel vni ꝑsone sine alia q̄
ipsi ꝑsone repugnat terminare depēdē
tiā nature assumpte sine essentia: vel si
ne alia ꝑsona. Igitur cū ꝑsona filij ter=
minet dependētiam nature assūpte si=
ne eēntia vel sine alia ꝑsona. seqtur ꝛc.
Oppositū videtur: qꝛ nō est nisi vnū ob
iectū quo licite est fruendū: igiꝫ nō stat
frui ipso nisi fruēdo om̄i illo qđ est ipꝫ.
Secūda dubitatio est vtrū rōnalis crea
tura teneaꝫ magis diligere vnā perso=
nā diuinā q̄ aliā. Videꝫ ꝙ sic. qꝛ teneꝫ
diligere filiū: qꝛ redemit ipam ꝛ qꝛ pas=
sus est ꝓ ipā. ꝛ nō sic teneꝫ diligere pa=
trem. igiꝫ magis ꝛc. Oppositum videꝫ
oēs ꝑsone diuine eq̄ bone sunt ꝛ eiusdē
bonitatis. igiꝫ eque diligēde ꝛc. Ter=
tia dubitatio est. vtrū rōnalis creatura
licite diligat deū ꝓpter aliqd aliud ab
ipso ꝛ non ꝑ se ꝓpter seipm. videꝫ ꝙ
sic. qꝛ aliqs licite diligit deū: qꝛ creauit
et redemit ipm et ꝓpter sua beneficia:
et ꝓpter suā retributionē. Uñ ps. In=
clinaui cor meū ad faciendas iustifica=

tiones tuas ꝑpter retributionē. Oppo
situ̇ videt̄: q̄ꝛ hoc eēt vti deo qđ est illici
tū. silr ꝑpter qđ vnūquodq̄ꝫ tale ⁊ ipm
magis ⁊c̄. Ad pmā dubitationē teneo
ɔtra scotū: ⁊ pono q̄ttuoꝛ ꝑpōnes. Pri
ma est ꝙ nulla rationalis creatura siue
in via siue in patria pōt cognoscere vel
diligere diuinā essentiā nō cognoscēdo
vel diligēdo quālibet ꝑsonā. Probat̄:
q̄ꝛ nunq̄ꝫ de eadē re seu de terminis sup-
ponētibus ꝓ eadem re debēt ɔcedi cō-
tradictoria: nisi hoc habeat̄ ex scriptu-
ra sacra: vel ex determiatiōe ecclie vel
ex talib⁹ inferat̄. cū igit̄ eadē res sit eēn
tia ⁊ ꝑsona nō est ɔcedēdū ꝙ aliqs pos
sit cognoscere vel diligere eēntiā ⁊ nō ꝑ
sonā cū hoc nō habeat̄ aliquo p̄dictoꝝ
modoꝝ. Maioꝛ patꝫ: q̄ꝛ cū difficillimū
sit intelligere ɔ̄dictoria verificari de ea
dem re. hoc nō est ponēdū nisi solū vbi
fides cogit. q̄re ⁊c̄. Scđa ꝑpositio est
ꝙ nulla rationalis creatura siue in via
siue in patria pōt cognoscere vel dilige
re vnā ꝑsonā nō cognoscēdo vel diligen
do quālibet personā diuinā. Probatur
per illud dictū xp̄i. Joh. 14. Qui videt
me videt ⁊ patrē. Et si dicat̄ ꝙ istud ꝓ-
cedit de facto: ⁊ nō de possibili. tūc seq̄t̄
ꝙ ista ɔ̄ña christi nō valuit: q̄ꝛ añs pōt
esse verū sine ɔ̄nte. Silr hoc est ɔtra ex
positionē Augusti. i. de tri. ca. x. dicētis
ꝙ neuter sine altero ostēdi potest. Itē
ꝓbatur fortius q̄ꝛ sequitur. pater dili-
gitur: ergo essentia diligit̄. sicut patet ꝑ
primā ꝑpositionē et eius ꝓbationem.
Et similiter bene seq̄tur. essentia diligi
tur: ergo filius diligit̄: sicut ptꝫ per idē.
ergo seq̄tur. pater diligit̄: ergo fili⁹ ⁊c̄.
Tertia est ꝙ aliqua rationalis creatu
ra in via potest assentire se cognoscere
vel diligere diuinā essentiaꝫ nō assenti-
endo se diligere vel cognoscere. imo as
sentiendo se non cognoscere: vel dilige
re aliquam diuinā personam: patet de
ph̄is: qui non cognouerūt trinitatē per
sonarū: et de hereticis qui credūt nō eē
tres personas: et tamen cognoscunt: et
etiam diligunt vel credunt se cognosce
re et diligere diuinā essentiā. Et intelli
go predicta de cognitione ⁊ de dilectio

ne que de per se terminatur ad diuinā
essentiā vel personā tanq̄ꝫ ad obiectū ꝓ
prium. Pro quo sit quarta ꝑpositio ꝙ
rationalis creatura in via pōt cognosce
re et diligere ꝑ accidēs vnā ꝑsonā diui
nā non cognoscendo vel diligendo aliā.
Patꝫ. q̄ꝛ aliquis pōt cognoscere huma
nitatē xp̄i non diligēdo patrē aut spiri
tum sanctum. Igitur potest diligere fi-
liū non diligendo patrē aut spiritūsan-
ctum. Consequētia tenet propter com
municationē idyomatum. ℤ Ad
cuius declarationē distinguendum est:
ꝙ viatorem frui vna persona sicut per-
sona filij vel eā diligere aut cognoscere
potest intelligi dupliciter. Uno mō pro
prie quia talis persona est ens vel obie
ctuꝫ talis fruitionis de per se. Alio mo
do potest intelligi viatorem diligere fi-
lium dei per accidens. scilicet per com-
municationem idyomatum: q̄ꝛ scilꝫ ob
iectum sue fruitionis vel dilectionis est
humanitas vnita filio dei propter quā
vnionem hec est concedenda. Iste dili-
git filiuꝫ dei sicut passio illata humani-
tati est causa quare concedimus ꝙ fili⁹
dei est passus: ⁊ isto modo potest ɔcedi
ꝙ aliquis potest diligere vnā personaꝫ
nō diligendo aliā. vel etiā nō diligēdo
essentiā: q̄ꝛ p̄dicata q̄ sic cōueniūt per-
sone vnite humane nature: ꝑ cōmunica
tionē idyomatū possunt negari ab alia
ꝑsona. Et similiter ab essentia. sicut cō-
muniter cōceditur ꝙ filius est incarna-
tus et passus et nō pater: nec etiam es-
sentia ꝭm aliquos. Si ergo aliquis dili
geret humanitatem christi ⁊ odiret de-
um. Patet propositum ⁊ ꝭm istum mo
dū loquēdi essent ɔcedēde alique ꝑpo-
sitiōes mirabiles. Prima est ꝙ stat ꝙ
aliqs diligat deum super omia ⁊ tamē
eadē dilectione mortaliter peccat. Pa-
tet. q̄ꝛ ponatur ꝙ aliquis delectetur in
humanitate christi ⁊ fruatur ea. seu di-
ligat sup omia nesciēs ꝙ est assumpta.
tūc iste mortaliter peccat: quia fruitur
creatura. s. hac humanitate: ⁊ tamē ea-
dē dilectione diligit deū sup omnia per
communicationem idyomatum: vt patet
Igitur ⁊c̄. Sed ɔtra: q̄ꝛ seq̄tur. iste frui

tur hac humanitate. ergo diligit eam plus ꝙ deũ. qꝛ diligit eã sup oĩa alia ab ea. ergo ꝑ cõmunicatiõez idyomatũ diligit deũ plus ꝙ deũ. et pari rõne iste essent concedẽde. Judei oderũt deum plus ꝙ deũ. ⁊ viderũt deũ clarius ꝙ viderũt deũ. Et pari ratiõe Maria minꝰ dilexit filiũ ꝙ dilexit spũmsctm̃. qꝛ minus dilexit humanitatẽ filij ꝙ spm̃ sanctũ. imo sequit̃ ꝙ deꝰ minꝰ diligit se ꝙ diligat se. qꝛ filiꝰ minꝰ diligit humanitatẽ suã ꝙ diligit se. Igit̃ si oĩa p̃dicata que ꝯueniũt nature sic vnite ꝯuenirẽt etiã filio dei ꝑ cõicatõez idyomatũ hoc p̃dicatũ minꝰ diligi a filio. ꝙ filiꝰ diligatur a se: ꝯueniret filio. Et simil̃r h̃ esset ꝯcedẽda. xp̃s vult ꝙ minꝰ diligamꝰ eũ ꝙ diligamꝰ eũ. qꝛ vult ꝙ minus diligamus suã humanitatẽ ꝙ diligamꝰ eũ .s. dilectiõe ordinata. Igitur ⁊c̃. Ad ista posset dici sequẽdo viã p̃dictã ꝙ nõ est maior ratio q̄re sit cõicatio idyomatuz in istis p̃dicat̃. tangit̃. ꝑcutit̃. crucifigit̃ ꝙ in ist̃. fruitur. diligit̃. cognoscitur. iõ ꝯcederent̃ p̃dicte ꝓpositiões. Nõ eñ videt̃ incõueniẽs ꝯcedere ꝙ deꝰ minꝰ diligit se ꝙ diligit se. sicut ꝯcedit̃ ꝙ deus minꝰ diligit se s̃m naturaz humanã ꝙ diligit se s̃m naturam diuinaz. et sic de alijs. Alio mõ si h̃ via non placet põt dici ꝙ multa p̃dicata sunt que ꝯueniũt nature humane. q̄ non conueniunt filio dei sicut natura humana est vnita filio dei ⁊ nõ filius. Simil̃r natura humana est creatura et ẽ realiter distincta ab essentia diuina ⁊ incepit esse. ⁊ tñ nõ filiꝰ sed sufficit sanct̃ ꝙ natura humana cõmunicet idyomata. i. ꝓprietates nature humane sicut nasci de muliere sitire esurire. mori. ⁊c̃. nõ sic aũt in istis frui. diligi. cognosci ⁊c̃. Sꝫ qꝛ iste modꝰ dicẽdi videt̃ oĩno volũtariꝰ p̃ma via videt̃ probabil̃. Ideo s̃m illã viã sit secũda ꝓpositio. ꝙ stat ꝙ aliquis odiat deũ: et tamẽ eodẽ actu mereat̃. Patꝫ. qꝛ ponatur ꝙ aliquis odiat humanitatẽ xp̃i. nesciẽs eã esse humanitatẽ xp̃i. sꝫ credẽs eã esse humanitatẽ alicuiꝰ alteriꝰ hoĩs mali. ⁊ ꝓpter hoc odiat eã deceptꝰ errore inuĩcabili: sequit̃ ꝓpositũ. Tertia est. ꝙ stat ꝙ aliquis simul ⁊ semel eadẽ re fruatur ⁊ vtat̃ meritorie. Patꝫ. quia ponat̃ ꝙ aliquis diligat deũ super omnia et talis videat christũ nesciẽs tamẽ ipsum esse xp̃m. sꝫ credẽs eũ esse petrũ quẽ diligit ꝓpter deũ. sequit̃ ꝓpositum arguẽdo expositorie ⁊c̃. Quarta est ꝙ stat ꝙ aliquis sil̃ ⁊ semel eadẽ re fruat̃ meritorie quã odit meritorie. patet. qꝛ ponat̃ ꝙ aliquis summe diligat xp̃ꝫ et nũꝙ viderit ip̃m nec sciat ip̃m discernere ab alio: ⁊ tñ odiat iudã q ꝓdidit xp̃ꝫ tũc occurat sibi iudas ⁊ credit ip̃m esse xp̃m deceptus errore inuĩcibili. sequit̃ ꝓpositũ arguendo expositorie. Ex istis ergo patet veritas quarte ꝓpositionis principalis: ⁊ intellectꝰ prime ⁊ secũde sicut patet intuẽti AA Sed cõtra primã ꝓpositionẽ principalẽ arguitur sic. qꝛ qñ vnũ nõ est de intelectu alteriꝰ nõ ẽ incõueniẽs vnũ intelligi sine alio. sꝫ ꝑsona diuina nõ est d̃ intellectu quidditatiuo essentie diuine. igit̃ nõ ẽ cõtradictio ꝙ essentia diuina intelligatur nõ intellecta persona. Igitur. ⁊c̃. Secundo alius est conceptus essentie: et alius est cõceptus ꝑsone. igit̃ est aliquis ꝯceptus essentie qui nõ est ꝯceptꝰ ꝑsone. ⁊ ita ꝯtradictoria verificant̃ d̃ essentia ⁊ persona quãuis sint vna res. Tertio ph̃i habuerunt aliquã cognitionẽ de deo et diuina essentia: sed nullaz penitus de persona. Igitur nõ obstãte identitate dei: et ꝑsone diuine aliquid affirmatur d̃ deo quod negat̃ de ꝑsona. Quarto ꝯtra secũdaz ꝓpositionẽ. qꝛ ꝙuis idẽ nõ possit affirmari ⁊ negari d̃ eadem re nõ tamẽ est incõueniens aliquid vere affirmari de vna re ⁊ vere negari de alia. Igitur quicquid sit de essentia ⁊ ꝑsona que sunt eadẽ res tamẽ possibile est ꝙ cognosci ⁊ diligi affirmarent̃ de vna ꝑsona ⁊ negent̃ de alia. Ex quo sũt distincte res ⁊c̃. Ad ista rñdetur. Unde ad p̃mã potest dici ꝙ quãdo aliquid nõ est d̃ intellectu alterius nec idez realiter cuꝫ illo potest tunc intelligi alio non intellecto. nõ sic aũt in ꝓposito. ⁊c̃. Tamen põt hic distingui ꝙ aliquid esse d̃ intellectu alicuiꝰ põt intelli

gi dupliciter. Uno modo qꝛ non poteſt intelligi niſi illo intellecto. et ſic perſona eſt de intellectu quidditatiuo eſſentie. Alio mõ quia eſt pars eius vel conſtituens ipm̃ et ſic perſona nõ eſt de intellectu eſſentie non tñ põt eſſentia intelligi ſine pſona ꝓpter idẽptitatẽ realẽ eſſentie ⁊ pſone. Et ſimilr̃ de pſona.

Ad ſcd̃am dicit̃ ꝙ omnis cõceptꝰ eſſentie eſt cõceptus pſone ⁊ ecõuerſo. tñ aliquis cõceptus pmo dicit̃ de eſſentia ꝙ de perſona. Et ratio eſt. qꝛ eſt aliqs qui vere dicit̃ de oĩ illo d̃ quo d̃r eſſentia diuina et de nullo alio. ⁊ tñ nõ ſic reſpicit aliquã pſonaꝫ. qꝛ dicit̃ d̃ aliquo de quo nõ d̃r illa pſona. ſic̃ eſſe ſapiẽs. eẽ creatiuũ. ⁊ hm̃oi. que pmo cõpetũt eſſentie et nõ pſone. Non eñ eſſe creatiuũ pmo cõpetit patri: qꝛ cõpetit filio q̃ nõ ẽ pat̃ Si xᵒ dicat̃ ꝙ iſta reſpõſio deſtruit rationẽ pme ꝓpoſitiõis. qꝛ hic vere aliqd affirmat̃ de eſſentia: qd̃ vere negat̃ d̃ pſona. ſicut dicit̃ ꝙ eſſentie pmo cõpetit aliqs cõceptus: ⁊ patri nõ cõpetit pmo ille idẽ cõceptus. Rñdeo ꝙ iſta affirmatio et negatio debẽt ɔcedi: qꝛ ſequũtur euidenter ex illis q̃ fide tenemꝰ. qꝛ eo ipo ꝙ fide tenemꝰ ꝙ deꝰ eſt creatiuꝰ et quicqd eſt deꝰ eſt creatiuũ. ſ. quelibꝫ pſona diuina. etiã hoc tenemꝰ: ꝙ pater nõ eſt filius euidẽter ſequitur ꝙ iſte cõceptus primo cõpetit eſſentie: ⁊ non patri. qꝛ primo cõpetere alicui eſt cõpetere illi et nulli alteri. niſi de quo ipm̃ verificatur cõpetere aũt nõ primo eſt cõpetere alicui. et tamẽ cuꝫ hoc cõpetere alij. de quo ipſum nõ verificat̃. Et ita ſi eſſe conceptum alicuꝰ eſt repreſentare ſeu ſignificare aliquid. ⁊ non aliud concedendum eſſet ꝙ aliquis eſt cõceptus perſone qui nõ eſt eſſentie. qꝛ eſt aliqs cõceptus perſone qui pciſe cõpetit vni perſone et nõ alteri. ⁊ per ɔſequens nõ eſt cõceptus eſſentie ex quo nõ vere cõpetit oĩ de quo d̃r eſſentia. BB

Ad tertiã dicit̃ ꝙ quãcũqꝫ cognitõeꝫ habuerũt phi d̃ diuina eſſentia. habuerunt etiã de pſona: qꝛ phi nõ habuerũt cognitionẽ de diuina eſſentia: niſi habẽdo aliquos conceptus ſimplices cõmunes deo et craturis. vel conceptus proprios negatiuos et cognitiuos. ſed omnes tales conceptꝰ ad quos potuerunt phi deuenire eq̃liter cõpetebãt cuilibꝫ perſone ſicut diuine eſſentie. cuiuſmõi ſunt tales immateriale. ſummũ. eternũ ſapiens. ⁊c̃. Dico tamen ſecũdo ꝙ hoc nõ obſtãte phi potuerũt ſcire tales propoſitiões deus eſt imaterialis. ſummꝰ. eternus. ⁊ nõ iſtas. deꝰ eſt trinꝰ ⁊ vnus deꝰ ẽ pater. filiꝰ. ⁊ ſpũſſanctꝰ. ⁊ hoc mõ dicitur cõmuniter ꝙ potuerũt naturaliter cognoſcere diuinã eſſentiã: ⁊ nõ trinitateꝫ pſonarũ ⁊c̃. Tertio dico. ꝙ loquẽdo de virtute ſmonis ſicut cõcedit̃ ꝙ ex puris naturalibꝰ phi diuinã eſſentiã cognouerũt. ita ɔcedẽdũ eſt ꝙ trinitatẽ pſonarũ cognouerũt. ſed nõ cognouerũt trinitatẽ pſonarũ. id eſt. deũ eſſe tres perſonas. Quarto dico ꝙ ſtat ꝙ aliqs trinitatẽ pſonarũ cognoſcat ⁊ diliigat ⁊ tamẽ nõ cognoſcat ſe trinitatẽ pſonarũ cognoſcere aut diligere. imo credat oppoſitũ. ſ. ſe trinitatẽ nõ cognoſcere et eã odire ⁊c̃. Patet clare vñ apparet ꝙ aliq̃ ɔſequẽtia nõ valet. ⁊ tñ non ſtat ꝙ aliquis aſſentiat antecedẽti illiꝰ quin aſſentiat ɔſequẽti. Ptꝫ de iſta deuꝫ trinũ ⁊ vnũ cognoſco. ergo cognoſco deũ trinũ ⁊c̃. Ad quartũ dico ꝙ nõ eſt ɔcedendũ aliqd vere affirmari de aliq̃ re. ⁊ vere negari ab alia re. q̃ tñ eſt vna res numero ſimpliciſſima ⁊ vna res ſingulariſſima eſt quelibet illarũ rerũ: niſi vbi fides cõpellit. mõ in ꝓpoſito q̃uis pater et filius diſtinguũtur realiter. tñ vna res ſimpliciſſima eſt pater ⁊ filiꝰ. ⁊ ideo quicqd vni cõpetit cõpetit alteri, niſi vbi fides cogit dicere oppoſituꝫ. ſic aũt nõ eſt hic. imo magꝰ ɔcedit ꝓpoſitũ Nã Auguſtinꝰ pmo de trinita. c. 10. ex idẽptitate patris ad filiũ probat ꝙ vnꝰ ſine alio oſtẽdi nõ põt ſimpliciter in diuerſis locꝭ ex idẽptitate ipſoꝝ. ꝓbat ꝙ neuter creat ſine alio. Igit̃ eodẽ modo ꝓbabit̃ ꝙ neuter ſine alio põt intelligi ⁊c̃. Ad argumẽtũ pncipale dico ꝙ plꝰ repugnat eſſentie diuie terminare actũ intelligẽdi ſine pſona ꝙ repugnat vni perſone terminare dependẽtiã nature

assumpte sine alia. sicut ſm beatū Augustinū: plus repugnat vni ꝑsone creare sine alia ꝙ̄ incarnari sine alia. Dico scd̄o ꝙ nō est nobis euidēs ꝙ sit maior repugnantia hic ꝙ̄ ibi. nec ista repugnātia potest concludi ratione naturali. vnde secluso articulo fidei per nullam rationem potest probari: ꝙ vna persona potest incarnari sine alia plus ꝙ̄ possit ꝓbari ꝙ vna pōt creare sine alia et ita in proposito. Dico tm̄ tertio ꝙ vnū est tenendū ⁊ aliud nō. Et si querat̃ vn̄ cō stat ad hoc dico ꝙ per scripturā sacraz et determinationē ecclesie ⁊ nō aliūde.

Dico quarto et hoc sequit̃ ex p̄dictis. Qđ probabiliter potest cōcedi diuinaz essentiam termīare dependētiā nature assumpte patz per rationē supra factā cum non cogat fides ad oppositū vt videt̃. Sed de hac materia videndū erit in tertio libro. Hec de prima dubitatione. ⁊c. LL Ad secundam dubitationez respondeo: et pono quattuor ꝓpositiōes. Prima est ꝙ nulla rationalis creatura tenetur magis diligere vnā diuinam personam ꝙ̄ aliaz. Patz quia eadez est bonitas omniū propter quā debz rōnalis creatura eas diligere

Secūda est. Qđ nulla ratiōalis creatura posset siue licite siue illicite magꝭ diligere vnaz diuinā personam ꝙ̄ aliā. patet ex dictis in p̄ma dubitatione. qr quacumqꝫ dilectione diligitur vna diligitur alia. ⁊ loquor de dilectiōe que terminatur de perse. et nō de per accidēs ad personaz diuinā. ⁊c. Tertia propositio est cōtra aliqnos ꝙ nulla rationalis creatura propter aliquā causam tenetur diligere vnā personam diuinam propter quā non tenetur diligere aliaz Oppositū dicunt aliqui propter rationem factā proponendo dubitationē. qr diligo filium, ꝓpter hanc causaz quia redemit me. et non diligo patrez quia redemit me. ⁊c. Sed ratio nō valet quia licet nō diligaz patrē quia redemit me vel quia passus aut mortu⁹ est pro me. tamē eadē causa qua diligo filiūz. quia scz filius redemit me: ⁊ quia passus. ⁊c. diligo similiter patrem: ⁊ spūmsanctuz qr fili⁹ redemit me: qr quantuz opatus est filius ad redemptionē tm̄ illi operati sunt. ⁊ sic non valet ratio. Probat̃ ergo ꝓpositio. qr sequit̃ bene ꝓpter hanc causaz diligo filiū. ergo ꝓpter eādē cāz diligo spm̄sanctū. ⁊ similter patrē. Igitur. ⁊c. cōsequētia tenet. et antecedens patet. s. ꝙ illa ꝯn̄a sit bona per illa que dicta sunt in secunda dubitatione.

Quarta propositio ē. ꝙ nō obstātibus predictis illa eadē causa. propter quaz rationalis creatura diligit quālibꝫ personā diuinā. per diuersas propositiōes causales exprimit̃ in ꝯparatiōe ad aliā et aliam ꝑsonaz. Patet. quia vere dicit̃ diligo filiū quia ipse redemit me. ⁊ non diligo patrē. quia ipse redemit me. sed quia filius redemit me. Et hoc probat ratio. ⁊c. DD Ad tertiā dubitationē sunt diuersi modi dicendi. Unde dicit vnus doctor. s. magister Gregori⁹ Qđ om̄is actus quo aliquis diligit deum propter aliquid aliud a deo est illicitus viciosus ⁊ abusiuus. Et ad hoc facit plures ratiōes ꝯtra vnū aliū doctorem. qui tenet oppositū. sed eas causa breuitatꝭ dimitto. videat eas q vult. 3. q. dis. p̄me. ar. 2. Ad auctoritatē autē psalmiste supra inductaz respondet. ꝙ ibi ly propter nō tenet̃ causaliter ita ꝙ retributio sit causa finalis dilectiōis vt iustificatiōis. sed cōsecutiue ita ꝙ iustificatiōes illas sequitur eterna retributio. ⁊ sic actū dilectionis dei cōsequitur retributio premij. sꝫ non debet fieri ꝓpter intuitum premij ſm Bern̄. de diligendo deū. non sine premio inquit diligitur deus. ⁊ si absqꝫ intuitu premij diligendus sit. Et eundez sensum habet glosa ibidē. Sed quia videtur mihi ꝙ iste modus dicendi non euacuat totaliter difficultatez. Ideo contra hoc ꝓbabiliter dicam aliqua. Unde premitto istaz distinctionē. Qđ hec dictio ꝓpter quandoqꝫ capitur cōsecutiue ⁊ tunc denotat ordinē ꝯsecutionis vnius rei ad aliā. vt cū dicitur premiū datur ꝓpter meritū. Nihil em̄ aliud significat nisi ꝙ post meritū datur premiū. et nō nisi post meritū sic alias patebit i materia

de merito. Quãdoq; vero capit causa=
liter. et hoc dupl'r. q2 qñq; denotat cau=
salitatẽ motiuã siue efficientẽ. vt cũ dr
intellect⁹ assentit cõclusioni ꝓpter eui=
dentiã pmissarum. Quãdoq; vero deno
tat causalitatẽ finalẽ vt cũ dicit creatu
ra diligẽda ẽ ꝓpter deũ. De pma aũt si
gnificatiõe nõ est hic difficultas. Sed de
alijs pono quattuor ꝓpositiões. Pri
ma est ꝙ nulla rõalis creatura licite di
ligit deũ ꝓpter aliqd aliud ab ipso tan
ꝙ ꝓpter causaz efficiẽtẽ motiuã pcisaz
aut pncipalẽ. Patet. q2 in omni dilectio
ne licita respectu dei. pncipalis causa
efficiens motiua debet esse summa bo=
nitas diuina. q̃ est obiectũ charitatis si=
cut in oĩ credulitate licita respectu arti
culi fidei pncipalis causa efficiens mo=
tiua nõ debet esse rõ seu ꝓbabilitas. sz
auctoritas diuina que pcipit sic crede=
re. Scda propositio est ꝙ rationalis
creatura licite diligit deuz ꝓpter aliqd
aliud ab ipo tanꝙ ꝓpter causam efficiẽ
tem motiuã. nõ tñ pcisaz aut pncipalez
Patz. q2 sicut aliqs licite credit articu
lum fidei ꝓpter ratiõez seu apparentiã
aliquã mouẽtẽ. imo sine hoc nõ posset
credere. vt alias dixi. non tñ propt hoc
pcise aut pncipaliter debet credere. vt
dictũ est sic aliqs diligit deũ ꝓpter bñfi
cia sua et ꝓpter retributionẽ eternã tan
ꝙ ꝓpter causam motiuã ad dilectionẽ
nõ tñ pncipaliter aut pcise sz pncipalit
propter ipmmet deũ. Unde ad hoc vi=
detur facere auctoritas psalmiste pdi=
Prima conclusio est. ꝙ concedendū est a catholicis verā potentiā generādi esse in diuinis. Secūda est ꝙ nō est concedendum a catholicis diuinam essentiam esse potentiam generandi in diuinis. Tertia ē. ꝙ ꝯcedēdū a catholicis solā ꝑsonā eē potētiā generādi in diuinis. Prima igitur cōclusio formaliter responsiua ad articulū est contra aureolū qui tenet ꝙ in patre nulla est omnino potentia vere ꝓductiua vł elicitiua qua generet vł possit generare filium. sed illa potētia qua dicitur posse generare est solūmō actualis connexio et non repugnantia terminorū sicut est potentia qua deus potest esse de⁹ et potentia qua pater pōt esse pater ꝛc̄. Unde. dicit ꝙ negatio potētie generādi in diuinis: nō est negatio potentie productiue. Et ad hoc videtur facere illud dictū Augustini ꝯ maximū. li. 3. c. 13. dicētis ꝙ fili⁹ nō genuit nō q₂ nō potuit. s₃ q₂ nō oportuit id est nō ex aliq̄ īpotentia fuit: et per consequens negatio potentie generatiue in diuinis non est negatio vere potentie. ꝛc̄. Sed breuiter transeundo istam opinionē contra eam et pro conclusione arguo sic probando ꝙ pater est vera potētia ꝓductiua filij capiendo potentiam productiuam pro potestate seu vi seu principio productiuo. quia pater vere producit filium et ē vere principium producens filium. aliter non vere generaret filiū. vnde valde multe sunt auctoritates Augustini et aliorum sanctoꝝ ꝙ pater est principium filij. Sed vbicūq₃ est principiū vere producens et aliquid vere productum ibi est potestas seu potētia productiua cū ergo hoc sit in diuinis sequitur propositum ꝛc̄. Et breuiter dicere oppositū est stare in terminis nec ē difficultas realis sed vocalis et nullius valoris. ideo de hoc nō curo. S₃ teneo ꝙ simpliciter debet ꝯcedi ꝙ in diuinis est vera potētia generandi. ideo dico ꝙ negatio potētie generādi in diuīs ē negatio vere potētie ꝓductiue. Nec Augustin⁹ intēdit oppositū q₂ Augustin⁹ nō dic̄ ꝙ fili⁹ nō potuit sed oppositum sc₃ non quia non potuit ergo a fortiori nō ē dicēdū ꝙ pater nō potuit imo argumentū posset reduci in arguētē. Exponendū est ergo illud dictum Augustini ſm magistrū nō quia non potuit. id est non ex impotentia fuit quod valet tantū ac si dicatur non quia impotens fuit sed non sequit̄ non fuit impotens. ergo potuit vel fuit potens producere filium sicut non sequitur iste non adultus non est iniustus ergo est iustus. quare ꝛc̄. Sc̄da cōclusio est. ꝙ non est concedendū a catholicis diuinam essentiam esse potentiā generandi in diuinis. Et ista est ꝯtra sanctū Thomā ꝓbatur tamen breuiter sic. de nullo concedendū est ꝙ sit vere potentia generādi nisi de illo quod potest vere generare. hoc videtur clarū ꝑ quid nominis sed de essentia nō conceditur ꝙ vere possit generare in diuinis vt patet ex p̄mo articulo quare ꝛc̄. ℞

Tamen ad maiorem declarationē p̄dicte conclusionis p̄mo notandum est ꝙ potentia ꝛ principium possunt dupliciter sumi. Nam est quoddam principium quod agit et est quoddam p̄ncipiū quo agens agit. Exemplum p̄mi in naturalibus ignis generans est p̄ncipiū quod agit ignem et forma est principium quo agit ignem. Exemplum etiam in artificialibus artifex est principium quod agit s₃ ars est p̄ncipium quo agit

Secundo notandum, ꝙ loquendo d̄ potentia et principio generandi primo modo omnes satis conueniunt ꝙ essentia nō est principium quod agit sed solus pater est principium quod generat sed loquendo de principio secundo modo sunt opiniones. Quidā enim tenuerunt ꝙ ꝓprietas personalis est illo modo principium generādi. Alij sicut thomas. egidius. scotus. ꝛ ockā ꝙ tale p̄ncipium est ipsa diuina essentia et non ꝑsonalis ꝓprietas patris. Tertio notādum ꝙ inter alios Ockā magis ꝓprie declarat istam opinionem. Unde dicit ꝙ ratio producendi siue potentia elicitiua aut p̄ncipiū elicitiuū alicuius productionis est illud quod necessario ꝛ ꝑ se requiritur ad illā productionem. Et

m

quia essentia diuina requiritur ad generationem actiuam et passiuã. ideo ipsa est ratio eliciendi istas pductiões tam actiuas q̄ passiuas. Sed qr ipsa a nulla istarum realiter distinguitur et semper inter principiũ et principiatũ est realis distinctio ideo essentia non est principium qđ agit: lz est pncipiũ quo sr rõ agendi. Contra tamẽ istũ modũ loquendi arguitur qr qua ratiõe ipe dicat q̄ inter principiũ quod agit et pncipiatũ debet esse distinctio realis. pari ratione et ita rationabiliter dico sibi q̄ distictio inter essentiam et personam pductã erit insufficiẽs ad saluãduz q̄ essentia aliquo modo sit pncipiũ filij cuz sicut ipe dicit illa non sufficit ad saluandũ q̄ essentia sit principiuz qđ agit. q̄re ꝛc.

Unde contra istum modũ loquẽdi pono aliquas ppositiones. Prima est q̄ ad hoc q̄ aliquid sit aliquo modo ratio producendi siue potentia elicitiua aut principiũ elicitiuũ alicuius pductiõis non sufficit q̄ necessario ꝛ per se requiratur ad illaz pductionẽ sed vltra hoc requiritur q̄ sit realiter distinctũ a producto per illã pductionẽ. Patet qr ipemet ɔcedit q̄ pprietas psonalis nõ est principiũ generatiõis pter istaz rationem. quia nihil est principiũ elicitiuum suppsius ꝛ tamẽ ɔstat q̄ ipsa requiritur necessario ad generatõez. Igitur sequitur ppositũ. Secunda est q̄ in diuinis nihil est principiũ quo productiuũ filij siue etiã potentia aut aliquo modo ratio generandi nisi principiũ quod pducit. Patet ex pdictis. Et similiter quia nihil debet dici principiũ siue potentia siue ratio generandi nisi illud quod potest generare et principiare. quare ꝛc. Tertia est q̄ essentia diuina nõ est principiũ quo pductiuũ filij nec aliquo mõ ratio siue potẽtia generandi. Patet et sequit̃ ex premissis. Quarta est cõtra Ockaz et alios quos ipse sequit̃ q̄ psonalis pprietas est pncipiũ pductiuum ipsius filij et est ratio ꝛ vera potẽtia generandi. Patet. qr psonalis pprietas sicut paternitas vl̃ generatio est omnib⁹ modis idẽ psone patris ꝛc. Sz pater est principiũ et potẽtia et ratio pducendi quia est illud qđ pducit ꝛ etiaz aliqualiter põt ɔcedi q̄ est principiuz quo. qr seipo sine alio pncipio quo ipe pducit quare. ꝛc. ꝛ sic pz ɔclusio. Tertia ɔclusio est. q̄ ɔcedendũ est a catholicis solã psonaz esse potẽtiã generãdi in diuinis Et ista sequit̃ ex pdictis. Unde dico: q̄ sola persona patris est potentia actiua generandi et sola psona filij est potẽtia passiua generãdi. Patet. qr illi soli conuenit vt sit potẽtia actiua generãdi qđ potest actiue generare et soli illi etiam conuenit vt sit potẽtia passiua generãdi quod põt passiue generari. sed soluz pater potest generare in diuinis et sol⁹ filius generari sicut ponit fides catholica igit̃ ɔclusio vera. Unde pz: q̄ potentia generãdi actiue nõ põt comunicari filio a patre. pz. qr filius non põt aliqd generare in diuinis. Qđ aũt ita sit solũ tenendũ est pter auctoritatẽ scripture nec põt ad hoc fieri euidẽs rõ. Tamen sanct⁹ Thomas p aliquas rõnes nitit̃ pbare q̄ nõ põt esse plures filij in diuinis sed Ockam ostẽdit eas nõ valere ꝛ facit alias sed etiã facile esset eas soluere. Ideo hoc solũ tenendũ fidei auctoritate. Scđo pz q̄ potẽtia generãdi passiue põt cõicari ꝛ de facto cõicat̃ filio a patre qr filius hz a patre vt sit potẽtia generãdi passiue ꝛc. ꝛ hec ẽ tertia ɔclusione. Sz ɔ̃ pdicta arguit̃ ꝛ pmo ɔtra pmã ꝛ scđaz ɔclusiones simul quia si potẽtia actiue generãdi sit vera potẽtia vt dicit̃ pma ɔclusio. ꝛ illa solũ ẽ in patre ꝛ non in alia psona vt dicit tertia ɔclusio sequit̃ q̄ aliq̃ pfectio simplr sit in patre que nõ est in filio sic arguit scđa rõ ante oppositũ. q. Cõfirmat̃. qr si pater põt generare ꝛ nõ fili⁹ ergo aliquid põt pater qđ nõ põt fili⁹ et p ɔñs nõ sũt eque potẽtes nec qlibet omnipotens. sicut ibidem arguebat̃. Scđo arguit̃ ɔ̃ scđam ɔclusionẽ p rõnem sancti Thome. qr illđ est potẽtia generatiua siue pncipiũ generãdi in quocũq3 generante in quo genitũ assimulatur generanti sicut hõ genit⁹ est similis homini generanti in natura humana cui⁹ virtute

homo potest generare hominem:sed in
essentia tantū filius dei assimulatur pa-
tri generāti:igit ⁊c̄. Tertio arguit ad
idē ꝑ rationē Scoti:qꝛ si deus ꝑ impos
sibile generaret aliū deū ⁊ alius tertiuȝ
deitas esset principiū illius ⁊ nō relatio
igitur ⁊ nūc cū deus generet aliū qui est
idē deus. Antecedēs reputat notū ⁊ cō
sequētia ꝓbat:qꝛ qcquid est perfectio-
nis in ṗncipio ꝓductiuo nō tollit ab ali
quo rationē ṗncipij ꝓductiui sed cōica
re se in idēptitate numerali ꝓducto vi
detur esse ꝑfectionis in ṗncipio ꝓducti
uo.quare quarto arguit: qꝛ ꝭm Hyla.5
de trini.et allegat mgr̄.di.5. Natiuitas
dei nō pōt eā ex qua ꝑfecta est nō tene
re naturam. certum est autē eam non
ex alia natura ꝙ diuina perfectaȝ esse.
ergo natura diuina ṗncipiū est ex quo
est natiuitas filij. Item magister dicit
ibidem ꝙ pater non est potens gignere
nisi natura: eius potētia eīn natura est
vel essentia:quare ⁊c̄. ¶ Ad pre
dicta respōdet. Ad primā dico primo
ꝙ loquendo de virtute sermonis ⁊ pro
prie non est concedēdū ꝙ potētia gene-
rādi actiue sit in patre:sed magis ꝙ sit
in filio:ptȝ:qꝛ esse in aliquo cōnotat ali
quā distinctionē:sed pater ⁊ potētia ge
nerādi actiue sūt oībus modis idē:ido
sicut pater nō est in patre: sic potentia
generandi actiue nō est in patre:sed be
ne est in filio: sicut pater est in filio per
circūincessionē ⁊c̄. Scd̄o dico ꝙ loquē
do ad bonū sensum ⁊ improprie pōt cō
cedi ꝙ potentia generandi actiue sit in
patre ⁊ non in filio. id est pater ⁊ non fi
lius. Tertio dico ꝓ materia ꝯn̄e ⁊ ꝯse
quētis ꝙ ꝑfectio simpliciter dupliciter
potest sumi. Uno modo ꝓ aliqua perfe
ctione que est simpliciter summa ⁊ infi
nita carēs omni imperfectione et omni
imperfectioni incōpossibilis. Alio mo-
do ꝓ aliqua ꝑfectione que est in quoli-
bet simpliciter perfecto.seu vere conue
nit cuilibet simpliciter ꝑfecto. Quar-
to:dico ꝙ primo modo potētia generan
di in diuinis seu q̄libet relatio est per-
fectio simpliciter:sed nō scd̄o mō. qua-
re ⁊c̄. Et si dicatur ꝙ saltē ꝭm primuȝ

moduȝ aliqua est perfectio simpliciter
in patre que non esset in filio. Ad hoc
respondet Ockam dupliciter. vno mō
ꝯcedendo ꝯn̄s:qꝛ sic accipiēdo ꝑfectio-
nem simpliciter nō est incōueniēs. alio
modo negando ꝯn̄am:qm̄ non sequitur
paternitas nō est in filio: ⁊ paternitas
est ꝑfectio simpliciter:ergo aliqua per-
fectio simpliciter nō est in filio:sicut nō
sequitur:paternitas nō est in filio ⁊ pa-
ternitas est eēntia: ergo essentia nō est
in filio. Ad cōfirmationē concedo illud
ꝯn̄s ꝙ aliqd potest pater quod non po
test filius.id est aliquid potest ꝓducere
quod nō potest ꝓducere filiꝰ: sed nego
ꝯn̄am:ergo nō sunt eque omnipotētes
vel ergo non quilibet est oīpotens: ⁊ ra
tio alias dabitur qn̄ tractabo de equali
tate ꝑsonaruȝ ⁊c̄. Ad scd̄am negatur
maior ⁊ licet ipsa forte esset vera in crea
turis in ꝓposito tn̄ non habet veritatē
eo ꝙ principiū ꝓductiuum quo. debet
esse realiter distinctū ab eo cuius est ṗn
cipiū:qd̄ non potest esse in ꝓposito. qꝛ
in illo in quo pater assimilat seu potiꝰ
idēptificat filio nullo mō distinguit ab
eo. Ad tertiū patȝ ꝙ quicqd sit de an
tecedente.ꝯn̄a non valet:qꝛ illa ꝓpotesi
ꝯcessa essentia diuina distingueret rea-
liter a ꝓducto vt ptȝ.nō sic aūt in ꝓpo
sito. Et ad ꝓbationē dico ꝙ nō est per-
fectionis in aliquo principio ꝓductiuo
esse aliquo modo principiuȝ eius quod
ab ipso est indistinctū. Nam hoc est im-
possibile et excludit omnino rationem
ṗncipij ⁊ ṗncipati:quare ⁊c̄. Ad quar
tū dico ad auctoritatem Hylarij ⁊ cete-
ras similes sicut docet magister ibideȝ
ꝙ natiuitas est perfecta ex natura. id
est ex patre:qui est eadem natura cum
filio. Et ad auctoritatē magistri dico
ꝙ magister non intēdit aliud nisi ꝙ pa
ter nullo alio:sed seipso pōt gignere:et
hoc est verū ⁊c̄. Sed huic expositioni
videtur contrariū quod dicit Ans.lib.
de proces.spiritussancti.asserēs spiritū
sanctū ꝓcedere de diuinitate patris et
nō de paternitate ⁊ addit ꝙ opinio que
dicit ꝙ nō ꝓcedit de diuinitate sed de
ꝑ̄nitate patēti fatuitate se suffocat. re-

spondeo q verba ista et alia multa que iste ponit non sunt vera de virtute sermonis imo sua improprietate se suffocant: si tamen forte illa fuisset opinio Ans. non esset vis nec multum oportet insistere expositioni in verbis suis. ideo transeo. Laborent q afficiunt eius dictis Et hec de secundo articulo &c. Q

Quantū ad tertiū articulū in quo videndū vtrū in diuinis debeat ɔcedi esse generationē ꝑprie dictā alicuius rei. Ponā tres ɔclusiones ⁊ eas declarabo Deinde arguā ɔtra ꝑ aliquas rōnes: et ad eas respōdebo. Prima ɔclusio est q in diuinis debet ɔcedi eē gnationē ꝑprie dictā. Scd̄a est q in diuinis non debet ɔcedi esse generationē successiuā

Tertia est q in diuinis debet concedi esse generationē eternā. Prima ɔclusio ꝑbatur: q2 vere ⁊ ꝑprie pater in diuinis generat filiū. igit ɔclusio vera: ɔn̄a clara ⁊ an̄s est articulus fidei. Aliq aūt nitunt ad ꝑbandū generationē in diuinis nō solū auctoritate sed etiā rōne sicut Scotus li. 1. sed Ockam oñdit rationes suas nō valere nec ɔcludere. Ido breuiter dico q ꝑ nullā rationē naturalem ꝑbari pōt ples esse ꝑsonas in diuinis sed q sint plures ꝑsone quarū vna est pater ⁊ alia filius ⁊ q filius vere gnetur a patre tenēdū est sola fide: q̄re &c.

Scd̄a ɔclusio ꝑbatur: q2 nulla generatio est successiua in qua illud qd̄ gnatur sil totaliter ꝑducit: ⁊ n ō pars post ptē: s3 filius in diuis sil totaliter ꝑducit ⁊ non ps post partē. igit cōclusio vera. ɔn̄a clara ⁊ maior nota ꝑ qd nois: s3 minor est ɔcedenda fm fidē igit &c. Tertia ɔclusio ꝑbat: q2 impossibile est aliquid realiter idem cū diuia essentia eē nō eternū: sed tam filius q̄ gnatio in diuinis est realiter diuina essentia. igitur ɔclusio vera. Consequētia est clara: ⁊ antecedēs certū. Nec est aliquo mō difficile videre q ꝑductū possit esse coeuum producenti: q2 etiā in creaturis agens creatum qd̄ nō agit ꝑ motū sicut corpus luminosum ꝑducit in instanti ⁊ per cōsequens si eternaliter esset eternaliter produceret: sicut declarat beatus Augustinus. 6. de trini. ca. 1. q̄re &c.

Sed contra predictas conclusiones sunt alique difficultates ⁊ primo contra primā ɔclusionem. sicut arguitur in secunda ratione ante oppositū videt esse diffinitio generatiōis que est q generatio est ꝑductio alicuius de nō esse ad esse: hoc autem deo non potest cōuenire: ergo in diuinis nō pōt ɔuenire diffinitio gnationis ꝑprie dicte: q̄re &c. Scd̄o arguit sic: q2 oīs generatio est mutatio: sed in deo nō est mutatio igit nec generatio. Cōsequētia ptz ⁊ maior apparet: q2 ibi predicatur genus de sua specie. Nam generatio est species mutatiōis fm omnes phos. ⁊ minor ptz Jacobi. 1. Apud quem non est transmutatio &c. Et similiter magister dist. 8. ꝑbat q solus deus est imutabilis et per ɔn̄s ingenerabilis quia a quo negat genus ⁊ species quare &c. Tertio arguit cōtra scd̄am ɔclusionē: q2 omīs gnatio est successiua vel subita seu instantanea. Nam inter ista non videtur esse mediu3: sed generatio in diuinis nō est subita vel instantanea cum ipsa sit eterna. vt dicit ɔclusio tertia: nullū aūt eternū est instantaneum. Igitur est successiua ⁊ habetur ꝑpositū &c. Quarto arguitur cōtra tertiā conclusionē: quia nihil quod est prius alio est sibi coeternu3: sed pater est prior filio ergo nō est sibi coeternus ⁊ per ɔn̄s generatio non est eterna. Consequentia clara: ⁊ maior videt nota quia prius ⁊ posterius non sunt simul: sed omne qd̄ est prius alio est aliquādo sine eo in aliquo signo priori in quo non est aliud. Et minor pat3 quia omne generans est prius genito: salte3 prioritate originis: quare &c. P

Ad istas difficultates respondetur. Unde ad primā notādum est q isti termini transmutatio. factio. ꝑductio. generatio. spiratio habēt diuersas rationes ⁊ cōnotationes. Nā isti factio et transmutatio connotant q res capiat eē de nouo: trāsmutatio autem vltra factionem connotat subiectū presuppositū: ⁊ sic omnis transmutatio est factio: vel simpliciter vel fm quid: non tamen econuerso: quia creatio non

est proprie trāsmutatio. Et isti termini
nō admittuntur in diuinis vt patz. De
istis aūt terminis causa causatū causa-
litas vtrū in diuinis admittātur diuer-
se inter doctores locutiōes īueniuntur
vnde magister dist. 5. loquens de gene-
ratione in diuinis dicit. genito gignens
non gignenti genitum causa est vt sit ꝛ
deus sit ꝛc̄. Ideo lz isti termini nō sint
in hac materia assueti nō est tamē incō
ueniēs ipos ad bonū sensuz ꝯcedi. Isti
aūt termini productio generatio spira-
tio nō ꝯnotant ꝙ res sit de nouo sed so
lum ꝙ vnū sit ab alio. ꝛ est ꝓductio ge-
nus ad generationē ꝛ spirationē. Et sic
isti termini cōcedunt in diuinis. Quid
aūt intersit inter generatōez ꝛ spiratio
nem alias patebit. Ex p̄dicto notabili
sequunt aliqua. Primo sequit ꝙ non
oīs generatio ꝓprie est ꝓductio de non
esse ad esse. ptz. qꝛ nō omē genitū habz
esse post nō esse. Ūn hoc nō oportet vbi
genituz est eadē natura siue eadē essen
tia cum generāte qd̄ in solo deo est pos
sibile. Secundo sequitur ꝙ illa descri
ptio generatio est ꝓductio d̄ nō esse ad
esse nō ē vniuersaliter bona descriptio
generationis ꝓprie dicte. sed solū gene
rationis creature vel magis quedā dif
ferentia generationis tp̄alis et eterne.
Tertio sequit ꝙ nō vniuersaliter nec
oīno sicut se habet corruptio ad nō esse
sic se habet generatio ad esse. patet. qꝛ
de generatione eterna que est ꝓductio
alicuius absq̄ nō esse p̄cedente non est
illud verum. sed si debeat habere veri-
tatem hoc est p̄cise de generatiōe noua
Et sic patet responsio ex hys ad tertiā
rationē ante oppositum questionis. ꝛc̄.
Quarto sequitur ex p̄dictis ꝙ gene-
ratio nō vniuoce sed equiuoce dicit de
generatione in diuinis et de generatio
ne in creaturis. Patz quia nō cōueniūt
in diffinitione vt satis apparet ex dictis
ꝛc̄. similiter nō ꝯueniūt in genere. quia
omnis generatio in creaturis est trans-
mutatio nō aūt in diuinis vt patebit. ꝛc̄.
Ad secundam nego maiorem et dico
ꝙ mutatio non est genus ad omnez ge
nerationem sed soluz ad eaz que est in
creaturis nec generatio in diuinis est spe
cies mutationis vt bene probat ratio.
Sed quia in ista ratione tangitur ꝙ so
lus de⁹ est īmutabilis sicut tractat ma-
gister di. 8. Ideo gratia hui⁹
distinguo hec ꝙ mutatio dupl'r accipi-
tur. Uno mō large et īproprie. Alio mō
stricte et ꝓprie. Large em̄ ꝛ īproprie di
cit aliquid mutari. quod habz esse post
non esse vel ecōuerso: ꝛ ista mutatio vo
catur a Damasceno versio. Alio mō ac
cipitur mutatio stricte et hoc est dupl'r
vel ꝓprie vl' ꝓprijssime. ꝓprie ē mutatio
quādo aliquid recipit aliqd qd̄ p̄us nō
habuit. et sic si materia crearet sub for-
ma ipa materia diceret mutari: qꝛ esset
sub forma et p̄us non fuisset sub ea. simil'r
si totū ꝯpositum annihilaret ipa mate
ria diceret mutari non soluz qꝛ non est
post ꝙ p̄us fuit sed etiā qꝛ non haberet
formā quā p̄us habuit. ꝓprijssime vero
dicitur mutatio quādo aliquid manēs
s̄m suam essentiam habet aliquid ipm
informans qd̄ p̄us non habuit vel econ
uerso ita ꝙ subiectū manēs prius ē sub
forma postea sub priuatiōe vel ecōuer-
so. Ex hac distinctione sequuntur ali-
que ꝓpositiōes. Prima est ꝙ quolibz
p̄dictorum modoꝝ deus est īmutabilis
De p̄mo modo patz qꝛ deus est neces
se esse. si em̄ nō esset necesse eē esset ali-
quid p̄us eo qd̄ posset facere ipm post
nō esse ꝛ ꝑ consequēs nō esset de⁹. De
secundo mō ptz ꝑ idē. De tertio mō pz
quia ens simpliciter infinitū nullo mō
perfici potest sed est ens infinitū et infi
nite ꝑfectum simpliciter siue hoc pos-
sit euidenter naturali ratione ꝓbari si-
ue non. ꝛ ꝑ ꝯn̄s nō potest ꝑfici quacūq̄
forma ꝛ ꝑ ꝯn̄s nec mutari de p̄uatione
ad formam vel econuerso. Et sic patet
ꝓpositio et intelligitur de mutatiōe de
ꝑ se q̄ aliqd mutat in sua natura intrin
sece ꝛ nō de mutatiōe de ꝑ accidēs qua
deus diceret mutari ꝑ cōmunicationez
idiomatuz ꝓpter mutationē nature as-
sumpte. Secunda ꝓpositio est. ꝙ sol⁹
deus est immutabilis primo modo. pa-
tet. qꝛ deus illo modo est immutabilis:
et nihil aliud a deo est immutabile illo

modo quia deus in principio omnia produxit ita q̧ nihil ante fuit in rerum natura pter deū q̄uis hoc nō possit eudē ter ratione naturali ꝓbari sed hoc sola fide tenendū est. Tertia ꝓpositio quā pono ꝓbabiliter est ista q̧ aliq̄ creatura est vel esse potest immutabilis secundo et tertio modo. patʒ. quia aliqua est vł esse potest que nullius est receptiua: sʒ tantū est receptibilis in alio. Igitur ꝛc. Consequentia patet. et antecedens apparet quia aliter esset ꝓcessus in infinitum. Illam accipio. a. creaturam si ergo a. potest aliquid alterius ratiōis recipere tūc quero de illo sicut de priori. si potest aliquid recipere vel non. si nō ergo ꝓpositum. si sic quero de illo alio recepto sicut de priori ꝛ sic vł erit ꝓcessus in infinitum vel stabitur ad aliquid quod nihil potest recipere nec ꝑ consequens mutari aliquo illoꝝ duoꝝ modoruʒ. vnde licet ista ratio apparenter concludat bene tamen scio q̧ non demonstrat. Ex ipa autē si vera sit sequitur hec quarta ꝓpositio q̧ non solus deus est imutabilis primo et tertio modo patet clare.

Ex p̄dictis apparet. q̧ ista ꝯsequentia nō valet hoc est in aliquo loco in quo p̄us nō fuit ergo mutatur localiter. Ptʒ qꝛ de⁹ in p̄ncipio mūdi fuit in aliquo loco in quo p̄us nō fuit nec ꝓpter hoc fuit mutatus qꝛ hoc fuit ꝑ nouā ꝓductionē loci. vnde talis consequentia non valet vbi fieret noua ꝓductio vel etiam localis mutatio loci sicut turri immota moueatur aer circūstans ꝛc. Secundo patet q̧ ista ꝯsequentia non valet de hoc verificantur termini accidentales ergo est receptiuū accidentiū. Apparet clare de hoc ꝛc. ꝛ sic pʒ ad rōneʒ ꝛc. R

Ad tertiam rōnem dico aliquas ꝓpositiones. Prima est q̧ generatio in diuinis nec ē ꝓductio sucessiua nec subita. patet qꝛ vbi est ꝓductū indiuisibile ibi nō est ꝓductio successiua ꝛ vbi est ꝓductio eterna nō est productio subita.

Secūda est q̧ generatio in diuinis nō est ꝓductio īstātanea loquēdo de īstāti tempis. sequit̄ ex p̄dicta. Tertia est q̧ generatio in diuinis est ꝓductio ꝯtinua. patet. quia filius semꝑ ꝛ sine interruptione giginit̄ a patre. Quarta ē q̧ generatio in diuinis est ꝓductio instantanea loquēdo de instāti eternitatis: qꝛ est ꝓductio eterna. Unde si q̄ratur q̄d est instās eternitatis. dico q̧ ipa eternitas que deus est. est instans eternitatis. Que ideo dicitur instās. qꝛ sicut instās tempis si esset: esset totū simł nec in eo esset p̄us et posteri⁹. sic ipa paternitas tota simul sine successione p̄oris et posterioris existit. Ex hꝭs patʒ q̧ ista cō sequētia nō valet filius dei est in isto instāti nec ante fuit nec post erit. ergo incipit esse vel desinit esse: patet de instāti eternitatis ꝛc. Secundo patet infatuata subtilitas quorundaʒ dicentiū q̧ contradictoria sunt vera in eodē instāti eternitatis. hoc enim clare falsum est quia sicut ad cōtradictoria esse vera in eodem tempore requirit̄ quodlibʒ esse verum in toto illo tpe aliter non essent cōtradictoria sic ad ipa esse vera in instanti eternitatis requiret̄ quodlibʒ eē verum eternaliter quod manifeste implicat ꝛc. S Ad quartā rōnem aliqua sunt notāda. Unde p̄mo notāduʒ est. q̧ hic est vna difficultas scʒ vtrꝫ q̄uis pater nō sit p̄oꝛ filio duratiōe debeat cōcedi prioꝛ aliq̄ alia p̄oritate. Et quantū ad hoc est inter doctores discordātia nō tā realis q̄ verbalis. Oēs eni in hoc cōcordant q̧ pater est p̄ncipiū filij ꝛ filius originatur a patre sed in hoc discordāt q̧ aliqui dicūt q̧ ista nō sufficiunt ad hoc q̧ concedatur prioritas in diuinis. Alij dicūt q̧ sic. Et quantū ad hoc magis innitendū est auctoritatib⁹ q̄ rōnib⁹ qꝛ ad neutrā parteʒ pōt ratio sufficiens inueniri sed magis cōsistit in modo loquēdi: ideo dico breuiter q̧ vere et realiter pater est prioꝛ origine ipo filio. quia ꝑ esse prioꝛ origine hic nihil aliud itelligo nisi q̧ a patre originatur filius. siue q̧ pater est principium originis filij excludēdo alias significatiōes huius termini prius. de quibus dicam inferius. Et sic clare patet veritas illi⁹ ꝛc. Secundo notandum q̧ ad huc circa hoc est alia difficultas an concesso q̧

pater est prior origine filio: debet conce di quod pater sit in aliquo signo priori non nature vel durationis. scilicet originis in quo non sit filius. Et de hoc hic tenet Scotus quod sic sicut patet in multis distincti onibus et questionibus primi libri: vnde ipse imaginatur quod sicut sunt instantia temporis: ita sunt instantia vel signa nature et originis. Et ponit istum processum quod in primo instanti originis sunt omnia essentialia sicut deitas intellectus. actus intelligendi: et actus volendi. In secundo signo originis pater generat filium. In tertio producit spiritumsanctum: et totus iste ordo originis completur in primo instanti nature: et in secundo instanti nature intellectus diuinus et voluntas feruntur respectu obiectorum secundariorum: ita quod iste est ordo quod essentialia sunt priora notionalibus et notionalia sunt priora essentialibus includentibus respectus ad extra. Hec est imaginatio predicti doctoris quam declarat in diuersis locis. Sed quamuis forte aliqua istorum dictorum possent bene intelligi: sic scilicet intelligendo quod essentia est aliquo modo prior personis: quia communior vel aliquo tali modo. Modus autem loquendi est simpliciter falsus et nimis abusiuus. Nec est facile declarare que res sint illa instantia vel signa: sed nolo hic insistere. Qui autem voluerit hoc reprobare videat Ockam distin. 9. primi libri questione. 3.

Tertio notandum circa declarationem predictorum quod diuersi sunt modi prioritatis et posterioritatis sicut patet in predicamentis: et. 5. methaph. capitulo de priori. quod longum est numerare et distinguere tamen inter alios isti videtur esse magis famosi scilicet prius duratione prius natura. prius causalitate. prius communitate. prius dignitate. prius secundum locum. Prius autem duratione est propriissime prius secundum philosophum in predicamentis. Prius natura est illud quod potest esse sine posteriori: sed non econuerso: vt patet. 5. methaph. vnde secundum philosophum materia est prior natura ipsa forma et subiectum suo accidente saltem separabili et partes toto. prius causalitate est causa respectu sui causati et sicut dicitur prius causalitate: ita posset prius productiuitate. Et patet distinctio huiusmodi ab aliis predictis quia secundum philosophum causa et causatum aliquando sunt simul duratione: nec oportet quod causa sit prius natura suo causato. Et secundum aliquos pater in diuinis est prior filio et tamen nec duratione nec natura. Prius communitate est illud a quo non conuertitur subsistendi consequentia. Prius dignitate est omne perfectius respectu imperfectioris et hoc siue ex natura rei siue ex voluntate humana sicut rex est prior comite et comes milite. Prius secundum locum contingit dupliciter vel per comparationem ad aliquid quod naturaliter est primum aut ad aliquid quod statuitur primum. primo modo ignis est prior aere et aer aqua. secundo modo idem etiam respectu eiusdem potest esse prius et posterius propter diuersa que statuuntur esse prima sicut vult Aristo. 5. Methaph.

Istis premissis pono aliquas propositiones de comparatione predictorum modorum prioritatis et posterioritatis. ¶ Prima est quod alicui eidem competunt diuersi modi prioritatis sicut idem respectu eiusdem potest esse prius duratione natura causalitate et dignitate: vt patet de celo respectu alicuius noui effectus producti ab eo. Secunda est quod idem respectu eiusdem diuersis modis prioritatis potest esse prius et posterius patet de materia et forma: toto et parte. Tertia est quod aliqua sunt ordinata secundum prius et posterius in quibus proprie dicitur quod prius est in aliquo priori in quo non est posterius. Patet de ordinatis secundum prius et posterius quibus correspondent aliqua extrinseca in quibus ordinantur sicut prius et posterius secundum tempus et secundum locum ordinantur secundum aliqua extrinseca: quia scilicet aliqua partes temporis correspondet priori et alia posteriori: et similiter alius locus correspondet priori et alius posteriori vnde solum in talibus est illa locutio vera. Et de sic ordinatis secundum tempus vel durationem debent concedi precise distincta instantia vel signa et de ordinatis secundum locum concedi distincta loca. Quarta propositio est quod aliqua sunt ordinata secundum prius

⁊ posterius in quibus non ꝓprie dicitur
ꝙ prius est in aliquo p̄ori in quo nō est
posteriꝰ. Patet de ordinatis ſm prius
⁊ posteriꝰ quibus nō correspondent ali
qua extrinseca in quibus ordinentur si
cut deus est prior creatura causalitate
natura dignitate supposito ꝙ non esset
tempus aut locus imo omi alio extrin
seco circūscripto. In talibus ergo nō ē
ille modus loquendi ꝓprius nec in tali
bus est rationabile querere vtrū poste-
rius sit in p̄ori vel non. Et si recipiatur
talis modus loquēdi. tunc debꝫ cōcedi
ꝙ posterius est in suo p̄ori ⁊ nō p̄us in
aliquo priori sicut materia est prior na
tura ipa forma ⁊ ipa forma nō est in ali
quo priori sed forma est in illo priori. si
militer totum est prius ꝑfectione ⁊ di-
gnitate sua ꝑte. non tamen potest dari
aliquod p̄us in quo sit totum ⁊ non sit
ꝑs sed potest dari aliquod p̄us ꝑfectio
ne in quo sit pars ⁊ non totum scꝫ ipm
met totū ⁊c. Sic ergo patet cōtra Sco
tum ꝙ lꝫ pater sit prior origine filio pa
ter tamen non est in aliquo signo prio-
ri in quo nō sit filius nec est aliquod ta
le signū vel instans. sed filius bene est
in aliquo priori in quo nō est pater. scꝫ
in ipomet patre in quo non est pater.
quare ⁊c. X

Qui modi prioritatis debeant poni in diuinis

¶ Sed adhuc circa il-
los modos prioritatis ⁊ posterioritatis
videndum est qui repiantur vel non in
diuinis. Et de hoc pono aliquas ꝓposi-
tiones. Prima est ꝙ p̄mus ⁊ secūdus
nullo modo possunt repiri in deo ꝑ re-
spectū ad intra. ptꝫ quia oīa ibi sunt si
mul duratione ⁊ natura vt ptꝫ. Secū
da est ꝙ nec qntus nec sextus possunt
repiri in deo. ptꝫ quia ibi nihil est ꝑfe-
ctius alio vel dignius sed quicquid est
ibi est infinite ꝑfectū. Similiter ibi ni
hil est in alio tanꝙ in loco ⁊ illo modo
quo deus est in loco quicquid est ibi est
in eodē loco. Tertia ꝓpositio est ꝙ se-
cundus modus p̄oritatis. scꝫ prioritas
causalitatis extendendo p̄oritatē cau-
salitatis ad p̄oritatē ꝓductiuitatis re-
pitur in diuinis. patꝫ quia attribuitur
patri respectu filij ⁊ vterqꝫ respectu spi
ritussancti. Et ista prioritas vocatꝛ p̄ori
tas originis. Ex hoc ptꝫ cōtra Ockaꝫ
ꝙ paternitas est p̄or origine filiatione.
Naꝫ pater ⁊ paternitas sunt omnibus
modis idem. quare ⁊c. Et sic non est ve
rum ꝙ dicit ꝙ filiatio non originatur a
paternitate nec est prior origine filiati
one. sed est solum prior filiatione. qꝛ est
ꝓprietas patris qui est prior filio. cuiꝰ
ꝓprietas est filiatio ⁊c. Secundo patꝫ
ꝙ iste modus prioritatis in diuinis so-
lum habet locū inter ꝑsonaꝫ ⁊ ꝑsonalē
ꝓprietateꝫ. ⁊ nullo modo inter essentiā
⁊ ꝑsonam seu relationeꝫ patet clare in-
tuenti ⁊c. Quarta ꝓpositio est ꝙ etiā
quartus modus p̄oritatis. s. prioritas
cōmunitatis repitur in diuinis. ptꝫ qꝛ
talis prioritas non est nisi ꝯñe nō ꝯuer
tibilitatis. ⁊ hoc aliquo modo est in di-
uinis scꝫ in essentia respectu ꝑsone vel
relatiōis. quia bene sequitꝛ. a. est pater
ergo. a. est essentia sed nō ꝯuertitur qꝛ
nō sequitꝛ. filius est essentia ergo filius
est pater. ⁊ sic essentia est cōmunior ꝙ̃
ꝑsona ⁊c. Y

Ex his sequuntur
aliqua. Primo sequitur ꝙ diuina essen
tia ⁊ intellectio vel volitio diuina quia
ideꝫ sunt omnibꝰ modis est aliquo mō
prior qualibet ꝑsona vel relatione diui
na ⁊ hoc prioritate cōmunitatis. Se-
cundo sequitꝛ ꝙ noticia diuina creatu-
raruꝫ. siue respectu creature est aliquo
modo prior qualibet ꝑsona vel relatio
ne diuina. Patet quia sequitꝛ. a. est patꝛ
ergo est noticia creature non ecōuerso.

Tertio sequitur ꝙ spiratio actiua est
aliquo modo prior tam generatōe acti
ua ꝙ̃ passiua. De generatiōe actiua pa
tet. quia omē generans spirat non ecō-
uerso. De generatione passiua etiā ptꝫ.
quia spiratio actiua est in patre. qui est
prior filio in quo solū est generatio pas
siua. quare ⁊c. Quarto sequitꝛ ꝙ taꝫ
gn̄atio actiua ꝙ̃ passiua est aliquo mo-
do prior spiratione pasiua. patꝫ qꝛ taꝫ
pater ꝙ̃ filius est prior spūsancto. qua-
re ⁊c. Sic igitur apparet quales modi
prioritatis debeant concedi in diuinis
⁊ qualiter debent intelligi. Tunc ergo
ex predictis ptꝫ rñsio ad formā quarte
rationis. Vn̄ negatꝛ maior. Et ad ꝓba

tionē dicit q licet prius r posterius duratione non sint simul: sed omē qđ est prius sit in aliquo signo priori rē. tamē non oportet sic esse vbi solum est prioritas originis sicut est inter patrē r filiuz in diuinis. quare rē. Et hec de tertio articulo r tota questione rē.

Questio octaua.

A

Circa decimā distinctionez r alias sequētes in quibus magister agit de pcessione spūssancti eterna. Quero vtrū concedendū sit spiritūsanctū pcedere a patre r filio vnica spiratione siue tanq ab vno pncipio.

Arguit pmo q non. qr spūssanct⁹ nō pcedit a pře et a filio. igit questio falsa pña clara. antecedēs pbatur quia quā docunq aliquid est in se pncipiū sufficiens ad aliquid pducenduz pōt illud pducere omni alio circūscripto. Ita q omē aliud ad hoc videt supfluū sed pater est ex se intrinsece pncipiū sufficiēs ad pducendū spiritūsanctuz qr dicere q pater esset insufficiēs esset absurduz igitur pater sine filio pōt pducere spiritūsanctuz. quare rē. Confirmatur qr spiritussanct⁹ nō distinguit a filio precise quia pcedit ab eo. igitur nulla est ratio quare pcedatur pcedere a filio. Cōsequentia ptz qr ista videtur potissima rō r antecedēs pbatur. quia filius p filiationem distinguitur a spiritusancto. igitur seclusa spiratione adhuc haberz vnde distingueret a spūsancto r etiam spiritussanctus ab eo. quare rē. Scđo sic spūssanct⁹ non pcedit ab vtroq tāq ab vno pncipio. igitur questio falsa. Consequētia est clara. antecedēs pbatur quia si pater r filius essent vnū pncipium spirans vel pdicatū hui⁹ positionis supponit p essentia vel vna psona vel p duabus. Nō pmū vt ptz ex dictis in alia questione nec secundū quia pater r filius non sunt vna psona. nec tertiū quia tunc sequit q pater r filius essent aliquid vnū quod nō esset spiritussanct⁹ qđ est falsum. Confirmatur p hyla. ij. de trinitate dicentē q spūssanctus a patre r filio auctorib⁹ ꝯfitendus est. r p ꝯñs sunt duo auctores nō vnus spirator. Tertio sic spūssancti pcessio nō est spiratio sed est gñatio ergo questio falsa. Consequētia est clara. antecedens pbatur qr omē qđ vere pducit de substātia patris vere generat r eius pductio est generatio. sed spūssanctus pducitur a patre r de substātia patris sicut filius igit generat sicut fili⁹ quare rē. Confirmat quia si nō. hoc nō est nisi qr pncipiū pductionis spūssancti est voluntas r nō filij sed hoc nō valet tū quia nō est verū vt patet ex dictis. tū quia in nobis actus r habitus volūtatis quoz pncipiū est voluntas ita naturaliter generant sicut ipius intellectus. quare rē. In oppositum arguit p magistru z r p determinationē ecclesie extra de sum. trini. r fi. catho. lib. 6. In ista questiōe erunt tres articuli iuxta materiam triū argumentoz ante oppositum questionis factoz. Prim⁹ vtrū concedendū sit q spūssanct⁹ pcedat a patre r a filio. Secūdus vtrū cōcedendū sit q spiritussanct⁹ pcedit ab vtroq tanq ab vno principio. Tertius vtrū cōcedendū sit q spūssancti pcessio sit generatio.

B Quantū ad primuz articulū pono tres cōclusiōes r eas declarabo. Prima ꝯclusio est q spiritussanct⁹ pcedit a patre r filio eternaliter. Secūda ꝯclusio est q spūssanctus pcedit a patre et filio vniformit. Tertia cōclusio est q si spūssanct⁹ non pcederet a filio nō distingueret ab eo realiter. Prima igit inter latinos et grecos est in discordia. tñ illa magis est ex fide supponēda q ratiōe pbanda. Aliqui aūt nitunt istā ꝯclusionē rōnib⁹ pbare. sz simplr dico q p rōnem hoc nō pōt ꝯcludi sz oēs rōes q ad hoc fierent possent faciliter solui. iō solū est tenendū auctoritate fidei scz ex determinatione ecclesie dei nec aliter eā pbo. Scđa ꝯclusio pbat: qr spūssctūs nō pcedit a pře pncipalr sz ab vtroq eqlit vt dicit magr igit rē. Tñ est hic aduertēduz q ly vniformit pt dupliciter intelligi. Uno

mõ vt excludit oẽm ordinez in ꝑsonis ꝓducentib⁹ inter se. Alio modo vt ex-cludit oẽm ordinẽ in ꝓductiõe. Primo nõ dico ꝙ pater ⁊ filius nõ spirãt oĩno vniformit̃ q² inter ꝑsonas ꝓducentes est ordo originis inter se vt dictũ est in alia q̃stione. Scd̃o mõ dico ꝙ spirant oĩno vniformit̃ ita ꝙ spm̃sanctũ in nullo signo ⁊ instãti spirat vna persona in quo nõ spiret alia sicut imaginant̃ aliqui. ꝙ in aliquo signo originis spiret pater in quo nõ spiret fili⁹. Si queratur an debeat ɔcedi ꝙ pater spirat spiritũsanctũ pri⁹ origine q̃ fili⁹ spiret eũ dico ꝙ si per spirare pri⁹ origine nihil aliud intelligat̃ nisi ꝙ pater spirãs est prior origine vel ꝙ pater nõ ab alio habz spirare ⁊ filius hoc hz a patre tũc illud est ɔcedendũ. ⁊ isto mõ intelligunt sancti sicut Augustin⁹ qñ dicit ꝙ spũssanctus pncipal̃r ꝓcedit a patre. Similit̃ Jeronym⁹ ⁊ Hyla. qñ dicũt ꝙ ꝓcedit a patre ꝑ filiũ. ⁊ Rich. qñ dicit ꝙ spũssanctus procedit a patre mediate ⁊ a filio immediate. intelligunt enim ꝙ pater a nullo habet ꝙ spiret ⁊ ita pncipaliter ⁊ nõ ꝑ aliũ. filius aũt hoc habet a patre q² sibi cõmunicat esse ⁊ spirare ⁊c̃. quare ⁊c̃. Tertia ɔclusio ꝓbat̃ q² est vna ꝓpositio ɔditiõalis cui⁹ antecedẽs ⁊ cõsequens sic se habent ꝙ impossibile est ita esse sicut significat̃ ꝑ antecedẽs qn ita sit sicut significat̃ ꝑ ɔñs. igit̃ ipa est vera. Consequẽtia ptz quia hoc requiritur ⁊ sufficit ad veritatẽem conditionalis. Et antecedẽs apparet q² est vna ɔditionalis. cui⁹ antecedẽs est impossibile vt clarum est. igitur impossibile est ita eẽ sicut significat̃ ꝑ illud antecedẽs quare ⁊c̃. Et ꝓpter consit̃em rõnẽ concedo istã si spũssanct⁹ nõ ꝓcederet a filio ipe distingueret̃ ab eo ⁊c̃. Tũc circa istam ɔclusiõnẽ aduertendũ ꝙ quãdo doctores querũt vtrũ si spũssanctus nõ ꝓcederet a filio adhuc distingueret̃ vn⁹ ab alio. Ista ɔclusio põt habere duplicẽ sensuz. Unus est an p̃cise ꝑ hoc ꝙ filius spirat spiritũsanctũ ⁊ ipse spiratur a filio. filius distinguit̃ a spũsancto ita ꝙ hunc esse ab illo sit p̃cisa ratio distinctiõis eoꝝ. Alius est vtrũ ex hoc ꝙ spũssanctus distinguit̃ a filio possit concludi ꝙ ꝓcedat ab eo. ⁊ hoc esset cõtra grecos qui cõcedunt pmũ ⁊ negãt secũdũ. Et in hoc sensu tractat illa questio a plurib⁹ doctorib⁹ antiquis. sed in primo sensu tractat̃ a q̃busdaz modernis ⁊ siue illi duo sensus distingunt̃ de virtute sermonis siue nõ. tamen de vtroq̃ erit videnduz. Quantũ igit̃ ad pmũ notanduz est ꝙ de ɔstitutione ⁊ distinctione ꝑsonaꝝ in diuinis diuerse fuerũt opiniones. Una fuit ꝙ ꝑsone seipsis distingunt̃. Secũda fuit ꝙ p̃cise per relationes reales distinguntur.

Tertia ꝙ primo distinguntur ꝑ proprietates absolutas ⁊ quasi secũdario ꝑ relationes. Quarta possz esse ꝙ p̃cise distiguerent ꝑ ꝓprietates absolutas.

Sz circa istas opiniones nolo insistere q̃ vero eas voluerit ꝑscrutari videat Ockam circa distinctionẽ vicesimã sextam vbi tractat̃ ista materia. veruz est tamen ꝙ ipse manet ibidẽ. ⁊ in plurib⁹ locis in pmo libro innitit̃ isti opinioni ꝙ ꝑsone diuine constituunt̃ ⁊ distingũtur ꝑ relationes originis. vnde dicit ꝙ paternitas ⁊ essentia diuina ɔstituũt ꝑ se vnũ scz patrẽ ⁊ sic ꝑ paternitatẽ constituitur pater ⁊ distinguit̃ a filio. Sz breuiter transeundo. quia non reputo multũ vtile hic insistere. arguo contra hoc sic. quia ad hoc ꝙ aliquid ꝑ se ⁊ ꝓprie cõstituat̃ ex aliquo requirit̃ ꝙ illa distinguant̃ aliquo mõ. hoc eñ est euidens ⁊ hoc etiã cõcedit iste doctor. sed pater ⁊ paternitas in diuinis nullo mõ distingunt̃. quia nihil vere affirmat̃ de vno ⁊ negatur de alio vel ecõuerso plus q̃ de essentia diuina in quibus s̃m ipm nulla est omnino distinctio. hoc eñ videtur clarũ ⁊ videt̃ sequi ex dictis illi⁹ doctoris imo in pmo q̃stione tertia ponit istam regulã ꝙ omnis ꝓpositio composita ex istis terminis pater ⁊ paternitas in qua p̃dicat̃ verbũ qd̃ est nota distinctiõis est falsa de virtute sermonis Ideo ibidẽ negat istam. paternitas est in patre. Igitur sequit̃ ꝙ nulla rõe potest dici ꝙ paternitas constituit̃ ex pa-

tre quod ipse nō concedit. vnde miror quomodo tantus doctor talem conclusionē posuit ₇c. D Secundo notandum magis accedendo ad ꝓpositū ꝙ multi conueniunt in hoc ꝙ in filio sunt essentia diuina filiatio ₇ spiratio actiua sed isti diuersificanē. quia quidā dicūt ꝙ essentia ₇ filiatio tantū constituunt ꝑsonam filij ₇ ꝙ spiratio actiua in filio est quasi aduenticia ita ꝙ nō constituit filium in esse ꝑsonali. Alij dicunt oppositum ponentes ꝙ tam essentia ꝙ filiatio ₇ etiam spiratio actiua concurrunt intrinsece ad personalitatē filij nec est sibi aduenticia imo si filius nisi spiret non remaneret ꝑsona eo ꝙ careret spiratione que intrinsece concurrit ad ei9 ꝑsonalitatē. Alij etiā dicunt ꝙ in filio preter spirationē actiuam. que realiter distinguitur a spūsancto est aliquid sufficienter distinguens ipm̄ ab eo scʒ ipsa filiatio ₇c. Sed circa istas opiniones nolo insistere quia hoc reputo inutile. qui vero earū reprobationē voluerit videre legat magistrū Gregorium in ista materia. mihi aūt sufficit contra ista ratio supra facta. Ideo breuiter dico ꝙ oīs ille opiniones sunt false ₇ ꝓcedūt ex falsa imaginatione. quia sic loquentes imaginanē ꝙ essentia diuina ₇ fili9 ₇ filiatio distinguantur ₇ ꝙ essentia sit quasi materia respectu filiationis ₇ filiatio sit quasi forma eius ₇ ꝙ ex vtroꝗ resultat ꝑsona ₇ ꝙ sic constituaē persona quasi similiter sicut compositum substātiale cōstituitur in esse ꝑ suā formam. hoc aūt oīno negari debet de persona diuina ₇ de qualibet re que est diuina essentia. quare oīs tales opiniones sunt fugiēde tanꝙ venenose. Tertio notandum circa istam materiam ꝙ aliquid esse distinctiuū alicui9 potest intelligi dupliciter. vno modo vt per huiusmodi distinctiuū intelligam9 aliqd existēs extra animā ſm se ab alio distinctum sicut dicimus ꝙ homo per aīam suā distinguitur ab asino ₇ ꝙ vna anima ſm se distinguitur ab alia. Alio modo vt per distinctiuū intelligamus aliquid per quod potest vere concludi aliquid ab aliquo esse distinctum sicut dicimus ꝙ accidens in sacramento altaris distinguitur ab alijs per hoc ꝙ ipm̄ non est in subiecto sicut alia accidentia hoc autem modo dicimus in diuinis ꝙ pater distinguitur a filio per hoc ꝙ ipse a nullo est ₇ filius est ab eo ₇ hoc vtiꝗ sic esset etiā si nulla anima hoc consideraret. Ex hoc patet ꝙ in pͥmo sensu filius distinguitur a spiritusancto se ipso. et non aliquo sui ꝓprie ₇ ſm intrāsitiuā constructionē loquendo. Quod patet quia filius est persona simplicissima. igitur a quocūꝗ distinguitur seipso distinguitur. Secūdo patet ꝙ in secundo sensu filius distinguitur a spiritusancto non precise: quia spiritussanctus procedit ab eo. Nam filius distinguitur a spiritusancto etiā per hoc ꝙ ipse est a patre nascendo ₇ spiritussanctus a patre non nascēdo sed procedēdo. igitur non precise per hoc filius distinguitur a spiritusancto ꝙ ipe spirat spiritūsanctum. consequentia tenet quia non est idem esse a patre nascendo ₇ eē a patre non nascendo ₇c. Et breuiter istud non est aliud dicere nisi ꝙ per aliud medium bene concludimus spiritumsanctū esse distinctum a filio ꝙ per istud quia ipe spiritussanctus procedit ab eo. et sic patet declaratio conclusionis quo ad primum sensum suprapositę distinctionis. Quantum autem ad secundum sensum diuersi sunt modi dicendi. aliqui enim dicunt ꝙ non sequitur spiritussanctus non procedit a filio. ergo non distinguitur ab eo. Alij autē dicunt oppositum diuersis tamē modis. Nam quidam dicunt ꝙ facta illa ypothesi spiritussanctus et filius essent vna persona genita et spirata et ꝑ consequens non distinguerentur. Alij dicunt ꝙ non distinguerentur non tamen quia concurrerent in eandem personā: sed quia filius tunc non esset persona. ₇ multe tales fantastice imaginationes possent recitari sed transeo. Verū est ꝙ magister Gregorius ponit istam conclusionem ꝙ ista consequētia est bona spiritussanctus non procedit

a filio ergo nō distinguitur ab eo. Quā probat pmo sic. qz si spūssctūs non pce deret a filio spūssctūs non esset nec essz persona. ꝯsequētia pz: ⁊ antecedēs ptz. quia si spūssctūs non procederet a filio spūssanctus non esset spūssanct⁹ nec do nuz patris ⁊ filij. ⁊ ita nec psona qre ⁊c. Secūdo qz filius est p se pncipiū spūs sancti ergo si filius nō pduceret spūm sanctum ipe spūssanctus nō pduceret sed si non pduceretur non esset. igitur ⁊c. Tercio si aliqua creatura non pdu ceretur a filio ipa non pduceretur a pa tre. igitur si spūssanctus non pduceret a filio ipe nō pduceret a patre. ⁊ p con sequens si non pduceret a filio ipse nō esset. ⁊ p cōsequēs a nullo distingueret ⁊c. Sed cōtra hoc pono aliquas ppositiones. Prima est ꝙ illa ꝯña est bona patet. quia illud añcedēs est īpossibile ⁊ ad īpossibile sequitur. qḋlibz. Scḋa est. ꝙ illa cōsequentia nō magis valet. spūssanctus nō pcedit a filio ergo non distinguit ab eo. ꝙ ista valeat spūssctūs non pcedit a filio ergo distinguit ab eo ptz qz vtraqz est necessaria ppter rationē dictā. Tertia est ꝙ licet ista ꝯña va let. tñ ratiōes illi⁹ doctoris nō pbāt ip sam esse bonā. patz: qz petūt pncipium vt ptz intuēti. imo essent derisorie apō vnū grecū qui negaret spiritūsanctū p cedere a filio. Ideo miror tales ratiōes fieri ab aliquo subtili viro. Quarta p positio est. ꝙ lz illa ꝯña valet: tñ nō est euidens. nec pōt euidēter pbari in via de lege ordinata: quia illa ꝯña sola fide creditur esse bona: qz concedit antece dēs esse impossibile: ⁊ ꝙ illud sit impos sibile nō est euidenter pbatum: sed so la fide creditum: vt ptz ⁊c. Si vero queratur vtrū ista causalis sit vera: qz filius pducit spūmsanctū: ipse spiritus sanctus distinguitur a filio. Dico ꝙ sic: qz sicut fili⁹ est causa sibi: vt sit qcqd est extendendo nomē cause large ad oēe principium pductiuum: sic est sibi cau sa vt distinguitur a quolibet quod non est: ⁊ hoc sufficit ad veritatē illius cau salis. Dico tñ ꝙ eius veritas nō potest euidēter pbari sicut nec veritas supra dicte conditionalis. etiam concessa ypo thesi ꝙ pater et filius ⁊ spiritussanctus sunt tres persone ⁊ vna essentia. Nam ex hoc antecedente non plus sequitur euidenter nobis ꝙ spiritussanctus pro cedat a filio ꝙ oppositū vel ꝙ pater p cedat a spiritusancto ⁊c. Unde ad ra tiones pdicti doctoris pōt faciliter re sponderi qz petunt principium ⁊c. Et hec de primo articulo. Quan tum ad secundum articulum in quo vi dendum vtrum concedendum sit ꝙ spi ritussanctus pcedat a patre ⁊ filio tan ꝙ ab vno principio. ponam tres conclu siones: et eas per ordinem declarabo.

Prima est ꝙ pater ⁊ filius producūt spiritumsanctum: non tanꝙ duo princi pia: sed tanꝙ vnum principium. Se cunda est ꝙ pater ⁊ filius producūt spi ritum sanctū: non inquantum distincta principia: nec inquantū vnū principiuz. Tertia est ꝙ pater ⁊ filius non sunt omnino respectu spiritussancti sicut re spectu effectus creati vnuz principium.

Prima conclusio probatur per de terminationem ecclesie. Extra de sum ma trinitate ⁊ fide catho. lib. 6. vbi dici tur ꝙ spiritussanctus eternaliter ex pa tre ⁊ filio: non tanꝙ ex duobus princi pijs: sed tanꝙ ex vno principio. non du abus spirationibus sed vna spiratione procedit: ⁊ in fine damnantur et impro bantur oppositum dicentes: quare ⁊c. Dico tamen ꝙ ista conclusio tenēda est sola fidei auctoritate: ⁊ non posset con uinci ratione. etiam concessa personarū distinctione ⁊ productione ⁊c. Secun da conclusio probatur: qz ex ista propo sitione. pater et filius inquantum vnū principium spirant vel producunt spi ritumsanctum: sequitur ꝙ omnia que essent vnum principium spirarent spiri tūsctm: qḋ est manifeste falsū: qz tres p sone q̄ sunt vnū principiū nō spirāt spi ritūsanctū. Et siliter ex ista ppositione pater ⁊ filius inquātū distīcti vel inquā tū disticta principia pducunt spmsan ctū: sequit ꝙ oīa distincta producūt spi ritumsanctum: quod est manifeste fal sum. Utraqz ꝯsequētia patz: qz argui

tur a ppositione reduplicatiua ad suaȝ exponẽtem. sicut bene sequit. homo inquãtuȝ rõnabilis est risibilis ergo oĩe rationale est risibile. vt patet in logica. Et ideo quelibet illaruȝ ppositionũ de virtute sermonis ẽ vna exclusiua falsa q̃re ↄclusio vera. Dico igit q loquẽdo de virtute sermonis. pr̄ ⁊ filius nec spirant spiritũsanctũ inquãtuȝ sunt vnũ: nec inq̃tuȝ sunt distincti. Et si sancti videant aliq̃n dicere q spirãt inquantuȝ sunt vnũ. nõ est intentio eoꝝ q talis ppositio si vera de virtute sermonis. sed hoc dicunt vt denotent vnitatem spirationis ⁊ nõ pluralitatẽ. ita q q̃uis pat ⁊ filius sint distincte psone tamẽ spirãt non distictis spirationib⁹ sed vnica spiratione ⁊c. Tertia ↄclusio probatur. quia licet cõcedat q pater ⁊ filius sunt vnum principium spũssancti sicut conceditur q sunt vnum principium creature tamẽ nõ est omnino simile. sed in hoc est differentia q: scȝ pater ⁊ filius ⁊ spũssanct⁹ sunt vnũ principiũ naturale respectu creature q: sunt natura diuina que est principiũ creature. sed pater et filius nõ sunt sic principiũ naturale sȝ notionale vt patebit. ita q in prima ly principium est termin⁹ essentialis supponens imediate pro essentia. ⁊ est sensus pater ⁊ filius sunt vnũ principium creature id est sunt vna essentia que est principiũ creature. sed in secũda ly pñcipium est termin⁹ non essentialis sed notionalis non supponens immediate pro eẽntia sed p psona. ❡ Tamen ad declarationem istius conclusionis est aduertendũ q licet de ista ppositione pater ⁊ filius sunt vnus spirator sint opiniones. ⁊ aliqui negent eam aliȷ concedant tamẽ ista ab omnibus communiter conceditur pater ⁊ filius sunt vnũ principium spirans spiritũsanctũ. Unde dicit Augustinus. Fatenduȝ est patrem ⁊ filium principium esse spiritussancti nõ duo principia. sed sicut pater ⁊ filius vnus deus. ⁊ ad creaturam relatiue vnus creator ⁊ vnus dominus sic relatiue ad spiritũsanctum vnũ pñcipium. lib. de trinita. ca. 14. Unde de

videtur esse q res non qr sunt ideo de9
eas nouit: sed qr nouit ideo sunt. Sed
ecotra videtur fuisse opinio Origenis
super episto. ad Roma. q non ideo ali-
quid erit: qr deus scit illud futuru: sed
qr futurum est ideo scitur a deo anteq
fiat rc. Ad hoc aut in predicta distin-
ctione respondet magister: r potest eius
responsio sub quadruplici ppositione
recolligi. Prima est q res future nul
latenus sunt cause prescientie vel scie-
tie dei. Et ideo sequnt vel presciutur
qr future vel facte sunt. Secunda est
q dictum Origenis qr futuruz est ideo
scitur. intelligendum est vt notetur ibi
causa non proprie dicta: sed causa sine
qua non. Tertia est q etiam prescien
tia vel scientia dei prout soluz includit
noticiam rei no est pprie causa eorum
que fiunt:nisi solu sine qua no. Quar
ta est q si nomine sciētie includatur be
neplacitum atq; dispositio:tunc potest
dici causa reru. Et sic intelligit Augu-
stinus. ideo sunt quia nouit. id est quia
scienti placuit: r quia sciens disposuit.

In his stat responsio magistri: sed si-
cut dicit Egidius super littera distin-
ctionis. Solutio magistri non sufficit:
quia dictum Origenis exponit de cau-
salitate sine qua non: quia tunc pari
ratione diceretur. et ideo aliquid erit:

quia deus prescit illud futurum qđ negat Origenes. Nam etiā ſm magiſtrū preſcientia eſt cauſa ſine qua non futurorum dicit̄. Ideo aliter reſpondet magiſter Gregorius ⁊ dicit ꝙ ꝙuis ſcientia dei que non eſt aliud: ꝙ ſubſiſtentia vel eſſentia dei ſit cauſa omnium rerum q̄ fiunt. iſta tamen propoſitio quia deus preſcit ideo res ſunt future ſi ſit cauſalis ⁊ non equiualēs preciſe huic conditionali: ſi deus preſcit res ſunt future ⁊ noīe preſciētie non includatur beneplacitū ſed diſpoſitio. abſolute neganda ē Nā ſicut nō ideo quia propoſitio de futuro eſt vera res quā enunciat fore erit nec ſi ego preſcirē aliquid fore ideo qꝛ preſcirem illud foret ꝙuis neceſſe eſſet ꝙ ſi preſcirem illud foret ſic in ꝓpoſito ⁊c. Et ratio eſt. qꝛ nec ſicut veritas propoſitiōis ſic nec ſciētia inquantū hmōi eſt cauſa qꝛ ita ſit in re. Z Sed alia ꝓpoſitio. ſcꝫ quia aliqua ſunt futura deus preſcit illa eē futura diſtinguēda eſt. Quia vnꝰ ſenſus pōt eſſe vt denotetur res futuras eſſe cauſas p̄ſcientie. qua deus preſcit res eſſe futuras ſicut ſi dicat̄ qꝛ viſibile eſt mihi obiectuꝫ iō video Et ſic illa eſt falſa. Et ad hunc ſenſuꝫ negant eā Auguſtinꝰ ⁊ magiſter Nec ſic intelligēdū eſt dictū Origenis. Alius ſenſus pōt eē quo preciſe denotetur ꝙ quia res ſunt future ideo p̄ſciētia dei eſt preſcientia. ⁊ iſti termini preſcientia ⁊ precius verificant̄ de deo ita ꝙ talis locutio ſit illo mō cauſalis quo modo iſta. quia homo eſt animal. ideo hec eſt vera homo eſt animal. ⁊ ſicut ſolet dici ꝙ eſſe ſic in re ſicut propoſitio enunciat eſt cauſa ꝙ illa ſit vera ⁊c. Et ſic ſm iſtum modū loquendi pōt concedi ꝙ res eſſe futuras eſt cauſa vel potiꝰ concauſa vna cū īmenſa perfectione diuine ſcientie. qđ deus ſcit preſcius vel preſcientia ſeu ꝙ iſti termini vere dicātur de eo. Et ad iſtum ſenſum pōt dici ꝙ quia res future ſunt. ⁊ dei ſcientiam nihil pōt latere. ideo preſcit illas deus eſſe futuras. Et ſic intellexit Origenes Sed Auguſtinus loquitur de noticia dei ſm ꝙ eſt ſimplex apprehenſio rerū In quo ſenſu non eſt verū ꝙ quia ſunt ideo nouit. Nam ſiue ſint ſiue non. nō minus nouit quia res non cauſant ſuā noticiam in deo ſicut in nobis ideo ⁊c. Sed ꝙ dicit ideo ſunt quia nouit intelligendum eſt de noticia ſimul cuꝫ beneplacito ſeu cum diſpoſitione ſicut bene exponit magiſter. Hic tamē dico iſtaꝫ regulaꝫ ꝙ nulla ꝓpoſitio cauſalis cuiꝰ ꝯñs ſignat tanꝙ ſignatum totale deuꝫ velle vl' intelligere eſt cōcedēda de virtute ſermonis ⁊ ꝓprie. Ideo iſta cauſalis in ſenſu cauſali nō eſt vera de virtute ſermonis. quia res ſunt future deus preſcit ⁊c. ſed hoc magis poſtea declarabo. Tunc ad formā rōnis dico ꝙ de virtute ſermonis iſta diſiūctiua eſt falſa. quia nulla pars eſt vera. Si tamen prima pars intelligitur in ſecundo mō vera eſt ad bonū ſenſum ⁊c. nec ex hoc ſequit̄ ꝙ res future ſint cauſe preſcientie dei ſicut non ſequitur quia Petrus ſedet. ideo hec ꝓpoſitio que prius fuit falſa Petrus ſedet. nunc eſt vera. ergo Petrus ſedēs eſt cauſa illiꝰ veri. ſicut patet ex dictis. Iſta tamen locutio non apparet mihi vera đ virtute ſermonis ⁊c. Ad confirmationeꝫ patet quid de antecedēte ſit dicendū. ſed ratio tāgit aliā difficultatem. Vñ ſanctꝰ Thomas in ſcripto ſuo. diſt. 38. Et Egidius eadē diſt. q. vltima ꝯcludunt ꝯñs hic illatū. Dicunt eīn ꝙ oīne futurū comparatuꝫ ad cām primā ⁊ dei preſcientiaꝫ eſt neceſſariū ſeu neceſſario futurū. comparatum aūt ad cauſas ꝓximas ⁊ ſm ſuam naturam conſideratū eſt ꝯtingens ſeu contingenter futuruꝫ. Nec eſt inconueniens ideꝫ diuerſis reſpectibus eſſe neceſſarium ⁊ contingens. Et huius ſentētie videtur eſſe. Boetius. 5. de conſolatione. Hec inquit ſi ad diuinam noticiā referantur neceſſaria. ſi per ſe conſiderentur neceſſitatis ſunt nexibus abſoluta. Et hoc ibi diffuſe proſequitur.

Hec auteꝫ tripliciter poteſt reſponſio intelligi. Vno modo vt abſolute ⁊ ſimpliciter concedatur aliquid ideꝫ eſſe neceſſarium ⁊ contingens tamen ab vno. ſcꝫ a cauſa pria habet vt ſit neceſſariuꝫ

τ ab alio φ sit contingens. sicut idē lac est albuȝ ab albedine τ dulce a dulcedine. Alio modo pōt ītelligi φ ista sic absolute sumpta. a. est necessarium τ contingens nō cōcedat. sed tamen de. a. cōcedatur φ est necessario futurū a pͥma causa contingenter futuruȝ a secunda. sicut de eodē dicim⁹ φ est a deo scitum fore τ nō est a causa ꝓxima scitum fore nō tn̄ absolute concedim⁹ φ est scitum fore τ nō scitū. qꝛ hoc implicat τc̄. Alio modo φ comparatū ad cām primā vel dei noticiā est necessario futuruȝ. id est necesse est si aliquid est ꝑcitū a deo ipsum esse futurū ita φ sit necessitas ꝯñe nō cōsequētis idē tn̄ ꝓm se. id est absolute est ꝯtingenter futurū. lȝ istum non pretendat de virtute ꝓmonis ꝑdicta solutio. τ Tūc pono aliquas ꝓpositiones. Pͥa est φ predicta solutio in primo sensu implicat cōtradictionē. qꝛ si a. cōtingenter est futurū pōt ergo nō fore. τ sic hoc est possibilis a. non erit τ si a. est necessario futurū hec est necessaria a. eueniet. q̄re τc̄. Nec valet ad hoc diuersitas causaꝝ. qꝛ nō min⁹ ē impossibile φ a diuersis causis duo contradictoria verificent̄ φ̄ ab eadem τ illud est clarū. Scđa est φ ꝑdicta r̄nsio in scđo sensu est falsa. patet qꝛ ex ea sequit̄ φ oīa de necessitate euenirent. Consequētia patȝ. quia si aliquid necessario eueniat a pͥma causa. sequit̄ φ necessario eueniet. posito φ secūda cā possit ipm nō facere. Itē oīa a solo deo fiēda eēnt necessaria τc̄. Tertia ꝓpositio est φ ꝑdicta r̄nsio in tertio sensu intellecta est vera. Et ad illū sensum loquit̄ Boeti⁹. vt ptȝ ex processu suo. vn̄ loquit̄ de necessario τ necessitate ꝯñe τ conditionali. Si aūt dicat̄ si deus sciat sortē peccaturū in a. sortes peccabit. ꝯn̄a est necessaria. τ antecedēs est verū. ergo ꝯn̄s τ antecedēs nō est in ptāte sortis. ergo nec ꝯn̄s. Dico φ in potestate sortis est facere φ an̄s non sit nec vnφ̄ fuerit verum sicut supra tangebatur. Quarta ꝓpositio τ responsiua formata ad confirmationē est φ deus naturaliter τ nō libere est sciētia vel ꝑscientia futurorū tamen nullius veri de futuro contingēti est naturaliter siue necessario. imo cōtingēter iudicium siue sciētia iudicatiua. Vn̄ dico φ eēntia diuina nō naturaliter repn̄tat antichristū fore. sȝ contingēter. sicut contingēter vult ipsum fore. Licet enim naturale sit diuine essentie repn̄tare quodlibet verū. sic naturale ē sibi φ cessat repn̄tare iudicatiue illud quod pri⁹ repn̄tauit iudicatiue si tale cessat eē verum. Sicut naturale est sibi φ nihil eaȝ lateat τ φ nihil erronice iudicat. Nec est simile de hac noticia τ de specie vl̄ similitudine creata seu creata noticia. cum nulla creatura possit oīno similis esse deo in modo cognoscēdi sicͭ nec in modo essendi. Et sic ptȝ ad istaȝ rationē. Hec de tertio articulo. ?

Tunc ad rationes pͥncipales questionis. Ad primā negat̄ an̄s. τ ad ꝓbationē negatur assumptū. Et ad ꝓbationē ptȝ ex pͥmo articulo qualiter intelligendū sit contingens nō esse determinatū ad esse plusφ̄ ad nō esse τc̄. Et qualiter sit intelligendū ꝓpositionē esse determinate verā aut falsaȝ. Ad ꝯfirmationē dico φ in hac pte auctoritas phī est negāda quia falsa τ qꝛ sibipsi alibi ꝯtradictoria. Unde ipe dicit in libro de bona fortuna deū videre futura τc̄. Ad secundā negatur antecedēs τ ad ꝓbationem negatur assumptū. sicut patuit in secundo articulo. Et ad ꝓbationem negatur minor. nec ratio valet qꝛ licet sic esset in nobis non tamē sic dicenduȝ est de deo. sicut nec in deo dicim⁹ cognitionem distingui ab ipso φ̄uis sic sit in nobis. τ ita de multis similib⁹. Ad cōfirmationē patet φ auctoritas Aristo. non valet hic. Ad tertiā negatur an̄s sicut patet ex isto tertio articulo. Et ad ꝓbationem negatur consequētia sicut patet ex dictis. Concedo tamen φ immutabiliter eueniet licet non necessario vl̄ ineuitabiliter. Et hoc est φ quidā antiqui dixerunt φ illud quod deus scit necessario eueniet necessitate immutabilitatis nō necessitate ineuitabilitatis. id est immutabiliter scit licet contingēter τc̄. Ex hac solutione patet. φ licet taȝ

mutabilitas q̄ ꝯtingētia repugnat deo sic q̄ sicut deus nō est mutabile esse sic non est contingens esse. tamen aliqualiter intrīsece repugnat deo mutabilitas qualiter non sibi repugnat contingentia. Patz. qr sicut deus immutabiliter est. sic immutabiliter scit. ⁊ vult quicq̄d scit. ⁊ quicquid vult. si tamen deus aliquid cōtingenter scit ⁊ ꝯtingenter vult quare ⁊c. Ad confirmationem dico q̄ Augustinus intelligit illas ꝓpositiones in sensu composito ⁊ vult dicere q̄ hec est impossibilis aliter sit q̄ deus prescit. ⁊ hec est necessaria. deus prescit. a. ergo. a. erit ita q̄ loquitur de necessitate ꝯ̄ne ⁊ non de necessitate ꝯsequentis. Et sic sepe loquitur Boetius ⁊ communiter antiqui doctores. Et hec de ista q̄stione.

Questio duodecima

A

Circa quadragesimā distinctionē ⁊ sequentem in quibus magister agit de predestinatione saluādoꝝ ⁊ reprobatione dānandoꝝ. Quero vtrū cum eterna predestinatione ⁊ reprobatiōe dei stet predestinatum posse dānari ⁊ reprobatum saluari. Et arguitur primo q̄ nō. quia predestinatio vel reprobatio dei est et fuit ab eterno ineuitabilis ⁊ necessaria. igitur questio falsa. Consequētia tenet quia sequit̄. predestinatio est ineuitabilis ⁊ eterna ⁊ necessaria. ergo quicūq̄ p̄destinatur eternaliter ineuitabiliter et necessario p̄destinatur. ergo non potest non predestinari. ⁊ per ꝯ̄ns nec dānari ⁊c. Sed antecedens patet. qr omne immutabile est necessarium: sed predestinatio dei est imutabilis. ⁊ sic de reprobatiōe. Igitur ⁊c. Secundo arguitur sic quia predestinatiōis vel reprobationis dei est in predestinato vel reprobato aliqua rationabilis causa. igitur questio falsa. Consequentia tenet. qr q̄stio supponit q̄ predestinatio vel reprobatio sit eterna. modo nulli⁹ eterni aliq̄d temporale est vel esse potest causa ⁊c.

Sed antecedēs patet. quia si in reprobato non esset aliqua sue reprobationis rationalis causa deus ipsū crudeliter ⁊ irrationabiliter dānaret sine iusticia. igitur ⁊c. Tertio arguitur sic. quia cū reuelatiōne dei facta alicui de sua predestinatione vel reprobatione non stat ipsum predestinatum posse dānari vel reprobatum posse saluari. igitur. q. falsa. Consequentia tenet. quia reuelatio dei non magis excludit contingentiam reuelati q̄ predestinatio vel reprobatio dei. sed ān̄s patet. quia aliter reuelatio dei facta intellectui creato non esset infallibilis ⁊ certa. quod est falsū. igitur ⁊c. In oppositum est magister in littera. Et ad hoc est cōmunis doctrina catholica. In ista questione iuxta materiam trium argumentorum erunt tres articuli. Primus vtrū predestinatio vel reprobatio dei sit vel fuerit ab eterno ineuitabilis ⁊ necessaria. Secūdus vtrū predestinationis vel reprobatiōis dei sit in p̄destinato vel reprobato aliq̄ rationabilis causa. Terti⁹ vtrū reuelatio dei sit possibilis ītellectui creato infallibilis ⁊ certa ⁊c.

B Quantū igitur ad primū articulū primo premittendum est q̄d nōis predestinationis ⁊ reprobationis. Ān̄ dico q̄ p̄destinatio est diuinū ꝓpositū dandi vitam eternā. Reprobatio vero per oppositū est diuinū ꝓpositum nō dandi vitam eternam. Uel s̄m aliquos nō ꝓpositū dandi vitā eternā. Ān̄ ille dicit̄ p̄destinat⁹ cui de⁹ ꝓposuit dare vitam eternā. Et ille dicit̄ reprobatus cui deus ꝓposuit non dare vitam eternam. Uel s̄m aliquos cui nō ꝓposuit dare ⁊c. Et hoc satis docet apostolus Romanoꝝ. 9. Jacob dilexi Esau autem odio habui. vbi concludit. ergo cui⁹ vult miseret̄ ⁊ quē vult indurat. id est non miseretur. vt exponit Augustinus libro primo ad simplicianū. Unde apostol⁹ ibi p̄ diligere idē intelligit q̄d velle misereri. id est misericorditer vitā eternā largiri. Nā de tali misericordia ibi p̄ncipalit̄ loquit̄ ap̄ls. Ideo electos vocat vasa misericordie. per odire vero idē intelligit q̄d velle non misereri vel

Predestinatio est ppositu diuinu dandi vitam eternam
Reprobatio oppositum
Miseretur deus cui vult et quem vult indurat

De predestinatione saluandorum et reprobatione damnandorum

Quod quelibet racionalis creatura a deo finaliter fuit predestinata aut reprobata

Alia descriptio predestinationis

Bonorum quod sunt gratuita ut charitas merita vite eterne

Quod sunt habentia ordine ad illa ut attritio fides informis operatio solum moralis bona

non velle misereri. quare &c. Sed etiaꝫ aliter potest describi predestinatio ⁊ reprobatio. ⁊ sic p̄destinatio est p̄paratio b̄nficioꝝ dei. scꝫ gratie in p̄nti. ⁊ glorie in futuro. Et hec s̄nia est Aug. libro de perseuerantia circa mediū &c. Ita ꝙ p̄destinatio isto modo sumpta est ꝓpositum dandi gloriam ⁊ alia bona saltem gratuita sic charitas ⁊ merita vite eterne. vel etiam alia bona salteꝫ habentia ordinē ad vitam eternam sicut sunt attritio. fides informis. operatio solū moraliter bona &c. Et sic preparatio quorūcunqꝫ bonoꝝ vna cum gloria vel salteꝫ glorie ⁊ gratie ⁊ cuiuslibet boni meritoꝝ vite eterne dicit̄ p̄destinatio. Reprobatio aūt est ꝓpositū non dandi vitam eternam. ⁊ nolendi pro aliquo bono vel merito dare vitam eternam. Un̄ licet f̄m Gregoriū ⁊ aliquos alios si reprobat⁹ p̄seueraret in bonis meritorijs ipse vitam eternā haberet. q̄d licet ad aliquem bonū sensuꝫ possit concedi. tn̄ de virtute sermonis non est verū. Certum est tn̄ ꝙ de multis deus nō vult ꝙ in bonis meritorijs perseuerēt. Aliter enī oīs saluarētur ⁊ ideo quicquid sit de veritate talis conditionalis si reprobatus p̄seueraret in charitate deus daret sibi vitam eternam. tamen deus nō vult ꝙ conditio illa impleatur. quia si vellet vtiqꝫ impleretur. quare &c. Ex predictis descriptionib⁹ sequuntur aliqua. Primo ex prima sequit̄ ꝙ dare vel habere vitam eternā siue magis p̄prie loquendo vita eterna data vel habita est effectus p̄destinationis. sed nō dare vel nō habere vitam eternaꝫ in illo qui tenetur eam habere est effectus reprobationis loquendo de effectu large ⁊ ad modū loquendi magistri. Secundo sequitur cōtra magistrū Gregoriū. ꝙ ipse ex prima descriptione nō debuit inferre ꝙ nō misereri sit effectus reprobationis cum sit idē quod reprobatio. Nec debuit inferre ꝙ vocare ⁊ iustificare sint effectus predestinationis illo modo sumpte cum sint idem q̄d p̄destinatio sed etiā ꝗuis non essent idē tn̄ nō possunt poni effectus predestinationis nisi secundo modo sumpte. sicut patet intuenti. Tertio sequitur ex secunda descriptione. ꝙ non solum vita eterna. sed ad minus omnia bona gratum facientia sunt effectus predestinatiōis. imo f̄m quosdā spes. fides. vocatio ad fidem xp̄i. etiā bona opera Cornelij ante susceptionem baptismi &c.

Effectus predestinationis vita eterna data

Quarto sequit̄ ꝙ non soluꝫ non dare vel non habere vitā eternā. sed etiā nō dare vel nō habere finalē perseuerātiā seu pro nullo merito aut quocūqꝫ facto esse dignū vita eterna finaliter. est effectus reprobationis. sed culpa vel peccatum a doctorib⁹ cōiter non ponitur effectus reprobationis. ¶ His premissis ponā tres conclusiones ad hunc articulū r̄nsales Prima est ꝙ quelibꝫ rōnalis creatura a deo fuit eternaliter predestinata vel reprobata. Probatur. quia cuilibet dabit deus vitā eternā. vl̄ non dabit. quare &c. Et hec conclusio ē determinatio Augustini. libro de predestinatione contra pelagianos &c. Ex his sequitur primo. ꝙ nō solū quilibet est predestinatus vel reprobat⁹ ab eterno. accipiendo predestinationē aut reprobationē primo modo. sed etiā sc̄do modo. Et istud pꝫ primo de predestinatis pro quo suppono tria. Primuꝫ est ꝙ non stat fieri aliquod bonū qn̄ deus faciat illud. Secundū ꝙ nullū est meritū nisi deus acceptet illud ⁊ velit esse meritum. Tertiū ꝙ non stat deū velle aliquid qn̄ ab eterno illd̄ voluit. Tūc arguit̄ sic non stat aliquid esse nouiter bonū qn̄ deus ab eterno illud voluerit &c. sed predestinatio est ꝓpositum dandi vitam eternaꝫ ⁊ cetera bona meritoria &c. igitur &c. De reprobatis etiam patet. quia ipsi nō solū carebunt gloria eterna. sed etiā finali perseuerātia. nec morient̄ in charitate vel gratia ⁊ deus ab eterno hoc ordinauit. Secūdo sequitur: sed hoc magis declarabit̄ in secundo articulo. ꝙ deus nullū p̄destinauit aut predestinat accipiēdo p̄destinationē secūdo mō ꝓpter aliq̄d bonuꝫ aut aliquaꝫ cām p̄uisam in p̄destinato. ptꝫ ꝙ nō stat aliquē nouiter aliq̄d bonū ha

Reprobati carebunt gloria eterna et finali perseverantia sic ordinavit deus

bere quin deus pri⁹ voluerit et ab eterno q̄ illud quādoq̄ haberet. Capio igitur illud ꝓpter quod tu dicis deū p̄destinare. accipiēdo p̄destinationē scd̄o mō Tunc arguo sic. tale bonū quod tu assignas est partialis effect⁹ p̄destinatiōis ergo deus non ꝓpter illud predestinat. antecedēs patꝫ ꝑ quid nomis. ⁊ ꝯn̄a satis patet. Et ꝯsimiliter potest argui de reprobatione secūdo modo dicta. Secunda cōclusio est q̄ quelibet rational̄ creatura a deo predestinata potest dānari. ⁊ quelibet reprobata potest saluari. Patet. quia cuicūq̄ deus dabit gratiam. ⁊ finaliter gl̓oriaꝫ libere dabit. ⁊ ꝑ cōsequēs posset nō dare. ergo talis pōt non saluari et damnari: et consimiliter reprobatus ⁊c̄. Hic tamen est aduertēdum q̄ licꝫ predicta conclusio de virtute sermonis sit vera tamen in sensu cōposito intellecta esset falsa. Unde ista ē impossibilis. p̄destinatus damnabitur: vel reprobatus saluabitur. q̄uis quelibet singular̄ de simplici subiecto demōstratiuo sit possibilis. Similiter ista copulatiua est īpossibilis. Iste est vel fuit predestinatus. et iste damnabi⁊. Et ista est determinatio magistri. di. 40. Tertia ꝯclusio est. q̄ quelibꝫ ratiōalis creatura a deo predestinata potest non esse et nunq̄ fuisse predestinata. sed eternaliter reprobata. Et similiter quelibꝫ reprobata potest nunq̄ fuisse reprobata. sed eternaliter predestinata. Ista ꝯclusio sequitur ex secūda. quia quicūq̄ potest damnari potest nō esse reprobatus et ecōuerso ⁊c̄. D Ex hac cōclusione primo sequitur q̄ licet ista ꝓpositio de p̄terito sit vera. iste fuit predestinatus. tamen nō est necessaria imo hec est possibil̄. iste q fuit p̄destinatus nūq̄ fuit predestinatus. Et ita dici potest de reprobato. et totum patet ex dictis ⁊c̄.

Secundo sequitur responsio ad istuꝫ articulum. q̄ licet predestinatio dei sit necessaria tamē deus non necessario vl̄ ineuitabiliter sed contingenter est p̄destinatio. Et ita dici potest d̄ reprobatione. Prima pars patet. q̄r p̄destinatio dei est ipsa dei essentia. que est necessaria. Unde isti termini p̄destinatio et reprobatio pro eodem supponunt: et idē omnino importāt in deo. licꝫ nō in creatura ⁊c̄. Secunda pars patet. quia sicut deus contingenter aliquem predestinat ita respectu cuiuslibet cōtingenter est predestinatio. ⁊ potest nunq̄ fuisse predestinatio. Et ꝑ hoc patꝫ responsio ad p̄mū articuluꝫ ante ꝓpositū. quia licet predestinatio dei sit immutabilis ⁊ deus sit īmutabiliter predestinatio. non tamē ineuitabiliter. Unde licet omne immutabile reale sit necessariuꝫ. tamē non omne īmutabiliter tale. Naꝫ loquendo de mutabilitate complexi eo modo quo dicimus aliquod complexū mutari de veritate in falsitatē. aliquod cōplexum potest sic mutari et aliquod non. Et sic dicendū est q̄ non omne immutabile est necessariuꝫ. Nam aliquod est cōplexuꝫ quod non potest esse p̄mo verū et postea falsum: nec ecōuerso ⁊ tn̄ non est necessarium sed contingens. Et causa est. quia quantumcūq̄ sit vel fuerit verum compossibile est q̄ non sit verum. ⁊ q̄ nunq̄ fuerit verum. Unde impossibile est q̄ hec sit p̄mo vera. iste saluabitur. ⁊ postea sit falsa. vl̄ econuerso Et per consequēs illo modo est immutabilis et immutabiliter vera. Et tamē nō est ineuitabiliter vera vel necessaria

Et per hec patet responsio ad tituluꝫ proposite questiōis scilicꝫ qualiter stat cum vita eterna dei ⁊c̄. Sed cōtra predicta arguitur primo sic. quia quandocūq̄ aliqua opposita sic se habēt q̄ impossibile est vnū succedere alteri si vnū inest impossibile est aliud īesse. sicut q̄r habitus non potest succedere priuationi si priuatio inest impossibile est habitum inesse. sed esse predestinatuꝫ et dānari sunt huiusmodi. ergo impossibile est q̄ damnari succedat ei quod est esse predestinatuꝫ. ⁊ ꝑ consequēs si aliquis est p̄destinatus impossibile est q̄ damnetur. Et cōsimiliter potest argui de reprobato ⁊c̄. Secundo sic. p̄destinatus siue in libro vite scriptus. nō potest deleri. igitur nec pōt dānari. Cōsequētia satis patet. Et antecedens probatur per

magistruz historiarum super illo verbo Moysi. Exo.32. vbi dicit obsecro domine aut dimitte eis noxam hanc aut dele me de libro tuo quem scripsisti ꝛc. Unde ibi ait magister ꝙ hoc ex magna cōfidentia in deū est per impossibile dictū quasi diceret sicut est impossibile vt me deleas. sic oro nō posse fieri quin dimittas ꝛc. Tertio si predestinatus posset damnari ꝛc. sequitur ꝙ numerꝰ electorum posset minui ꝛc. Consequentia patet et falsitas cōsequētis. quia tunc nō esset deo certitudinaliter notꝰ numerꝰ electorum ꝛc. Quarto ad hoc est Augustinus. de cor. et gloria predestinatorum. Ita certus est numerus vt nec ad datur eis quicꝙ aut minuatur ex eis. Et post subdit probationem ex Apoc.3. tene quod habes ne aliꝰ accipiat coronaz tuam. Si alius inquit non est accepturus nisi iste ꝑdiderit certus est ergo numerus. Igitur nō potest esse maior aut minor ꝛc. ¶ Ad ista respondetur. Ad primum dico ꝙ de talibus oppositis que respiciunt futura contingētia non est veruz quod assumitur. sicut est in proposito. Sed dicit Ockaz. ꝙ in creaturis nō potest simile reperiri sicut est de istis oppositis predestinari. damnari. reprobari. saluari. Hoc autem cuz sua reuerentia non est verum. scilicz ꝙ in creaturis non possit simile huic inueniri quando simile est in ꝓpositionibus de futuro contingēti. de istis oppositis verum. falsum ꝛc. Ad secundum dico ꝙ istud verbum deleri potest accipi dupliciter. Uno modo proprie. ⁊ sic deleri de libro vite presupponit fuisse scriptuz et deleri de libro idem est ꝙ nō esse scriptum et prius fuisse scriptum. et sic scriptus in libro vite nō potest deleri. intelligendo de his qui sunt scripti ſm eternam prescientiam. nā hoc argueret mutationem voluntatis diuine vt patz ꝛc. Alio modo potest sumi magis large. vt idem est deleri quod non esse scriptum ⁊ hoc est possibile de potentia absoluta Quod ergo Moyses fuisset deletus de libro ī quo erat scriptus simpliciter impossibile fuit in primo sensu. ⁊ implicat contradictionem: sicut patz. sed non in secundo sensu ꝛc. Ad tertiū respōdet Ockaz ꝙ licet in sensu cōposito impossibile est numerum predestinatoruz augeri vel minui quia per hoc signatur ꝙ numerus electorum est primo maior et postea minor. vel ecōuerso. ⁊ hoc est impossibile quia talis successio non est hic possibilis. sed in sensu diuiso potest cōcedi ꝙ numerus ellectorū potest augeri vel minui. quia ſm euz nihil per hoc plus denotatur nisi ꝙ ꝑter istos qui nūc sunt ꝑdestinati potest aliqs saluari. vel de illis aliquis non saluari. tamen ex hoc ipso ꝙ poneretur ipsum saluari concedenduz esset ꝙ ille fuit ab eterno de numero predestinatorum. et ꝙ ille nō fuit numerus. sed alius. ⁊ sic de reprobatis ꝛc. Tamen adhuc illa propositio in sensu diuiso potest rationabiliter distigui iuxta duplicem acceptionem istorū terminorum augeri vel minui. quia vnus sensus potest esse ꝙ numerus ellectorū potest esse maior vel minor illo numero qui nūc est. vt si sit. decē potest esse duodecim. vel potest esse octo. et sic illa est vera. alius sensus potest esse ꝙ non solum potest esse maior vel minor postꝙ fuit minor vel ecōuerso. et istum sensuz proprie videtur facere illud consequēs nam augeri et minui important successionem quantitatum maiorum vel minorum. et sic illud est falsum nec sequitur ex antecedēte. vt iam patet ex dictꝫ ꝛc. Est enim simile ac si dicatur numerus rerum futurarum non potest augeri quia nō possunt esse plures postꝙ fuerunt pauciores cuz nulla possit incipere esse futura ꝛc. sic in ꝓposito nullus potest incipere esse predestinatus vel reprobatus. quare. ꝛc. Ad quartum patet. ꝙ Augustinus non loquitur de possibili sed de in esse et similiter loquitur de augeri et minui proprie in secundo sensu dato. sed in primo sensu non loquitur. Nec ex hoc sequitur quīn ille numerus sit certus: et deo determinatus ꝛc. Et sic patet responsio ad primum articulum questionis. ¶ Quantum ad secundum articulum, Utrum prede

stinationis ⁊ reprobatiõis dei sit in predestinato vel reprobato aliqua rationabilis causa. Primo declarabo huius articuli sensum. Secũdo recitabo vnã responsionẽ ad articulũ. Tertio tractabo vnã difficultatem ad ꝓpositum. Circa primũ sciendũ est ꝙ non est intentio huius articuli nec doctoꝝ hoc modo loquendi cõmuniter vtentiũ q̃rere. Vtrũ in predestinato vel reprobato sit aliqd qđ sit causa illius rei que est p̃destinatio vel reprobatio que non est nisi diuina essentia saltẽ actiue sumpta. de hoc eñ nullus dubitat: q꞉ certũ est ꝙ illius nulla est causa sed est sensus q̃stionis. vtrum propter aliquid predestinatorũ vel reprobatoꝝ incõplexe vel complexe significatiuũ deus illos eternaliter predestinauit vel reprobauit: ita ꝙ dici possit de aliquo ꝙ propter hoc vel propter illud: aut q꞉ ille facturus erat hoc vel illud ipse est p̃destinat⁹: aut aliquo alio modo exẽplificandi ꝑ ꝓpositiones causales: q꞉ licet ꝓpõnes causales frequẽter denotent causalitatẽ vnius rei ad aliã. nõ tñ semꝑ. sicut in alia q̃stione dictum fuit. igitur ſm hunc sensum diuersi diuersimode voluerũt assignare causam quare isti vel illi sunt predestinati vel reprobati. Quidã eñ assignauerũt causam positiuã dicentes ꝙ ꝑpter bona opera vel vsum bonũ liberi arbitrij: quẽ deus prescuit aliquos habituros: p̃destinauit eos ⁊ ꝑpter malũ vsum futurum in alijs reprobauit illos. Et adhuc inter istos ponentes cãm positiuã est differentia: q꞉ quidam dixerunt propter bonum vsum liberi arbitrij: quo ad actũ credendi. alij quo ad illum ⁊ alios act⁹ liberi arbitrij. Itẽ aliq dixerũt ꝙ bonus vsus lib. arbi. dupliciter considerari potest. Vno modo put pcedit partialiter a gratia ⁊ est bon⁹ bonitate gratuita vel meritoria ⁊ isto modo ɔsideratus non est ſm istos causa predestinationis sed effectus. Alio modo potest cõsiderari vt procedit a libero arbitrio. ⁊ vt est bonus bonitate morali: ⁊ sic vt dicũt est causa predestinationis non de condigno sed de cõgruo. Alij aũt dicũt ꝙ predestinatiõis nulla est in predestinatis cã positiua: sed priuatiua tñ. scꝫ absentia finalis gratie per culpam originalem vel actualẽ respectu gratie dei sed ſm istos reprobatiõis est aliqua cã positiua in reprobis. s. obex gratie. Vnde dicunt ꝙ in primo instãti quo intuitu diuino offertur aliqs homo. de⁹ vult illi gratiã ⁊ salutem ⁊ oẽs creat ad illũ finẽ nisi tamẽ obicem gratie reperiat. per quẽ homo reddatur indignus. Et in tali oblatione aliqui videntur cũ obice gratie ⁊ indignitate actuali vel habituali ideo reprobanť. Aliqui autẽ offerunť et si non cũ dignitate positiua tñ sine indignitate ⁊ obice: ⁊ ideo predestinantur ⁊c. ¶ His premissis contra predictas opiniones ponit. M. Gregorius ⁊ ꝓbat diffuse aliquas ꝓpões

Prima est: ꝙ nullus est p̃destinatus ꝑpter bonũ vsum liberi arbitrij quẽ deus p̃sciuit illũ habiturum. Scđa. nullus est predestinatus q꞉ prescitus fore finaliter sine obice habituali gratie. Tertia est ꝙ quecunqꝫ deus p̃destinauit gratis pcise et pure misericorditer predestinauit. Quarta est ꝙ nullus est reprobatus ꝑpter malũ vsum liberi arbitrij quẽ de⁹ p̃sciuit illũ habituꝝ. Quinta est ꝙ nullus est reprobatus q꞉ prescitus fore finaliter cũ obice diuine gratie. Sexta potest addi ꝙ quẽcunqꝫ deus reprobauit sine quacunqꝫ causa in ipso reprobato eũ reprobauit.

Prima igitur propositio ꝓbať. quia aliqui predestinanť qui nunqꝫ habebũt vsum liberi arbitrij: sed qua ratiõe isti non predestinantur ꝑpter vsum bonũ liberi arbitrij. pari ratione nec aliq alij Igitur ⁊c. Consequẽtia patet. Prima pars añtis ptꝫ de paruulis baptisatis morientibus ante vsum liberi arbitrij. Scđa patꝫ vel dctur ratio diuersitatis. Ad hoc dicũt aliqui ꝙ nõ propter vsum quẽ habuerũt: ⁊c. sed ꝑpter vsuꝫ quem habituri erãt si vixissent ⁊ ad etatem perfectam peruenissent. Sed hoc non valet: quia nullus pmiatur a deo propter merita que nec ei⁹ nec alterius sunt fuerunt aut erũt. igit nec p̃destina

tur rc. Antecedēs patet per apostoluz
2.corinth.5. Omnes inqt astabim⁹ ante
tribunal christi vt recipiat vnusqsqz ſz
ea que in corpore gessit. non dicit gessis
set vel habitur⁹ fuisset si vixisset rc. Itē
ex ista responsione sequitur φ paruul⁹
tantum gradum glorie reciperet quan
tum si vixisset vsqz ad vsum rc. Secū
do patz per Augustinū libro primo ad
Simplicianum. Nemo propterea bene
operatur vt accipiat gratiam: sed quia
accipit. Tertio ptz per apostolū Ro.
9. quia non est ex operibus sed ex vocā
te vt dictum est. Jacob dilexi: Esau aūt
odio habui. quorum vsus liberi arbitrij
in vno fuit bonus: ⁊ in alio non rc. Se
cunda propositio probatur. quia caren
tia obicis originalis vel actualis est ef-
fectus diuine predestinatiōis rc. igitur
non quia aliquis prouidetur rc. Conse
quentia videtur nota. antecedēs patet
Eph. 1. Elegit nos ante mundi constitu
tionē vt essemus sancti: et immaculati.
Confirmatur. quia iustificatio ē p̄destina
tionis effectus. ⁊ tamen exigit vel inclu
dit remissionem peccatorum. igitur rc.

Iustificatio est predestinationis effectus

Secundo patet quia paruuli morien-
tes post baptissmum sunt sine obice q̄r
sunt baptizati. ⁊ iō baptizati q̄r sunt p̄-
destinati. vt pz p apostolū ad Thytū. 3.
Non ex opibus iusticie q̄ fecim⁹ nos: ſz
ſm suā misericordiam saluos nos fecit
p lauacrū regeneratōis. i. baptismū rc.
Ad hoc quidā dicūt φ paruul⁹ nō ha
bet a p̄destinatione φ baptizatur. ſz h̄ po
tius est ſm cursum nature. Naz si puer
ex ꝯplexiōe naturali mori debeat stati
natus nō pueniet ad baptismū. nec h̄ est
ex aliqua reprobatiōe: ſz deus nō vult
ꝓpter ipm facere nouū miraculuz. Hoc
a ūt nō valet. quia cōtradicit auctorita-
ti allegate in qua dicitur ſm suam mi-
sericordiā rc. ergo nō tātuz ex cursu na
ture. Tertio patet propositū p Augu
stinū in libro de p̄destinatione sanctoꝝ
vltra medium. dicētis φ gratia dei ma
xime apparet in paruulis quoꝝ alij ba
ptizati alij non vite huius terminum fi
niūt satis ꝓbāt misericordiā et iudiciū
Ad idez est expressa auctoritas Augu-
stini in libro de bono perseuerentie.

M Tertia propositio probatur
ex predictis. q̄r ꝓpter nulla bona in ali
quo preuisa quis p̄destinatur. sed poti
us ad eius p̄destinationē talia ꝯsequūs
tur. igitur rc. Ad hoc possent induci plu-
res auctoritates rc. Quarta ꝓposi-
tio ꝓbatur: q̄r p̄destinatus non ꝓpter
sua bona opera predestinatur: igitur nec re
probatus propter mala opa reprobatur.
añs. ptz ex dictis. ⁊ ꝯña tenet per aplm
qui idifferēter loquēs de Jacob ⁊ Esau
dicit anteq̄ nati essent: aut boni aliqd
aut mali egissent rc. Itē Roma. 9. Non
est volentis neqz currentis sed dei mise
rentis. Et sequitur: ergo cuius vult mi
seretur. et quē vult indurat: id ē nō mise
retur. vt exponit August. ꝓut supra di
xi rc. Itē ad hoc possunt induci multe
auctoritates Augustini. sed p̄dicta sa-
tis sufficiunt rc. Quinta ꝓpō probatur
q̄r queritur vnde qs habeat φ in fine vi
te careat obice gratie siue peccato. Vel
eū oportet dicere φ a libero arbitrio ⁊
ꝓpria virtute. qui ē error Pelagij. vel
a deo gratis eū conuertente ad se p pe
nitentiā ⁊ remittēte peccata. Cū igitur
oēs eque faciliter ꝯuerteret sicut vnuz
ſm Augustinum. ideo non oportet ali-
ter respondere nisi: q̄r sibi nō placet iu-
xta verbū apli cuius vult miseretur rc.
⁊ per ꝯñs non ꝓpter obicem rc. Et p̄
dictas ꝓpositiones ⁊ earū ꝓbationes
valde diffuse deducit Gregori. ⁊ ad eas
inducit multas auctoritates: sed totus
effectus consistit in predictis. ideo suffi
ciant rc. Sexta ꝓpositio. licz eam nō
ponat tñ sequitur ex alijs et ex eius di
ctis sicut patz rc. Sed cōtra predicta
sustatur. Primo q̄r predestinatio inclu
dit electionē. iuxta illud. Elegit nos an
te mūdi ꝯstitutionē. ſz electio nō est in
ter eq̄les oīno: ergo inter electos ⁊ non
electos reperitur diuersitas propter quā
isti eliguntur ⁊ illi non. Secundo sic
agens vniuersale agit in oīne qd nō hz
impedimētum: patet de sole rc. sed de
us est agens vniuersale. vñ illud Mat
thei. 5. Solē suū facit oriri super bonos
et malos: ⁊ p ꝯñs omibus dat gratiaz.

Solem suum facit oriri super bonos et malos

et nisi in illo sit impedimentuz. ergo ꝙ aliquis careat salute: et sit reprobatus est causa. positio impedimenti ab eterno preuisa et per oppositum est de predestinato. Tertio sic quia sicut arguitur ante oppositum aliter deus crudeliter et irrationabiliter dãnaret si sine cã pro libito sue volũtatis homĩes reprobaret. Confirmatur. quia licet in carentibus sensu; ꝛ experiẽtia mali possit artifex sine iniusticia et crudelitate dispo nere opa sua pro libito in honorẽ ꝛ ꝯtumeliam sicut apostolus ponit exẽplum de figulo ꝛc̃. tamen secus videtur in habentibus expientiam boni et mali ꝛc̃.

Quarto ad ꝓpositũ est auctoritas Augustini. 83. q. q. 68. dicit. ꝓrsus cuiꝰ vult miseretur et quẽ vult indurat. Sed voluntas dei iniusta esse nõ põt. venit eñ de ocultissimis meritis ꝛc̃. Et concludit precedit ergo in peccatoribus aliquid quo q̃uis nondum sint iustificati digni efficiantur iustificatione. et idem precedit in alijs peccatoribus quõ digni sũt obduratione. Confirmatur ꝑ magistrũ distinctione. 40. si meritum querimus obduratiõis et misericordie obdurationis inuenimꝰ: mĩicordie nõ ĩuenimus ꝛc̃.

Ad ista respõdet ad ṗmuz dicẽduz ꝙ de electione possumus loqui duplr. Uno modo specialiter ꝓut scz sequitur deliberationẽ et sentẽtiaz cõsilij sicut diffinitur tertio ethicoꝝ. ꝙ electio est desiderũ cõsiliabile. Et talis nõ cadit inter penitus equalia ante consiliũ scita esse equalia. et sic p̃destinatio non includit talem electionẽ. nec talis cõpetit deo. vt dicit Damas. in libro secũdo capi. 33. ꝛc̃. Alio modo possumus loqui de electione large prout libera preacceptio vnius ad alterũ dicitur electio. Et hec est duplex. quedaz p̃ueniẽs bonitatem electi. quedam vero cõsequẽs. Primo modo p̃destinatio est electio nõ aũt secundo modo. Et illa potest esse inter omnino equales: sicut patz de figulo in exemplo apostoli ꝛc̃. Ad secunduz dicendum ꝙ maior non est vniuersaliter vera sed habet instantiam de agente libero. vnde artifex non agit in quãlibet partem obiecte sibi materie deus autẽ est agens liberrimum. Igitur licz deus sit agẽs vniuersale in omnes. sic ꝙ dat omnibus aliqua dona gratie scilicz esse viuere. cognoscere ꝛc̃. tamen aliq̃ dona gratie specialis dat vni que non alteri ꝛc̃. sicut fidẽ. gratiam gratũ facientẽ. et talia que sunt effectus predestinatiõis secundo modo dicte ꝛc̃. Ad tertiũ dicẽdum ꝓm magistrum Gregoriuz. ꝙ affligere siue punire non est reprobare. nec deus reprobat aliquẽ vt puniat nec punit. quia reprobat. sed quia ille quẽ punit peccauit siue peccato reus fuit. cuiꝰ peccati non fuit causa diuina reprobatio. Et sic ꝓm eum ꝙ iste damnatur aliqua causa est scilicz quia peccauit ideo non irrationabiliter nec iniuste aut crudeliter damnatur ꝛc̃. Sz de isto modo loquẽdi per tales causales postea dicetur. Sed tamen hic dicẽdum est ad cõfirmationẽ ꝙ illi qui faciunt talia argumẽta et reputant in eis magnã difficultatẽ non attẽdunt cum debita veneratione verba sacre sciptur e. Ita ꝫ ꝓm scripturam etiã si deus aliquam creaturã eternalr puniret vl' affligeret sine eius peccato vl' pure annihilaret nullã iniusticiam vl' crudelitatẽ ei faceret. Unde est illud Sapi. 12. Quis tibi imputabit si perierint nationes quas tu fecisti. Et paulo post. cum sis iustus: iuste omnia disponis ꝛc̃. Uñ signuz est magne ruditatis ꝛ ineruditionis in scripturis facere magnam difficultatẽ in hoc sicut cõmuniter faciunt rudes iuriste qui imaginatur deũ esse obligatũ legibus creatis quasi aliquid per prius sit iustuz q̃ deus velit illud. cum tamen omnino sit econuerso ideo tales errãt ꝛc̃. Ad q̃rtum respondet magister ꝙ credendũ ẽ Augustinũ illa ꝟba retractasse in libro retracta. Sed Gregorius ostẽdit ꝙ salua eius reuerentia illud non est verum

Unde ad declarationẽ verborum Augustini sciendum. ꝙ sicut cõmuniter dicũt doctores. obduratio potest capi dupliciter. Uno modo ꝓ ipa reprobatiõe. Alio modo pro obstinatione mentis in peccato. ꝛ sic non est reprobatio sed po

r iij

tius sequela eius. quia ille cui deus nõ vult misereri et gratiam conferre a peccato nõ consurgit. Similiter constat ꝙ iustificatio non est predestinatio. sed p̄destinationis effectus. Augustinus aũt ibidem accipit obdurationem secundo modo. sicut patet per exemplum Pharaonis quod ibidem introducit ⁊ sic nõ loquitur de reprobatione vel predestinatione quare illa auctoritas nõ est cõtra propositum. Sed vtrum verum sit quod dicit Augustinus. ꝙ in peccatoribus precedit aliquid quo digni sunt iustificatione ⁊c̃. Dicendum hoc dupliciter posse intelligi. Uno mõ ꝙ illud tale peccatores habeãt a se et sic est illud falsum. Alio modo ꝙ illud habeant ex p̄ueniente misericordia dei. ⁊ sic est illud verum: et est de intentione Augustini vt patet ibidem. Sed in primo retract. vbi ista verba recitat illa non retractat sed solum dat intellectum huius quod addidit deus non miseretur nisi voluntas precesserit. dicit hoc esse dictum de misericordia que sequitur penitentiaꝫ ꝙ scꝫ precedit talis voluntas penitẽdi nõ aũt d̃ qualibet misericordia dei. Nã vt dicit est quedam misericordia dei p̄ueniens ipam voluntatem sine qua nõ preparatur voluntas. Et sic est Augustini intentio ꝙ in quibusdam peccatoribus imo ⁊ in pluribus precedit aliqd quo digni sunt iustificatiõe. id est deus communiter non dat istum effectum misericordie scꝫ iustificationem nisi precedat voluntas penitendi ita ꝙ deus misericorditer disposuit ꝙ cuilibet habenti sufficientem attritionem per penitẽtiam dabit gratiã iustificationis. Ideo dicunt aliqui doctores ꝙ sufficiens attritio semper fit contritio ⁊c̃. Ad confirmationem dicendum ꝙ magister nõ accipit ibi obdurationem primo modo scꝫ pro eterna reprobatione. sed pro tẽporali obstinatiõe cordis cuius meritũ est frequenter precedens peccatum. sicut patet in Pharaõe. Quia sicut dicit Augustinus vbi supra propter crudelitatem quã exercuit in eis quibus misericordia et humanitas debebat meruit penam vt induraretur ei cor ⁊c̃. Et hec est intentio verborũ Augustini allegatoꝝ supra ibidẽ nec est ꝯtra dicta. sicut patet ⁊c̃.

R His p̄missis adhuc circa istam materiã vltra illa que determinat magister Gregoriꝰ tractãda est vna satis vtilis difficultas quã nec ipse nec aliqs alius quẽ viderim adhuc euacuauit. Et est Utrum deũ aliquẽ p̄destinare vel reprobare sit ꝯñs alicuius ꝓpositionis causalis vere. Et circa hoc primo recitabo vnã positionẽ. Secũdo declarabo vnũ modũ dicẽdi probabilem.

Sciẽdũ est igit̃ ꝙ positio Ockã circa hãc materiã ꝯsistit i tribꝰ. Primo eñi distinguit ꝙ hoc nomẽ causa a quo denominatur ꝓpositio causalis dupliciter accipitur. Uno modo pro aliqua re habente aliaꝫ rẽ tanꝙ effectũ. Et isto mõ potest dici causa illud quo posito aliud ponitur et non ponit̃ sine illo. Alio mõ accipitur causa nõ pro re aliqua respectu alterius rei. sed vt denotat quandã prioritatẽ vnius ꝓpositionis ad aliam. sicut si dicamꝰ. ꝙ causa quare ignis nõ calefacit est quia nõ habet passum conbustibile sibi approximatũ. Et sic dicit̃ frequenter ãcedẽs esse causa ꝯsequẽtis. ⁊ tamẽ non est ꝓprie causa in aliquo quattuor modoꝝ causandi positorũ ab Aristotele. Et sic quãdo ab vna ꝓpositione ad aliã ẽ bona ꝯsequẽtia naturalis et ecõuerso. tũc potest aliquo modo dici ꝙ antecedẽs est causa ꝯsequẽtis. et non ecõuerso. Uerũtamẽ dicit ꝙ hoc vl̃ raro vl̃ nunꝙ ꝯtingit nisi quia in re aliquid est causa alterius vel fuit aut erit aut potest esse. Secũdo dicit ꝙ reprobatiõis est aliq̃ causa seu ratio accipiẽdo saltem causam secũdo modo. Nam ista causalis est vera. quia iste peccabit finaliter ideo dãnabitur. Et ad hoc sufficit sibi ista ratio: quia damnatio nõ videtur mihi bona: nisi quia iusta. Nã f̃m Augustinuꝫ super Genes. deus non est prius vltor ꝙ aliqs sit peccator. Uideretur eñi esse crudelitatĩ punire aliquẽ non p̄existente in eo culpa. ergo a simili deus non vult prius punire ꝙ videat aliquem peccatorem esse. ergo primus

actus voluntatis diuine nō est velle dā nare iudam prout iudas offertur in naturalibus puris. quia sic vellet damnare sine culpa. sed est velle dānare iudā prout offertur voluntati diuine sub ratione peccatorum. Ergo cū reprobare sit velle damnare. reprobatio habet ex parte obiecti rationem siue causam scꝫ culpam finalē preuisam. ideo concedit tales causales: qꝛ iste peccabit finaliter ideo dānabitur: qꝛ iste fuit peccaturus ideo reprobatus est ⁊c̄. Tertio dicit tamen sine assertiōe. ꝙ alicuius p̄desti natiōis est aliqua causa seu ratio ⁊ alicuius nō. accipiēdo cām scd̄o modo. Et hmōi causa seu ratio est: qꝛ aliq̄ ꝓpter merita saluabunt̄: ꝙ si voluntarie non mererentur nō saluarent̄. Aliqui autē solū ex gratia speciali sunt ordinati ad vitā eternā. ita ꝙ sibipsis nō sunt derelicti: sed preueniūtur ne possint ponere obicē ne perdant vitā eternā. Sicut fuit de beata virgine ⁊ quibusdā alijs qui preueniebātur speciali gratia dei ne ꝑderent vitā eternā ⁊c̄. Im primis ergo videtur esse aliqua causa p̄destinationis: qꝛ sicut dānati reprobant̄: qꝛ p̄uidentur peccaturi finaliter. cū deus non sit prius vltor ꝙ aliq̄s sit peccator: ita est de quibusdā p̄destinatis ꝙ predestinant̄: qꝛ preuidētur finaliter in charitate perseueraturi: ⁊ deus nō cōferret eis vitā eternā nisi prius mererent̄ eā. In secūdis vero nō videtur esse ratio quare predestinantur: nisi qꝛ deus vult ita. Nam quicq̄d dat eis. dat vt cōsequant̄ vitā eternaꝫ. nec permitteret eis aliq̄d inesse quod posset eos impedire a vita eterna. Causa aūt quare istos predestinat sine ratione ⁊ alios ꝓpter rationeꝫ nō est nisi eius volūtas sicut causa quare beat⁹ Paulus fuit cōuersus sine meritis p̄uijs ⁊ alij nō: fuit sola diuina voluntas. Si autē contra predicta dicat̄ ꝙ eodem modo debēt oēs predestinati p̄destinari sicut oēs reprobi eodeꝫ mō reprobant̄. ergo non debet esse aliq̄ ratio quare aliqui p̄destinant̄: ⁊ nlla quare alij reprobantur. Item si deus sine ratione predestinaret istum et propter rationem predestinaret illū. deus esset acceptor personarum. Item non videtur verū ꝙ ratio quare predestinat istū est propter merita sua: qꝛ si iste nunq̄ habuisset merita ⁊ fuisset sine peccato originali ⁊ actuali fuisset saluatus. igit̄ non propter sua merita ⁊c̄. Item beata virgo fuit saluata ꝓpter merita sua igitur predestinatiōis eius fuit aliqua causa sicut ⁊ aliorum. Ad hec respōdet Ad primum ꝙ non omnes predestinātur eodem modo sic scꝫ ꝙ omnium sit ratio predestinationis vel nullorū sicut non omnes eodēmodo receperunt gratiam. aliqui eñi fuerunt sanctificati ante natiuitatem suam ⁊ alij non. Et quare isti ⁊ non illi nulla est ratio nisi volūtas dei ⁊c̄. Ad scd̄m respondet ꝙ nō est acceptio personarū nisi quādo duo sunt equales et aliq̄d debetur vtriq̄ et vni confertur ⁊ alteri non. sed in ꝓposito deus nulli est aliquo modo debitor: ideo non est personarū acceptor. Ad tertiū respondet ꝙ q̄uis iste fuisset saluatus si fuisset mortuus statim post baptismū sine merito vel demerito. tamē cum hoc stat ꝙ fuit predestinatus propter merita: sed ratio bene ꝓbat ꝙ bene potuit esse predestinatus ⁊ non propter merita ⁊ hoc non ast cōtra dicta.

Ad quartū respondet ꝙ beata virgo fuit saluata ⁊ magis beata propter merita sua. deus tamē ordinauit ꝙ sic saluaretur ita ꝙ preordinauit eā ad vitaꝫ eternam non propter talia media perque deueniebat ad eā. Sic igitur finaliter concedit ꝙ licet predestinationis vel reprobationis non sit in obiecto aliqua causa primo modo dicta: qꝛ nulluꝫ tale est causa alicuius eterni. tñ ista ꝓpositio deus predestinat. vel ista deus probat q̄ fuisset ab eterno vera bene habet cām scd̄o modo. eo modo quo dicit̄ antecedens esse causam ꝯsequentis. et illud antecedens est ita eternum sicut consequēs: quia illud antecedens. iste peccabit finaliter fuisset ab eterno verū sicut illud consequens. deus reprobat istum. Et sic iste respondet affirmatiue ad difficultatem propositam ⁊c̄.

Deus non est acceptor personarum quia nulli est debitor

L Sed licet ista positio sit subtiliter et breuiter explicata tamē nō videtur mihi q̄ euacuat totā difficultatē sicut post patebit. Et etiaȝ siue vera siue falsa sit. tñ contra aliqua ibi dicta sunt illa que supra dicta sunt Uñ quicqd sit de primo dicto de quo postea tangam. tamē Gregori⁹ negaret ſm dictū. Et q̄uis concederet istā causaleȝ q2 iste peccabit finaliter ideo dānabitur. sicut cōcedit Ockam. tamē negaret illā q2 iste peccabit finaliter ideo reprobatur quā alius cōcedit. Unde ſm Gregoriuȝ duo sunt hic distincte cōsideranda. Unū est q̄ deus non ꝓposuit misereri huic. et in hoc ꝓprie consistit ratio reprobationis. Et cur sic ꝓposuit non est aliqua causa p̄ter suum beneplacitū. sed simpliciter considerandū est cū apostolo cui⁹ vult miseretur et quē vult indurat. id est nō miseret̄. Aliud est qđ est hic considerādum scȝ q̄ tali cui⁹ ꝓposuit deus nō misereri preparauit etiā pro peccatis penam debitā. Et ideo q̄uis non propter culpā nolit deus misereri. id est non dare vitam eternā. tamē ꝓpter culpā vult dare penam. Et sic concedit istam causalem. q2 iste peccabit deus vult ei dare penam. et non istā. q2 iste peccabit deus eum reprobat vel vult non dare gl'iam etc. Item Gregorius negaret tertiū dictum et diceret generaliter. q̄ nullus p̄destinat̄ ꝓpter merita. Et negaret istaȝ causalē. quia iste est habiturus merita ideo est predestinatus. imo concederet ecōtra. quia iste est predestinatus ideo est habiturus merita. Similiter concedit. q̄ nō quia deus ꝓposuit et voluit alicui dare merita vel bonū vsum liberi arbitrij. ideo ꝓposuit ei dare vitaȝ eternā sed econtra quia ꝓposuit dare vitā eternam: ideo voluit consequēter dare etc.

Et hec diffuse nititur ꝓbare p auctoritates in vna ratione per quā ꝓbat p̄mā ꝓpositionem supra positam. Et sic iste respondet negatiue ad difficultatē ꝓpositam. sed tamē non euacuatur causa. vt patebit etc. M His ergo premissis volo hic sine assertione declarare vnum modum dicendi apparentē mihi probabilem. Unde circa hoc et ad maiorem declarationem omniū dictoꝝ

Primo notandū q̄ sicut supra dictuȝ est de scientia. ita ꝓportionabiliter dici potest de volitiōe. scȝ q̄ volitio restringendo eaȝ ad volitionē dei potest sumi vno modo large seu cōmuniter nō quidem attendēdo istam cōmunitatē ſm multitudinē per se inferioꝝ vel singularium quasi sint plures dei volitiones. qm̄ volitio dei simplex est et vnica. sed attendēdo ſm multitudinē volitorum respectu quoꝝ dicitur volitio. Et sic generaliter sumēdo respectu cuiuslibet a deo voliti posset vocari volitio efficax seu bn̄placitū etc. Alio modo potest sumi min⁹ generaliter solum respectu futuroꝝ. et sic posset vocari ꝑuolitio. Alio modo respectu p̄sentis aut futuri: et sic forte sumēdo non sunt nomina imposita que sint in vsu. Alio modo pōt sumi specialiter respectu eoꝝ que dicunt̄ dona gratuita sicut sunt fides. spes. charitas. Alio modo specialius respectu eorū que dicunt̄ gratuita non q̄cunq3 sed iustificātia sicut charitas vel gratia vel gloria. et respectu taliū posset vocari volitio gratuita vel bn̄placitum gratū faciēs. Alio modo specialissime respectu bonoꝝ glorie. et talis posset vocari volitio eterna siue dilectio eterna: gratificatiua. nō quia volitio alio modo sumpta sit tempalis. sed ab effectu isti⁹ volitionis. quia deus vult tale bonū scȝ glorie in eternum manere. Et talis volitio cōmuniter vocat̄ p̄destinatio. posset autē circa hoc esse dubiū. Utruȝ p̄destinatio includat solū deū velle alicui bonū glorie. vel tam bonū glorie in futuro q̄ bonum gratie in p̄senti. Et vtrū tantū ista bona vel simul aliqua alia etc. Et licet Ockam dicat q̄ predestinatio ꝓprie nō est respectu alicuius nisi respectu vite eterne. ita q̄ vita eterna et non omne ordinans ad eaȝ est effectus approbationis tamen sicut aliqualiter in primo articulo visuȝ fuit aliquando predestinatio sumitur large. et sic tam gratia finalis q̄ merita sunt effectus p̄destinationis. et nō aliquod aliud donū in presen

predestinatio et reprobatio prout capiuntur actiue pro diuino velle

ti vita collatum. Et fm hoc diuerse possunt dari descriptiones predestinationis. vt supra dixi. Secundo notandu q isti termini predestinatio z reprobatio possunt capi dupliciter. Uno modo actiue. z sic supponut pro diuino velle eo modo quo dictu est. Alio modo passiue. z sic supponunt pro effectu voluntatis diuine. ita q effectus predestinationis vel reprobationis pmo modo dicte pot vocari predestinatio vel reprobatio alio modo. Unde ex istis inferri possunt aliqua correlaria. Primu est q capiendo predestinatione z reprobatione actiue satis claru est q ipsius nulla est causa. quia talis actus diuine voluntatis nulla est vel esse potest causa sicut patet. Secundu est q capiendo predestinatione z reprobationem passiue scz pro tali effectu pot concedi pbabiliter q ipsius est aliqua causa sumedo causam improprie z large put meritu solet dici causa premij vel pene. qz de lege ordinata licz non ex natura rei tali merito posito. sequit tale premiuz vel pena. Unde sic loquendo cuiuslibz reprobationis passiue est aliqua causa scz culpa. z alicui9 predestinationis est aliqua causa sicut meritum vel gratia. z alicui9 predestinationis nulla est causa in predestinato sicut in illo qui non habet meritum. Nec est inconueniens q vnus effectus predestinationis sit causa vel ratio alterius. z per pns vna predestinatio alterius zc. Tertium est q capiendo predestinatione vel reprobatione actiue z large put predestinatio est respectu gratie vel glorie. satis claru est q non. qz deus predestinauit ido vult dare gratiam finalem nec econtra Patet. quia hoc esset idem sicut dicere quia deus vult dare gratiam finalem z gloriam. vult dare gratiam finalem vel econtra quoruz vtruq est falsum sicut satis patet zc. Quartuz est q capiendo predestinationem z reprobationem actiue z stricte put predestinatio includit deu velle alicui dare gloriaz z nihil plus. licet em nulli velit dare gloria qn etiam velit sibi dare gratia in presenti tamen possumus restringere istum terminu pdestinatio vt no significet plus nisi deum velle dare gloria. Et isto modo accipiunt aliquando doctores. Sic ergo accipiendo est dubiuz vtrum quia de9 predestinat aliquem ideo dat ei gratiam in psenti vel econtra hoc est dictu vtrum quia deus vult dare gloria ideo velit dare gratiam finalem vel econtra Et iste est punctus quez querit difficultas zc. Unde circa istum punctu sunt aliqua difficultates. Prima e vtrum deu velle aliquid alicui possit ee pns alicuius vere causalis. Et videtur q non. quia sicut deo nihil pot esse causa vt sit. ita nihil potest ei esse causa vt velit cum in eo sit omnib9 modis idem esse z velle. Igitur zc. Et si istud diceretur pateret resposio negatiua ad posita difficultatem. Et hec respõsio essz tam contra Ockam q cotra Gregoriu. vt patet quia quilibet concedit aliquaz tale causale licet diuersimode zc. Secunda difficultas est vtrum concesso q deu velle aliquid alicui possit esse pns alicuius vere causalis an hoc possit ee respectu antecedetis significantis precise sic esse vel no esse de creatura. Verbi gratia. respectu talis añcedentis sortes facit vel faciet a. ita q talis causalis sit vera. qz sortes facit a. de9 vult q sortes habebit b. Videret em pbabile q non ex hoc q diuinu velle est causa cuiuslibet creature z nullo modo econtra Et sic diceretur q deum velle aliquid nunq sit pns in vera causali nisi deum velle vel scire sit antecedes. sicut dicendo. quia deus vult sortez facere a. ideo deus vult sortem habere vel habituru esse b. Et fm hunc moduz dicendu essz q cum deus de facto puniret malos in inferno z p pns velit eos punire quia non volens nihil facit. ideo sequitur q deum velle punire non possit esse pns in vera causali ad istud antecedes sortes peccauit vel peccabit. Et iste mod9 dicendi mihi videtur pbabilis. z est ta contra Ockam q contra Gregoriu zc. vt patet. Tertia difficultas est vtrum deum velle aliquid alicui possit ee con

difficultas

3a difficultas

sequēs alicuius vere causalis si aīs sit
deuz velle vel scire sicut est in exemplo
iam dicto. Et videtur ꝙ non quia cū in
actu diuine volūtatis nulla sit oīno di-
stinctio aut prioritas aut posterioritas
sicut imaginatur Scotus non apparet
ratio quare ista sit vera. quia deꝰ vult
a. ideo deus vult b. plus ꝙ econuerso.
Et iste modus dicendi adhuc essz tam
4 contra Ockam ꝙ Gregoriū. Quarta
difficultas est concesso ꝙ deuz velle ali
quid alicui sit ꝯñs alicuius vere causa
lis. cuiꝰ aīs sit deū velle an sicut deus
potest velle alicui minꝰ bonū quia vult
ei maius bonum ita possit velle maius
bonū quia vult ei minus bonuz. Si eñ
dicatur ꝙ sic tunc sicut dicit̄ quia deus
vult dare gloriā ideo vult dare gratiaz
finalem. ita diceret̄ ꝙ hec est possibilis.
quia deus vult dare gratiā finalē. ideo
vult dare gl'iam. ⁊ hoc est cōtra Grego-
riū. ⁊ pro opinione Ockam. Si vero di
catur ꝙ nō sed ꝙ vniuersaliter deꝰ vult
semper alicui minus bonū quia vult ei
maius. ⁊ nunꝙ ecōtra. tunc clara est re
sponsio ad difficultatē ꝓpositā. Et hoc
est contra Ockam ⁊ pro opinione Gre-
gorij. Videret̄ aūt iste modus ꝓbabilis
ex hoc quia ordinate volens finez ⁊ ea
que sunt ad finem vult media ad finez
ꝓpter finē. ⁊ ideo licet deus nō per priꝰ
velit finem ꝙ ea q̄ sunt ad finem. quia
non est in deo talis prioritas actuū. nec
talia instantia qualia imaginatur Sco
tus ⁊c. tamen videtur ꝙ deus velit ea
que sunt ad finem propter finem. ⁊ per
consequens minus bonuz porpter ma-
ius bonum. Aliter non esset ordinate
volens. Igitur deus vult alicui gratiā
et alia que sunt ad beatitudinem pro-
pter ipsam beatitudinē que est omniū
finis. Et per ꝯñs quia vult alicui gl'iaz
vult ei gratiam. Isti ergo sunt diuersi
modi dicēdi ꝓbabiles in quibus appa
ret punctus difficultatis ⁊ datur mate
ria exercitationis. Nec videt̄ facile eli-
gere meliorē. tamē hic aliquid dicā ꝓ-
babiliter ⁊c. ¶ Tertio ergo pn
cipaliter notandū est. quia hic facta est
mentio de ꝓpositionibꝰ causalibꝰ ꝙ ista

dictio qr vel ꝓpter vel alia equiualens
faciens propositionē causalem quādo-
qꝫ significat causam essendi et denotat
causalitatem vnius realitatis respectu
alterius in aliquo q̄ttuor generū causa
rum. ⁊ sic facit ꝓpositionē ꝓprie causalē
vt cum dicit̄ quia sol lucet dies est. ⁊ sic
de similibꝰ que denotant aīcedētis ad
ꝯñs causalitatē ꝓpriam. Et de tali cau-
sali ꝓprie dicta pōt dari ista regula ꝙ
nulla ꝓpositio causalis ꝓprie dicta cuiꝰ
ꝯñs signat tanꝙ signū totale deum ali
quid velle vel intelligere est vera. Ptz
qr sicut supra arguit̄. sicut nihil est vel
esse potest ipsi deo causa ꝓprie dicta vt
sit. sic nec vt intelligat. vel velit ideo sic
vtendo ꝓpositionibꝰ causalibꝰ. ptz cla
re quid dicendū ad difficultatē ꝓposi-
tam ⁊ ad alia supra tacta. Quādoqꝫ ve
ro talis dictio non signat cām essendi
nec antecedētis ad ꝯñs causalitatē ꝓ-
priam. ⁊ sic non facit causalez ꝓprie di
ctam. vt cum dicit̄ quia creature sunt a
deo. deus est dñs creaturarū qr aliqua
res in diuinis generat filiū. aliqua res
in diuinis est pater. qr homo est ratio-
nalis. homo ē risibilis. qr ysocheles ha
bet tres angulos equales duobꝰ rectis
ideo est triangulus. ⁊ sic de similibus
Tales eñ ꝓpositiones solent cōcedi
taz in theologia ꝙ in philosophia ⁊ me
thaphisica. ⁊ tamen non denotant cām
essendi nec antecedētis ad ꝯñs causali
tatem ꝓpriā. quia sic essent false vt pa
tet intuenti. sed signant causaz cogno-
scendi vel antecedentis ad ꝯñs conuer
tibilitatem per ꝯñam mutuam cum cō
notatione cuiusdam ꝓprietatis inferē
tis respectu illati sm nostrum modum
cōcipiendi. Et ad aliquē talez vel consi
milē intellectū. Et sic intelligunt̄ causa
les supradicte. Unde in omnibꝰ illis est
talis ꝯña cōuertibilis. ⁊ vltra hoc in an
tecedente ponitur diffinitio vel termi-
nus pertinēs ad diffinitionem termini
positi in ꝯsequēte. vt patet. ideo est ali
qualis prioritas antecedentis ad ꝯñs
propter quā potest dici antecedēs cau-
sa consequētis. Et hinc est ꝙ tales cau
sales conceduntur. Et sm hūc modū

loquendi pōt hec secunda regula poni ꝙ deuȝ velle aliquid vel intelligere potest esse ꝯn̄s alicuius propositiōis causalis vere. Unde potest inferri probabiliter responsio ad difficultatem propositaȝ contra Gregorium. scȝ ꝙ aliquem predestinare vel reprobare potest esse conseques alicuius propositionis causalis vere. Et pro ista parte ⁊ ꝯtra Gregoriū arguo ex ꝓprijs dictis eius. Naȝ in questione vtruȝ deus sit prescius futuroꝝ. articulo. 3. in fine ipse distinguit istaȝ. quia aliqua sunt futura deus prescit illa esse futura. Et ꝗuis neget eam in vno sensu vt supra patuit. tamen cō cedit eā in isto sensu quo precise denotetur ꝙ quia res sunt future ideo p̄sciē tia dei est prescientia. Et isti termini p̄scientia ⁊ prescius verificant̄ de deo ita ꝙ illa locutio sit illo mō causalis quomodo ista est quia homo ē animal ideo hec est vera hō est animal. Et ꝰm istum moduȝ loquendi concedit ꝙ res esse futuras sit causa seu concausa vna cū immensa perfectiōe diuine scientie ꝙ deꝰ sit prescius vel prescientia. ⁊ ꝙ de ipso verificentur isti termini ⁊c̄. Et sic concedēda est ipsa causalis quia res sunt future. ⁊ dei scientiam nihil potest latere ideo deus prescit illas esse futuras ⁊c̄.

Sed dicat mihi magister Gregoriꝰ vł alius pro eo rationem quare nō potest omnīo proportionabiliter dici ꝙ quia sortes finaliter peccabit. ideo deus reprobat sortem. id est nō vult sorti dare gloriam finalem. ita ꝙ quia sortes est finaliter peccaturus. ideo deus est reprobatio ⁊ iste terminus reprobatio verificatur de deo. Nulla eī̄ potest ratio diuersitatis assignari nec oppositum probant rationes Gregorij. Si auteȝ dicatur ꝙ ratio diuersitatis est quia in exē plo suo est consequentia necessaria sed non in isto ⁊c̄. hoc non valet. quia tunc pari ratione non deberet ipse concedere istas causales. qꝛ sortes finaliter peccabit ideo dānabitur. vel deꝰ vult eum punire. quia deus voluit sorti dare vitā ideo voluit ei dare merita ⁊ finaleȝ gratiam. Et sic de similibus quas ipse cō cedit. vt supra patet. Et consequentia patet. quia hic non est plus consequentia bona et formalis. ꝗ in exemplo proposito. vt petet ⁊c̄. Quare ⁊c̄. Et sint hec dicta sine assertione ꝺ ista materia De qua si deo placuerit latius alibi dicam. Hec est de secundo articulo.

Quantum ad tertium articulum. Utrum reuelatio dei sit possibilis intellectui creato infallibilis ⁊c̄. Primo probabiliter ponam triplicem conclusionem. Secundo soluam triplicē dubitationem nihil temerarie asserendo. Et quia difficultas huius articuli non est de reuelatione verorum necessariorū. quia de illis faciliter patet quid est dicendum. sed de reuelatione verorum contingentium ⁊ maxime de futuro. ideo solum de illis erit sermo. Prima ergo conclusio erit ꝙ verorum contingentium de futuro est possibilis intellectui creato vera reuelatio. Secūda conclusio erit ꝙ verorum contingentium de futuro est possibilis intellectui creato certa vel infallibilis reuelatio.

Tertia conclusio erit ꝙ verorum contingentium de futuro non est possibilis intellectui creato infallibilis reuelatio

Ad declarationem autem prime conclusionis sciendum est ꝙ reuelatio potest capi mulpliciter. Uno modo vt reuelare ideȝ importat quod causare aliquod signum extrinsecum causatiuum assensus in intellectu creato. ⁊ sic deus dicitur reuelasse legeȝ christi omnibus tam fidelibus ꝗ infidelibus: ꝗuis non omnes assentiant. Et hec potest vocari reuelatio exterior. Alio modo potest capi vt reuelare importat idem quod causare assensum in intellectu creato de aliquo complexo. Et hoc potest esse de complexo vero vel de complexo falso. vel assensu sine formidine vel assensu cum formidine. Et ꝰm hunc moduȝ concedunt aliqui ꝙ hec est necessaria. deus reuelauit sorti ꝙ dies iudicij erit et non dependet aliquo modo ex contingēti futuro. Et ꝙ deus pōt reuelare falsum. ⁊ potest decipere ⁊ fallere creaturam. Et ꝙ non est inconueniens ꝙ

ille qui est veritas causet in aliquo fal- sitatem. Alio mō potest capi reuelatio specialius vt reuelare importat idē qd causare assensum firmum in intellectu creato d aliquo cōplexo vero. et sic vtar inferius isto termino et potest vocari re uelatio interior. Et fm hunc modum hec est contingens deus reuelauit sorti qz dies iudicij erit etiā postqz reuelauit quia illa debet exponi qz deus causauit in sorte assensum firmū qz sic erit et ve- rum est quia sic erit. Modo secūda ps est ꝯtingens. quare etc. Tunc probatur conclusio. quia quicunqz veraciter pre- scit et preuidet futura siue vera contin gentia de futuro. et est omnipotēs pōt per signa aliq̄ extrinseca vel per seipm sine talibus signis intellectui creato ta lia reuelare sed deus est hmōi. Igit etc. imo de facto qz multa talia reuelauit pz Dan. 2. Reuelatum est misteriū danie li. Itē de paulo. 2. Corinth. 12. Scio ho minem etc. Sequitur. Et audiuit archa na verba etc. Item de anima xpi etc. Itē aliter nulla esset ꝓphia. Et breuiter ista conclusio est fide supponenda etc. Ad declarationē secunde conclusionis sciē dum est qz certitudo potest capi dupliciter. Uno modo improprie vt certificare importat firmiter idē qz assentire alicui complexo: et quod non potest aliter esse Et isto modo satis constat qz deus non potest certificare aliquem de aliquo ve ro de contingenti futuro. Nec respectu illius est isto modo possibilis certa reue latio quia hoc includit cōtradictionem Alio modo potest certitudo capi ꝓprie vt certificare importat idē quod firmi ter assentire alicui complexo vero. Et isto modo satis patet qz licz non sit pos sibile qz certitudo sit falsa. tamen certi- tudo potest esse deceptio. Et licet null9 potest decipi per certitudinē tamē per certitudinem potest decipi. Et ideo ille qui fuit certus potest non fuisse certus et illa noticia que fuit certitudo potest fuisse deceptio: et non certitudo etc. Tunc ergo isto modo capiendo certitu dinem. patz satis conclusio ex dictis in prima conclusione etc.

Ad declarationem tertie cō clusionis sciendū est quid sit significa- tū vel quid nois noticie infallibilis. Un de noticia infallibilis est que nō potest esse falsa siue assensus verus quo non est possibile falli. Falli aūt est assentire taliter esse qualiter non est. vel non ta liter esse qualiter est. Tūc ꝓbatur con clusio ꝓ quo supponit qz intellect9 crea tus nō cognoscit formaliter ꝑ ipam di- uinā noticiā. Nā si hoc poneret posset saluari qz posset fieri ifallibilis noticia intellectui creato. sicut sibipsi respectu cuiuslibet veri etiā de ꝯtingenti futuro per hoc qz sicut futurū ꝯtingēs pōt nō fore. ita pōt nō fuisse respectu illius no ticia necvera nec falsa. Quod nonvide tur eodē modo posse dici de noticia cre ata. Unde arguitur sic. tu iudicasti no- ticia creata antixpm fore: et antichrist9 nō erit: ergo tu errasti. et sic tua noticia creata fuit falsa et per cōsequēs non in- fallibilis. ꝯña ptz ex quid nominis: sed premisse sunt possibiles et compossibi- les quacunqz reuelatione sibi facta cir- ca futuritionem antichristi. igitur etc.

Unde ad maiorem declarationē hu- ius materie pono aliquas ꝓpositiōes. Prima est qz quodlibet verū de futu- ro ꝯtingenti pōt deus absoluta et deter minata siue limitata reuelatiōe intelle ctui creato reuelare. Et ista intelligēda ē de reuelatiōe nō cadēte siue nō hnte reflexionē sup ipam reuelationē vel a- ctū mētis sed solū sup extrinseca de fu- turo ꝯtingēti impertinētia ipi reuelatiōi Qd dico ꝓpt sophismata q̄ pñt fieri de ista. nihil tibi reuelabitur vel de ꝯsilib9 Et hec sic itellecta est ꝯ aliq̄s opiniōes quarū vna est qz nulla pōt fieri reuela- tio absoluta de futuro ꝯtingēti: sz solū sub ꝯditiōe aliqua vtpote qz a. eueniet nisi aliqd obstet vel simi mō. Uñ hoc nō valz tū qz fm hāc viā de9 nō possz plus aliqd certificare de futuro ꝯtingenti qz ego. nā possez reuelare futurū ꝯtingēs isto modo. tum qz deus potest absolute certificare de illa conditione. et habet ꝓ positū qz ꝯsili mō patuit de primo: vel non pōt: et sic ꝓcedet in infinitū. qre etc.

Alia opinio est ꝙ nulla sit reuelatio
a deo de futuro contingenti que sit ad
vnuz sensum determinata. quia preter
sensum litteralem. quē sermo verborū
pretēdit. sunt ibi sensus alij subintelli
gendi. ad quoꝝ aliquē referenda est lo
cutio. si sensus litteralis non sit verus
sicut ad sensum allegoricū vel tropicū
Aliqn̄ sumit̄ simpliciter ⁊ absolute ali
quādo sub cōditione. Et hoc non valet
tum quia oppositū tenendū est esse fa-
ctum ꝓphetis. Aliter ꝫm hanc viā licet
ꝓpheta aliquis haberet aliquē sensum
verum. tamē nesciret illū. qd̄ est absur-
dum dicere. de omnibꝰ ꝓphetis. tuz qꝛ
deus determinate nouit ad quē sensuz
prenunciat aliquid fore. ergo determi-
nate illū sensuz pōt alicui reuelare. Et
qua rōne pōt de vno. ⁊ de quolibet. q̄re
ꝓpositio vera ⁊c. R Secūda ꝓ
positio est ꝙ quodlibet verū de futuro
contingenti a deo siue imediate per se
ipsuz siue per signū extrinsecū. siue ab
solute siue aliter qualitercūqꝫ reuelatū
est. ita cōtingens post reuelationē sicut
ante. nec q̄cunqꝫ reuelatio tollit contin
gētiā reuelati aut facit ipm̄ necessariū.
Et hec est ꝯtra opinionē quā reprobat
adā. que posuit ꝙ facta reuelatione ab
soluta. qualis facta est de resurrectiōe
mortuoꝝ ⁊ alijs articulis fidei de futu-
ro contingēti. nō pōt euenire oppositū
nec impediri ⁊ ratio est. quia posse con
tra veritatē non est posse. Sꝫ hec opi-
nio non est sana. Primo qꝛ ex eo sequi
tur qd̄ de necessitate deus aliquid age
ret ad extra. imo ꝙ omnia de necessita-
te euenirent quod est contra fidem.

Secundo sequit̄ qd̄ deus potuit ali-
qua facere que nūc non potest facere. ⁊
per ꝯn̄s sequit̄ diminutio potētie diui-
ne. ꝯn̄a patet. quia deus aliqua potest
creare que nō creabit. ponatur ergo ꝙ
deus reuelet cras qd̄ illa nō creabit vl̄
faciet absoluta reuelatione. tunc cras
hec erit vera. deus potest ista facere et
tamē hec erit vera deus amodo nō po
test ista facere. Et cōsimiliter sequit̄ ꝙ
deus possꝫ se facere vl̄ fecisse nullipotē
tem qd̄ est absurdū. Et ꝯn̄a patet. quia
deus anteq̄ quicq̄ crearet potuit soluz
creare vnam solam creaturā rationalē
⁊ eidē reuelare ꝙ nihil āmodo crearet
⁊ ꝙ si peccaret ipsaz annihilaret. Et cū
ipsa potuit peccare sequitur ꝓpositum
id est ꝙ deꝰ nihil potuit creare. q̄re ⁊c.
Vn̄ sicut bene dicit adā ista via magis
est irrationabilis ꝙ negare absolutas
reuelatiōes esse possibiles ⁊c. Tertio
sicut arguit Hybernicꝰ sequit̄ ꝙ iudas
tradēs xp̄m. ⁊ Petrus negās ipm̄ fuis-
sent excusati a peccato cū eoꝝ peccata
fuissent reuelata a xp̄o. qꝛ nullꝰ peccat
in eo qd̄ vitare non pōt. Igitur ⁊c. ꝯn̄a
ptꝫ. qꝛ xp̄s in cena reuelauit discipulis
ꝙ iudas traderet ipm̄ ⁊ ꝙ Petrus ne-
garet ipm̄. Et per ꝯn̄s ꝫm istaz viā ista
ab eis caueri non poterāt. ⁊ sic non pec
cauerūt cōtra euāgeliū. Matth. 26. Ve
homini illi per quē filiꝰ hoīs tradet̄ ⁊c.

Quarto arguit̄ sic. Sciētia dei ad in-
tra de aliquo futuro nō tollit contingē
tiam futuri. igit̄ nec reuelatio ad extra
Antecedēs ptꝫ ex supra dictis ⁊ ꝯn̄a te
net. quia nō apparet ratio diuersitatis
Similiter aliter sequit̄ ꝙ deus necessi-
taretur ad agendū per aliquid extrin-
secū. qd̄ est absurdū. Et breuiter ex di-
cta opinione sequuntur multa incōue-
nientia ⁊c. Tertia ꝓpositio est ꝙ que-
libet noticia creata q̄ fuit reuelatio ali-
cuiꝰ veri de contingenti adhuc futuro
pōt non esse ⁊ nunq̄ fuisse reuelatio. ptꝫ
supposito ꝙ iste terminꝰ reuelatio im-
portet ꝙ sit assensus verus et de vero.
Nam tūc bene sequit̄ demonstrato ta-
li vero de cōtingenti futuro. Hoc nunq̄
fuit verū. igitur hec nūq̄ fuit reuelatio
Et antecedēs est possibile. igitur ⁊c. Et
per hanc ꝓbationē vult vna opinio sal
uari. ꝙ reuelatio sit noticia infallibilis
⁊ ꝙ deus nō potest decipere qꝛ iste ter-
minus reuelatio cōnotat ita fore sicut
prenūciat̄. ⁊ ideo contingenter est illa p̄
nunciatio reuelatio. ita ꝙ si nō eueniat
illa prenunciatio nunq̄ fuit reuelatio.
Sed licet istud dictū sit verum. tamen
non sufficit ad euadendū difficultatem
qꝛ per hoc nō vitatur qn̄ deꝰ fecerit il-
lum cui fiebat prenunciatio credere ꝙ

Opinio Hybernici

sta eueniet. & per pñs quin decept⁹ fuerit: nisi ita eueniat. ꝙ licȝ illa reuelatio possit non fuisse reuelatio tñ nõ potest non fuisse iudicium vel adhesiua cognitio: vt videt̃ ꝓbabile. Et hoc tenet adã

Opinio probabilior

§ Unde probabiliter loquẽdo pro declaratione hui⁹ sit hec quarta ꝓpositio. ꝙ quelibet noticia creata que fuit reuelatio alicui⁹ veri de contingenti adhuc futuro. licet possit non esse aut nõ fuisse noticia vera vel de vero. tamẽ non potest non fuisse noticia iudiciaria siue adhesio. patȝ supposito ꝙ preteritum nõ põt non fuisse. qđ cõmuniter tenetur q̃uis oppositũ sit probabile. vt supra declaratuȝ est. hoc em̃ supposito apparet mihi ꝙ si ꝯcedatur ꝙ talis noticia potest nõ fuisse noticia vel iudiciũ postq̃ fuit: pari ratione erit ꝯcedendũ ꝙ ipsa simpliciter põt nõ fuisse. & sic de quolibȝ preterito. Et sic apparet ratio diuersitatis. Et si dicatur ꝙ sicut conceditur ꝙ tale iudicium põt non fuisse iudiciũ. verum pari facilitate potest cõcedi ꝙ tale potest nõ fuisse iudiciuȝ. Dico ꝙ licȝ eque facile posset vnũ sustineri a ꝯtradictione sicut aliud. sicut alias declaratum est. non tenendo ꝙ preteritum nõ põt non fuisse & futurũ põt nõ fore. primũ est cõcedendũ & non secundũ. Et ratio diuersitatis est. qꝛ ꝙ tale iudiciũ fuerit verũ dependet ex futuro contingenti: sed ꝙ tale iudicium fuerit nullo modo videtur dependere ex futuro plus q̃ ipm fuisse creatũ &c. Si vero dicatur ꝙ sicut conceditur ꝙ iudicium diuinũ non solũ potest non fuisse veruȝ respectu futuri. imo põt non fuisse iudicium pari facilitate potest concedi qđ iudicium creatum respectu illius cõtingentis futuri potest non fuisse iudiciuȝ de sic fore. Dico ꝙ licet eque faciliter posset vnũ defendi a contradictione sicut aliud tñ ratio diuersitatis quare ꝑmũ rationabiliter ponitur & non secundum est ista. qꝛ cuȝ deus nõ possit iudicare falsum diuinũ iudiciũ siue iste termin⁹ iudiciũ increatuȝ importat qđ sit verũ. ideo deuȝ iudicasse antixp̃m fore dependet ex futuro contingenti. ita qđ sicut cõtingens est antixp̃m fore. ita contingens est deũ iudicasse. sed non sic est de iudicio creato. quia qua rõne sic eẽt de vno pari rõne ita esset de quolibet. qđ est falsum. Et ideo de nullo intellectu qui iudicauit antixp̃m fore cõcedẽdum est ꝙ põt hoc nõ iudicasse. nisi de solo intellectu diuino. Quia de illo solo ista ꝯña est bona. iste intellectus sic iudicauit. ergo sic erit. Si aũt dicatur ꝙ imo talis ꝯña est bona de aliquo intellectu creato. scȝ de intellectu vel aĩa xp̃i. Dico ꝓbabiliter ꝙ non valet absolute talis ꝯsequẽtia. quia qua ratiõe valeret de ipso & de quolibet alio eiusdem speciei etiã si illa anima eẽt dimissa a verbo non valeret illa ꝯña &c. Ex istis ergo oĩbus ptȝ ꝓbabiliter illud qđ est intentum. scȝ ꝙ nulla noticia creata vel creabilis est simplicit̃ infallibilis respectu futuri ꝯtingẽtis. qꝛ ex quo talis fuit nõ põt nõ fuisse iudicium. & tñ põt nõ fuisse iudiciũ verũ. ergo põt fuisse iudiciũ falsum. Añs patȝ ex dictis & ꝯña. quia inter verũ & falsum in ꝯposito nõ est mediũ &c.

¶ Sed contra ꝑdictã ꝯpositionẽ & alia dicta est vna opinio ad quã videtur declinare magister Gregori⁹ quã vult saluare. ꝙ aliqua talis noticia creata sicut diuina reuelatio sit infallibilis de facto per hoc ꝙ talis noticia põt non fuisse significatiua aut non sic significatiua illius qđ significauit seu ipsam nõ fuisse assensum vel iudiciũ illius futuri. Sicut dicendũ esset ꝙ iudiciũ quo iudico petrũ sedere si cõseruaretur in me postq̃ Petrus surrexisset non ampli⁹ eẽt iudiciũ vel nõ eẽt iudiciũ quo iudicarẽ Petrũ sedere Unde dicit postq̃ deus significauit per aliqđ dictũ a. fore possibile est deuȝ nunq̃ voluisse significare per suũ dictũ a. fore & per ꝯñs nunq̃ dixisse a. fore. quare &c. Et licet Gregori⁹ non probet istam opinionẽ. tamen pro ea & contra dicta põt fortiter argui. Primo sic. quia videat clare aliqua creatura rationalis in verbo aliquod futuruȝ contingẽs fore. Arguitur sic. Ista visio vel creata noticia potest nunq̃ fuisse noticia vel assensus

Responsio doctoris quod nulla est notitia per quamlibet creata[?] infallibilis futuri[?] [illegible]

Igitur ⁊c̃. consequentia tenet. quia iste est modus saluandi diuinā noticiā esse infallibilem respectu contingēter futurorum. Añs ptz. quia verbū potest nunꝗ̃ sibi representasse illud fore. ergo talis creatura potest nunꝗ̃ assensisse vel iudicasse illud fore. quare ⁊c̃. Añs apparet. quia sequitur. a. nō erit. ergo verbū non representauit ⁊c̃. Si vero dicatur ꝙ ex hoc ꝙ talis noticia potest nō fuisse assensus ⁊c̃. non habet ꝙ illa noticia sit infallibilis. id est non possibilis esse falsa. sed tantū habet ꝙ pōt non fuisse falsa. Dicet ad hoc ꝙ noticia infallibilis habetur isto modo. Si eñ esset aliq̃ noticia creata q̃ sic repñtaret aliqđ futurū fore ꝙ si ipsum non foret non amplius repñtaret nec vnꝗ̃ representassz ⁊ si foret ipm representasset ita ꝙ possz ipsum repñtasse ⁊ possz ipm non representasse. sicut illud posset fore et posset non fore. illa esset infallibilis sicut saluatur de noticia diuina sed talis videt noticia in verbo ⁊c̃. Añ ad hoc pbandum arguit secundo sic. qꝛ noticia creata in verbo vt exemplū sibi subordinatū in significādo nō representat nisi qꝛ verbū vult eā sic representare ⁊ libere vult ⁊ pōt nunꝗ̃ voluisse eaz repñtare ergo illa pōt nunꝗ̃ repñsentasse. Et consequens sequit ꝙ deus pōt facere aliquā noticiā vel assensum subordinatū oīno diuine noticie sicut vox vł scriptū subordinat enunciationi mentali. Et ꝑ ɔ̄ñs sicut diuina noticia pōt non representasse a. fore. ita illa noticia creata ei subordinata. quare ⁊c̃. Si vero dicat ꝙ talis noticia naturaliter ⁊ nō libere repñtat ⁊ representauit. quare ⁊c̃. Dicitur ꝙ etiam noticia naturaliter representat sibiipsi a. fore. sic scz ꝙ pōt nō representare. sed illud debet fore si autē intelligitur naturaliter absolute falsuz est ⁊c̃. Tertio arguitur sic. quia nō implicat contradictionē talē noticiā q̃ dicta est esse a deo vel fieri. imo oppositū dicere derogat potētie dei. Nec ad hoc sequitur preteritū non fuisse sicut opposita opino videt supponere. igit ⁊c̃. Consequētia patet ⁊ añs apparet. Nā sine deperditione alicuius rei de noticia vel assensu pōt fieri non noticia vel assensus. Nam ꝺm illos qui ponunt ꝙ ad hoc ꝙ aliquid sit noticia intellectus requirit ꝙ sit ab eo effectiue. illud qđ ē noticia potest desinere esse noticia sine deperditione alicuiꝰ rei. scz si conseruaret a solo deo ⁊ non ab intellectu creato. Et per ɔsequens sicut talis noticia potest non fuisse a tali causa. ita potest nō fuisse talis obiecti. vel potest simpliciter nō fuisse noticia absq; hoc ꝙ cōcedatur ꝙ aliqua res preterita possit nō fuisse. sicut patz ⁊c̃. Quarto arguitur sic. anima xp̄i habet talē noticiā creatā infallibilē. igit ⁊c̃. Añs pbatur. qꝛ suppono ꝙ verbū non est sibi formalis cognitio. ⁊ supposito ꝙ oppositū dicat. tñ illa aīa pōt ⁊ potuit pducere noticiam creatam conformē illi noticie increate. Sed si talis noticia increata non eēt infallibilis sequit ꝙ xp̄s pōt ⁊ potuit falli ⁊ per ɔ̄ñs per cōmunicationē idiomatū ꝙ verbū diuinū potest falli falsitate create noticie. qđ videt absurdū. quare ⁊c̃. Et ita pōt dici de qualibz noticia in verbo ⁊c̃. Iste ratiōes sunt difficiles ⁊ opinio ista subtilis ⁊ esset valde rationabilis. supposito ꝙ concederetur preteritum posse non fuisse. qđ ita faciliter posset defendi a cōtradictione sicut futurum posse non fore. sicut supra dictū est. Sed si hoc non concedatur non video ꝙ ista opinio possit rationabiliter sustineri. Unde contra hanc opinionē preter illa que supradicta sunt facio talem rationem. Pono enim ꝙ angelus Gabriel vidit in verbo incarnationē xp̄i futuram. nec hoc aliunde vł alio modo viderit ꝗ̃ in verbo. ita ꝙ ex illa visione et non ex alia causa ipse habuerit vnū gaudium et vnam dilectionem et venerit ad Mariaz et salutauerit eam sicut scriptura dicit. Tunc simus in tempore medio inter salutationem illam ⁊ incarnationem tunc futuram. ⁊ arguitur tunc sub tali forma. Christꝰ nō incarnabitur. ergo Gabriel hoc non vidit in verbo. Ista consequentia per aduersariuz in illo tempore medio erat necessaria

quia verbū nō representauit aliquid fo
re nisi qd̄ futurū fuit.⁊ antecedēs erat
contingens in illo tpe.ergo similiter ⁊
ꝯn̄s.sicut etiam concedit predicta opi-
nio.Et per ꝯn̄s etiaȝ sequit̄ ꝙ ista erat
contingētes Gabriel habuit gaudiū vł
leticiam.Gabriel venit ad Mariā ⁊ sa-
lutauit eam.Consequētia tenet per po
situm.quia Gabriel aliā causaȝ gaudē
di vel veniendi non habuit nisi quia in
verbo sic vidit.ergo si potest non vidis
se potest nō venisse ꝛc. Et consimiliter
potest dici de quolibet p̄terito.q̄re ꝛc.

Ad hanc rationē sunt diuer-
si modi euadendi. Pria via est ꝙ gau
dium Gabrielis qd̄ est ⁊ fuit gaudiū in
b.gradu non solū potuit fuisse intenti⁹
vel remissius vel nō fuisse gaudium in
tali gradu sicut dicunt aliqui. imo illō
gaudiū potest simpliciter nō fuisse gau
dium.ita ꝙ non solū hec est contingēs.
Gabriel habuit gaudium in b.gradu.
imo hoc modo est contingens. Gabriel
habuit gaudiū.Vn̄ dicit hec opinio. ꝙ
licet necessarium sit ꝙ illa res siue illa
passio fuerit.tn̄ potest nō fuisse gaudiū
Nec hoc debet videri mirabile vt dicit
qꝛ talis passio non est dilectio vel gau-
dium nisi cū coniūgitur cuȝ cognitione
mediāte qua causat̄.ergo sicut est pos-
sibile ꝙ iste non habuit visionē. ita est
possibile ꝙ talis passio quā habuit non
fuit gaudiū si esset in mente ⁊ mens ni-
hil cognosceret.Nam mēs gaudere nō
potest sine cognitione.vt patet. q̄re ꝛc.

Sed hanc viam diffuse reprobat adā
in tertio quo ad vtrāq; partē.ideo trā-
seo.tamē hec via difficiliter apparet fal
sa.ꝑ hoc ꝙ ſm casum positū illud gau-
diū precise fuit causatum ex hoc ꝙ Ga
briel vidit sic fore.ergo si potest hoc nū
ꝗ͂ vidisse sequitur ꝙ sicut potest per se
non habuisse gaudiuȝ. ita potest nō ha
buisse illam passionē cum ipsa esset ab
eadem causa.Et sic ista via non euadit
difficultatem.quare ꝛc. Secunda via
est quā ponit Hybernicus ꝙ gaudium
Gabrielis potest non fuisse ab alia visio
ne sed ex alia causa.ita ꝙ licet Gabriel
habuerit gaudiū ⁊ venerit ad Mariā:
quia vidit ꝛc.tamē in illo tempore me
dio est possibile ꝙ nō habuerit gaudiū
nec venerit ex ista causa sȝ ex alia.Vnd̄
dicit ꝙ in illo tempe medio ista ꝯn̄a nō
valet Gabriel nō vidit in verbo xp̄m fo
re incarnandum.ergo non habuit gau
dium.vel ergo nō venit ad Mariā nec
salutauit eaȝ.Quia licet de facto nō ve
nerit ex alia causa.tamē semꝑ in illo tē
pore medio possibile est ꝙ venerit ex a-
lia causa.ideo ex ista que est contingēs
Gabriel non vidit ꝛc.non sequitur.Vn
de concedit vlterius ꝙ in illo tempore
medio hec fuit simpliciter contingens
Gabriel nō fecit ista facta quia viderit
deū incarnandū ꝛc.Sed hec via nō suf
ficit.qꝛ ex ea sequit̄ ꝙ in potestate bea
te virginis fuisset ꝙ nunꝙ Gabriel pre
uidissȝ xp̄m incarnandū.Et breuiter lȝ
adam multipliciter impugnet istā viā
tamen contra ipsam ⁊ supradictā suffi
cere debet ista ratio.Quia pari ratiōe
qua tu dicis ꝙ gaudium Gabrielis pōt
non fuisse a tali causa ⁊ illi act⁹ possunt
fuisse ab alia causa.pari ratiōe potero
dicere ꝙ illi actus simplicit̄ possunt nō
fuisse ꝛc.Vel saltem sicut tu dicis ꝙ illi
actus possunt non fuisse ab illa causa.
sed ab alia.ita dicam ꝙ Sortes potest
nō fuisse a patre suo sȝ ab alio.⁊ ꝙ pat̄
eius pōt nō fuisse pater eius.sed vnus
alius ꝛc.Et ita de quolibet effectu secū
de cause ꝛc.q̄ omnia sunt absurda ꝛc.

Ideo dicendū est in hac matera ꝙ si
cut visio Gabrielis non potest nō fuisse
sic non potest nō fuisse visio.nec potest
non fuisse iudicium nec gaudium eius
potest non fuisse gaudiuȝ ab illa causa
a qua fuit.siue de illo obiecto. Et quia
vidit in verbo christū incarnā duȝ.ideo
habuit gaudiū ⁊ leticiā.⁊ venit ad Ma
riaȝ ꝛc.id est.quia sic firmiter ⁊ sine du
bitatione credidit.⁊ non quia vere iudi
cauit.ita ꝙ illa visio ei⁹ inquantū erat
firmū iudiciū de sic fore ⁊ nō quatenus
erat reuelatio in verbo siue verū iudi-
cium fuit causa illoꝝ actuū.qꝛ illa visio
poterat in illo tpe medio non fuisse ve
rū iudiciū siue reuelatio. ⁊ tn̄ non pote
rat nō fuisse iudiciū siue cognitio ꝺ tali

obiecto. vnde patet ꝙ pro illo tempore medio licet nõ de potentia ordinata tñ de potẽtia absoluta hec erat possibilis Gabriel errauit. Gabriel in verbo false iudicauit. Gabriel false enũciauit. Nec tamen ꝓpter hoc sequit̃ ꝙ hec esset possibilis Gabriel mentitus fuit vł mẽdax nuncius extitit. positis precise his que prius. Ratio est. quia nõ dixisset aliqd contra suã cõscientiã quod requirit̃ ad mendaciũ ⁊c̃. His premissis respondeo ad rationes prius factas. Unde pro solutiõe prime et declaratiõe dictoꝝ et dicendoꝝ prius videndũ est qd est aliquid videri siue rep̃sentare ĩ verbo. Unde dico ꝙ h̃ nihil aliud est q̃ꝫ verbum diuinũ causare vnũ actum qui sit clara visio verbi seu representatio. ⁊ sit causare vnũ actum qui sit rep̃sentatio alterius a verbo. ita ꝙ verbũ suppleat vocem obiecti quo ad efficientiam ⁊ nõ alio mõ. ⁊ sic illa visio dicit̃ eẽ visio vel representatio in verbo. quia verbuꝫ sꝑ simul illa visione videtur: ⁊ a verbo immediate causatur. siue per eandẽ visionem vel eundẽ actum videatur verbuꝫ et creatura sicut tenet Adam siue non sicut tenẽt illi qui dicũt non esse possibile ꝙ vnico actu distincte videatur deus et creatura ⁊c̃. Ex hoc primo patet. ꝙ verbum nõ dicitur aliquid representare creature: quia sit illõ quo formaliter creatura cognoscit vł etiã precise quia sit illõ quo cognito recordatiue creatura aliquid aliud cognoscit. sicut imago representat illud cuius est. ⁊ licꝫ verbũ possit hoc modo representare. nõ tamẽ solum sic potest representare. Unde nõ est imaginadũ sic̃ multi credunt. ꝙ causa videndi creaturam in verbo sit quia verbum est imago: vł ydea ipsius et eadeꝫ actu quo videtur ydea videt̃ ydeatum sed quia volũtarie causat visioneꝫ creature modo supradicto. Ex quo secundo sequitur ꝙ vidẽs verbum nõ necessario videt omnia que verbũ videt. sed solũ illa quoꝝ visionẽ vult ĩ eo causare. imo nõ credo ꝙ aliq̃ creatura possit distincte videre oĩa q̃ verbũ videt. sicut alˀs specialiter declarabo de aĩa xp̃i de qua magister videt̃ oppositum dicere in tertio libro. Si aũt dicat̃ ꝙ deus est cognitio cuiuslibet creature. ergo sicut vnus angelˀ videndõ in mente alterius istam ꝓpositionẽ homo est aĩal potest esse certus ꝙ ille format talẽ ꝓpositionem. Ita vidẽdo diuinã cognitionẽ potest certificari ꝙ deus assentit ⁊ antixp̃s erit et ꝑ ꝯñs ꝙ antixp̃s erit. Et ita potest argui de quolibet alio vero. igit̃ ⁊c̃. Ad hoc dico cõcedendo assumptũ et negãdo similitudinẽ: ⁊ vltimã ꝯñam Et ratio est. quia ꝓpositio quã videt angelus est realiter in mente angeli. sꝫ nõ est realiter in deo. sed solum obiectiue ideo intelligendo cognitionẽ diuinam non intelligit quicquid illa cognoscit.

Tertio patet ex p̃dictis ꝙ aliquid reuelari in verbo aliquid ĩportat plus q̃ꝫ representari in verbo. Patꝫ. qꝛ vltra illud importat ꝙ illa reuelatio sit vera ⁊ certa rep̃sentatio ⁊ de vero. vt patꝫ ⁊c̃.

Quarto patꝫ ꝙ aliquid fuit rep̃sentatum in verbo qõ potest nõ fuisse reuelatum in verbo licꝫ nõ possit no fuisse rep̃sentatũ in verbo ptꝫ ex dictis ⁊c̃. Tũc ad formã prime ratiõis negatur añs sicut patꝫ ex dictis. Et similiter negatur añcedẽs: ⁊ ad probationẽ negatur ꝯña quia in casu antecedens est possibile: et consequẽs impossibile ⁊c̃. Ad secũdã quicquid sit de prima parte antecedentis nego secundã. Et dico ꝙ necessario vult eaꝫ representasse nec potest nõ voluisse eaꝫ causasse nec est possibile ꝙ sic aliqua noticia creata sit omĩo subordinata diuine noticie. ꝙ sicut diuina noticia potest nõ representasse ⁊c̃. sic possit noticia creata. Ratio est illimitatio vel ĩmensitas noticie diuine ⁊ limitatio noticie create. Ad tertiã nego primã partem antecedẽtis sicut patuit. ⁊ ad secũdam dico ꝙ siue ex hoc euidẽter sequitur preteritum non fuisse siue non tamen eque faciliter sustinebitur preteritum nõ fuisse sicut istud vt patet intuẽti. Unde ad ꝓbationẽ illius añcedẽtis Adã negaret assumptũ. quia ip̃e tenet ꝙ illa noticia nõ posset esse in potentia apta iudicari per eam ⁊ non esse sibi iu

dicium. Et reputat simpliciter impossi-
bile q illud accidens qd est noticia: vel
volitio possit formaliter inherere subie-
cto cognitiuo et volitiuo. absq hoc q il
la potentia cognoscat: et velit sicut im-
possibile est q illa res que est albedo in
hereat subiecto ⁊ q subiectum nō sit al
bum per eam. Sed quia istud posset ca
lumniari probabiliter ideo dico q quic
quid sit de hoc tamen negandū est vlti
muz ꝯsequēs scz q talis noticia potest
non fuisse a tali causa ⁊c. quia licz ex h
euidenter nō sequeretur aliquā rem p
teritaz nō fuisse tñ eque repugnat ima
ginationi vnum sicut aliud. vt patz ⁊c.

Y Ad quartam rationem quia
aliqui abhorrēt audire q xp̄s potest vl
potuit falli. ideo hoc non assero. Dico
tamē hic primo q supposito q hec esset
impossibilis anima xp̄i vel xp̄s fallitur
per noticiā creatam. tamē ex hoc nō ha
betur q illa noticia sit simpliciter infal
libilis. quia possz esse falsa alteri aīe vl
illimet derelicte a verbo. Et ideo soluz
habetur q illa sit infallibilis ſm quid.
scz isti anime sic vnite. quare ⁊c. Alio
modo ſm aliquos solēnes doctores po
test dici. Primo q xp̄s ſm diuinitatē et
per noticiā increataz non potuit falli p
quācunq potentiam. Patet. quia hoc
repugnat perfectioni diuine. Secundo
q xp̄s ſm humanitatē et per noticiam
creatam nō potuit falli. ⁊ hoc p potētiā
ordinatā. quia nihil falsum credidit vl
credere potuit ſm legem subordinataz
Tertio q xp̄s ſm humanitatē ⁊ per no
ticiam creatā potuit falli et hoc per po
tentiam absolutā. Ad cuius declaratio
nez quarto pōt ſm aliquos q toto tpe
intermedio postq̄ xp̄s dixit Petro ter
me negabis vsq ad negationem Petri
hec fuit absolute possibilis Xp̄s falsum
credidit. vel xp̄s falsuz ꝑdixit. sicut hec
Petrus xp̄m negabit. sed ex prima seq
tur xp̄s per noticiam creatā ſm huma-
nitatem deceptus fuit. nec tamē ex hoc
sequitur q christus mendax vel menti
tus fuerit vel mendacium dixerit. quia
non sufficit ad mendaciuz sola assertio
falsi. sed requirit intentio fallendi. Hāc
aūt christus pro tunc non habuit. ideo
pro nūc ista est impossibilis. Aliqui ta-
men concedūt q xp̄s non solum potest
asserere falsum sed et hoc potest facere
cum intentione fallendi. id est. asserere
falsum scitum esse falsuz imo dicere fal
sum mendacium et peccare odire deuz
p cōmunicationē idiomatū. Nec video
quin istud possit probabilius dici q̄ op
posituz si nō offendat aures fideliū ⁊c.
Nulla eñ cōtradictio vel repugnantia
videtur q anima xp̄i absolute oīa pos-
sit verbo vnita que ipsa posset si esset a
verbo derelicta. sed constat q si nō essz
vnita ipsa absolute posset decipi. ⁊ deci
pere. mentiri. ⁊ peccare. igiť et ipsa hec
potest vnita. quare ⁊c. Si autem dicať
contra predicta q ſm glosaz sup illo. 2.
ad Thim. 2. negare seip̄m non pōt xp̄s
qui veritas non potest seipsum negare
quod tamen faceret si dicta sua non im
pleret. ideo etiaz. Luce. 24. dicitur. Ne
cesse est impleri oīa que scripta sunt
⁊c. Ad hec potest responderi q debēt
intelligi et exponi de impossibilitate et
necessitate ſm legem ordinatā et nō de
absoluta īpossibilitate et necessitate vt
satis pz. Vel volūt dicere auctoritates p̄
dicte q deus implet ꝓmissiōes suas ita
certitudinaliter ac si nō possent īpediri lz
absolute possint īpediri ⁊c. Et sic pz ex
dictis q̄liter rñdendū sit ad multa simi-
lia obiecta que possunt hic fieri. Et hec
via inter alias mihi videtur magis pro
babilis q̄ illa que poneret q q̄libet no-
ticia creata anime christe vel alterius in
verbo sit noticia infallibilis ⁊c. Et h de
hoc ⁊c. AA Nūc circa istā ma
teriam et ad maiorez ipsius declaratio
nem mouebo et soluam triplicem dubi
tationem. Prima erit Utruz deus pos
sit ratiōali creature securitatē sue eter-
ne beatitudinis reuelare. Scd̄a erit
Utruz deus possit rōnali creature eter-
nitatem sue finalis damnationis reue-
lare. Tertia erit Utrum deus possit
rationali creature falsitatem dicere vl
eam decipere. Prima ergo dubitatio
Utrum deus ⁊c. Et videtur q nō. quia
nulla rationalis creatura per quācūq

De eternitate beatitudinis

reuelationem potest euidenter scire suam beatitudinem esse eternaliter duraturam. igitur nec potest secure assentire suam beatitudinē esse eternā. Consequētia videtur nota ⁊ antecedēs ꝓbatꝰ quia quacunqꝫ reuelatione facta rationali creature de sua beatitudīe absolute possibile est ipsam annihilari ⁊ ꝑ ɔ̄ñs possibile est aliter euenire ꝙ̄ sua reuelatio vel iudicium significauit fore. igitur nō sciuit ita fore ⁊c̄. Oppositū patꝫ ex dictis: ⁊ similiter qꝛ securitas de eternitate beatitudīs est pars beatitudinis. ſm Augusti. 10. de ciuita. dei capit. 30. et 13. de trinita. c. 7. Igitur oīs beatus est de ea securus. Ad hanc dubitationeꝫ respondet vna opinio ꝙ sic ⁊ hoc est verum vt patebit. Sed ad saluandū hoc ⁊ ad respondendū argumēto facto ponit ꝙ deus nō pōt destruere illos qui de facto sunt beati: nec auferre ab eis illam rem que est eoꝝ beatitudo: quia nō pōt destruere creaturam iustā vel ei subtrahere sine culpa dona sua. Et si hoc non repugnet potentie dei inquātum est potentia repugnat tñ potentie inquātum est sūma benignitas ⁊ sūma misericordia. Et ꝓ hac opinione videtur facere qḋ dicit magister libro primo. dist. 43. allegans Augusti. sup̱ illo verbo dñi loquētis ad Loth. Gene. 19. Non possum quicꝙ̄ facere ⁊c̄. Non posse inquit se dicit quod sine dubio poterat ꝑ potentiā sed non poterat per iusticiaꝫ. Sed hec opinio non sufficit: qꝛ eque faciliter defenderetur error ille phōrum quorūdā scꝫ ꝙ quicquid deus agit ad extra agit nature necessitate ⁊ non posset aliquid aliter operari ꝙ̄ de facto opatꝰ vel operabitur. Quē errorē reprobat magister di. quidā de suo sensu presumentes ⁊c̄. Sequitur ergo ꝙ sicut deus oēm rem quā producit libere cōseruat ita libere potest eam annihilare quādo vult: quare ⁊c̄. Item hec via sibi ipsi repugnat: qꝛ si deus potest aliquid de potentia quatenus potentia est. ergo deus simpliciter potest illud. qꝛ ex opposito sequitur oppositum. Unde etiam cum potentia dei et eius misericordia penitus idem sint si aliquid potest de potentia inquātum potentia absolute potest illud non obstāte misericordia. ideo aliter respōdendum est. Ad cuius euidentiam p̄mo notandum est ꝙ beatitudo ꝓut ad propositum sufficit potest sumi dupliciter. Uno modo precise pro actu visionis dei clare et fruitionis vel vtroqꝫ simul non connotando eternitatem illorum actuum. Alio modo potest sumi magis proprie pro illis actibus connotando eternitatem illorum sine credulitatem firmam ⁊ veram ꝙ illi actus in quibus ɔ̄sistit essentialis beatitudo durabunt sine fine: ⁊ ita sumitur communiter. Sed contra potest instari: qꝛ sic sumendo sequitur ꝙ ista sit contingēs Ista beatitudo fuit demonstrata tota beatitudine gabrielis. et similiter ista. Iste fuit btūs demōstrato gabriele. ɔ̄ña pꝫ: sed ɔ̄ñs videtꝰ absurdū. Dico hic ɔ̄cedēdo ɔ̄ñs sumendo nomē beatitudinis secundo modo. sicut patet ⁊ post patebit: sed primo modo capiendo ille sunt necessarie: qꝛ sunt de preterito vere nec dependent aliquo modo ex futuro.

BB Tunc pono aliquas ꝓpositiones. Prima est responsiua ꝙ deꝰ pōt rationali creature securitatem sue eterne beatitudīs reuelare. pꝫ. qꝛ quocunqꝫ mō capiatꝰ beatitudo qlibet beatus est securus de facto. Et istud est fide tenendū sicut patꝫ per auctoritates Augusti. supradictas ⁊ est ɔ̄munis oīm sentētia. Tunc ad declarationē huiꝰ sciendū est qd sit securitas. Unde dico ꝙ est iudiciū firmū ⁊ sine formidine de aliqua veritate. vnde nō est imaginandū ꝙ securitas sit aliquid superadditū iudicio: sed est oīno idem nec aliqd addit super iudiciū firmū nisi ꝙ tale iudiciuꝫ sit verum. Ex quo sequitur primo ꝙ lꝫ securitas ꝓphetica respectu futuri nō possit non fuisse estimatio vel iudicium firmuꝫ. tñ potest non fuisse securitas ꝙ illud esset futurū: pꝫ qꝛ potest non fuisse verum iudiciū. Secūdo sequitur ꝙ licet quis sit assecuratus qñ ille possit nunꝙ̄ fuisse securus de illo. Tertio seqtur ꝙ capiendo beatitudinē pri-

mo modo nullus beatus potest nõ fuisse securus de sua beatitudine. patz clare. ¶Quarto sequitur ꝙ capiendo beatitudinẽ secundo modo aliquis beatus potest nunq̃ fuisse secur⁹ de sua beatitudine. Patet. q2 isto mõ capiendo hec est cõtingens. Iste fuit beatus. Uel ista beatitudo fuit. Et sic semꝑ vtar isto termino 7c. Secũda ꝓpositio pͥncipalis ẽ ꝙ deus quẽlibet beatũ 7 de sua beatitudine eterna assecuratũ potest annihilare et ei suaz beatitudinẽ potest auferre Patet ex dictis cõtra pͥmam opinionẽ nunc reprobatã. Tertia est ꝙ deus nõ potest annihilare aliquẽ beatum vel de beatitudine assecuratum nec ab eo auferre suaz beatitudinẽ. Et hec videtur similis illi quã ponit supradctã opinio sed multũ est dissimilis. Et ratio est. q2 predicatũ appellat suam formã. 7 ideo illa de inesse implicat cõtradictionẽ 7c.

¶Quarta est ꝙ deus nõ potest aliquez primo modo beatũ vel de beatitudine assecuratum facere postea non beatum Patet. q2 beatus nõ potest desinere eẽ beatus ꝓpter rationẽ tactam licz possit non esse vl' fuisse beatus 7c. Ex his pz responsio ad rationẽ vnde quicquid sit de antecedẽte ꝯsequẽtia nõ valet. quia euidens scientia nõ requiritur ad securitatem. Aliqui nõ ꝯcedunt antecedẽs sicut Ockam quarto disti. 14. q. 4. 7c. Sz breuiter ꝯcedo ꝙ nulla reuelatio d' futuro est de illo euidẽs sciẽtia nec euidẽter scitur esse reuelatio vel securitas nec beatus euidenter scit se esse beatũ sicut ꝓbat rõ. Et hec d' hoc. ¶¶

Secũda dubitatio est. Utrũ deus possit rationali creature eternitatez sue finalis damnatiõis reuelare. Uidetur ꝙ non. quia si sic de⁹ posset cogere aliquẽ ad peccandum. Consequens est falsuz et consequẽtia patet. quia facta tali reuelatione talis de propria salute desperaret. ergo peccaret. quare 7c. Oppositum videt᷑. quia omne futurũ cõtingẽs impertinens reuelatiõi deus absolute potest reuelare 7c. Ad hãc dubitationez pͥsupposita illa distinctiõe supra declarata vl' reuelatiõe exteriori 7 interiori ponam aliquas ꝓpositiones. Prima est. ꝙ deus potest hoĩ etiã existenti in charitate casum suũ in peccatũ mortale: 7 etiã suã finalem dãnationẽ de cõmuni lege reuelare exteriori reuelatione. Ista patet primo de casu in peccatũ q2 christus petro existenti in charitate reuelauit exteriori reuelatiõe negationẽ suam dicens. ter me negabis. Et hec negatio ƒm Augustinum fuit mortale peccatũ. Secũdo satis patet ꝙ tali reuelatione non existenti in charitate potest reuelari sua dãnatio. Nam in euangelio xp̃us hoc reuelauit iudeis dicẽs. Johã. 8. in peccatis vestris moriemini.

Sed vtrũ talis reuelatio possit fieri existenti in charitate de lege ordinata magis dubiũ est. q2 in scriptura hoc nõ legitur factũ esse. saltẽ nõ recolo legisse tamẽ videtur probabile ꝙ hoc nõ repugnat legi ordinate: cũ non appareat ratio quare isto mõ non possit alicui reuelari suũ peccatũ mortale finale. 7 p ꝯñs sua dãnatio. Quis sit in charitate sicut põt sibi aliud pctm̃ mortale reuelari vt pz in Petro. nec ex hoc seqtur ꝙ talis desperet vel ꝑdat charitatẽ: q2 ꝓpter talez reuelationẽ nec oportet ꝙ credat se esse dãnandũ. Nam ꝓpter nullum signuz extrinsecũ a quocũqz factũ potest viator de cõmuni lege obligari ad credendũ se damnandũ. sed debet semper indubitãter sperare ꝙ si faciat que sũt legis christi saluabitur: 7 ad hoc debet laborare et diuinũ auxilium implorare

Secũda ꝓpositio est ꝙ deus non potest homini etiã non existẽti in charitate suã finalem damnationẽ de cõmuni lege reuelare interiori reuelatione. Patet: q2 tali reuelatiõe facta ille firmiter assentiret se esse dãnanduz. vt patet ex quid nomis: sed nullus de cõmuni lege potest sine peccato firmiter assentire se esse damnandum. imo talis credulitas esset peccatum. ergo deus de cõmuni lege non potest immediate causare talez assensum vel credulitatem in viatore: 7c. Tertia est ꝙ dubium est vtrum deus possit homini existenti in charitate suum futurum casum in peccatuz mor

tale de cōmuni lege reuelare interiori reuelatione. Patet. quia nec ad hoc habetur auctoritas aut ratio vł experientia cogēs nec etiam euidēter repugnat legi ordinate. imo satis videt̃ stare cum ea q̄ sic quia ex hoc non sequit̃ q̄ facta tali reuelatione talis peccaret vł charitatē pderet vt patz intuenti. quare ꝛc.

Quarta est q̄ sine dubio tenēdum est q̄ deus potest homini siue extra charitatem siue existenti in charitate casum suū in peccatū mortale ꝛ etiā suā finalē damnatiōem absolute reuelare īteriori reuelatiōe. Patz ex supradictis ꝛ p rationē in oppositū huius dubitatiōis factam ꝛc. DD Sed hic est dubiū tali reuelatiōe facta de futura damnatione. Primo vtrū talis peccet p dspe rationē ꝛ pdat charitatē. Scdo vtrū talis possz licite p salute sua orare. Et videtur q̄ nō. qr nō potest licite velle vel orare illud qd̄ scit deū nolle. Naz vnusquisq̄ tenetur se cōformare voluntati diuine cum sciuerit ipsam. Juxta illud Luc. 12. Seruus sciēs voluntatē domini sui: et non faciens plagis vapulabit multis. Ad primū distinguendū est q̄ desperatio potest capi dupliciter. Uno modo improprie p firma credulitate q̄ quis credit se esse damnandū vel diffidit se esse saluandum. Alio modo pprie p firma credulitate qua quis credit q̄ si faciat quod in se est p statu vie ad habendū beatitudinē adhuc non habebit eam. Unde talis actus est directe oppositus actui spei et nō primus. Tūc fm hoc dico aliquas propositiones. Prima est q̄ stante tali reuelatione sequit̃ q̄ talis firmiter credet se esse dānandū patz ex quid nomis reuelatiōis interioris ꝛc. Secunda est q̄ stante tali reuelatione sequit̃ q̄ talis desperet capiendo desperationē primo modo. Patz ex prima ppositioue et ex quid nomis desperatiōis pmo modo sumpte. Tertia est q̄ stante tali reuelatiōe nō sequitur q̄ talis desperet capiēdo desperationē secundo mō patet ex quid nomis ꝛc. qr stat q̄ firmiter credat se esse damnādū et tamē credat q̄ si esset facturus ea q̄ sunt legis christi ipse saluaretur ꝛc.

Quarta est q̄ stāte tali reuelatiōe nō sequitur q̄ talis peccet vel perdat charitatē. Ptz qr illa credulitas siue desperatio primo mō dicta nō essz sibi peccatum. quia nō esset naturaliter creata sz supernaturaliter a deo impressa. et per cōsequēs nō excludit charitatē imo staret absolute q̄ per talē desperationem mereretur si deus pciperet illā credulitatē. sed hoc nō potest deus pcipere stāte lege cōi. quia sic pciperet sibi duo cōtraria. s. q̄ simul desperaret et speraret ꝛc. Ad secundū dico q̄ sic ꝛ q̄ tenetur orare q̄ tollatur ab eo illa credulitas ꝛ q̄ nō eueniat sicut credit. Et ratio hui⁹ non est quia nō sciat euidēter q̄ dānat̃ sicut assignat adā. Naz ita firmiter credit sicut si euidēter sciret qd̄ alias dicā ꝛc. Sed ratio est. quia licet p talē reuelatiōnē abroget̃ lex cōmunis de spe vt patuit. tamē iste pter hoc nō absoluit̃ ab aliis preceptis legis nec obligat̃ ad oppositū precepti de ratione. Nec tenetur velle quicquid scit aut credit deum velle. Sz d̄ hoc alias videbit̃ ꝛc. Et hec de hoc. EE

Tertia dubitatio ē. Utrū deus possit rationali creature falsitatē dicere vł eam decipe. Et videt̃ q̄ sic. qr ponat̃ q̄ de⁹ reuelet alicui aliqd̄ futurum cōtingēs sicut antixpm fore ꝛ faciat illū sic assentire. Tunc illa reuelatione facta et iam in preteritū lapsa necesse est deum sic dixisse et istū sic assensisse. ꝛ tamē hoc stante adhuc cōtingēs est ita fore. Jdeo arguitur sic. de⁹ dixit isti q̄ antixps erit et antixps nō erit. ergo deus falsum dixit et ipsum decepit Consequētia patz. ꝛ aīs est possibile: ꝛ quelibet pars est possibilis ꝛ vna alteri cōpossibilis cū vna sit necessaria. igitur cōsequēs est possibile. Oppositū patz per magistrum libro. 1. in. 40. distinctio. qui ab omnipotentia dei excludit posse mentiri et fallere. Et simlr patet p Augustinū. 83. q. q. 14. vbi pbat corp⁹ xpi verum et nō fantasticū fuisse. quia si nō ergo fefellit xps. et si fefellit veritas nō est ꝛc. Circa istam materiam primo pmittam quorundam solēnium doctorum

opiniones contrarias. Secundo ponā aliquas propositiones responsiuas. Tertio eliciā q̃ttuor regulas ex quib⁹ inferam aliquas propositiones correlarias. Quantū ad primū sciendū est ꝙ ad hanc dubitationem respondent aliqui doctores affirmatiue. s. Hibernicus et post eū Adam et Olkot. Unde tenēt ꝙ ꝑ totū temp⁹ mediuz ante positionē rei in esse illa est contingēs antixp̃s erit ita et illa deus falsum dixit. et deus decepit. vocando scilicz deceptionē facere ꝙ aliquis habeat assensum falsum: vel aliquis erret. deus tamē non potest decipere deordinate vł iniuste. nec pōt decipere primo modo loquendo de deceptione. de potentia ordinata ⁊ ꝑ seip̃m et immediate. sed hoc bene potest ꝺ potentia adsoluta. Omnē enim rem quaz deus potest causare mediantibus causis secundis potest de potētia absoluta per seipsum. sed error est res talis. Igitur ⁊c̃. Maior est commune principiuz theologicum. sed minor patet ex multis scripture passibus vbi de⁹ docuit israelitas in bellis ⁊ in alijs hostes decipere verbis vel factis ⁊c̃. Sed aliter respōdent aliqui ad predictam dubitationē negatiue. Unde magister Gregorius circa hoc primo ponit aliq̃s distinctiones. Prima est ꝙ dicere accipitur dupliciter. Uno modo idē est qꝺ dictum proferre vel formare. Alio modo idem est ꝙ per dictum aliquid significare. Et hec distinctio patet. Et ꝓportionabiliter dicere falsum vno mō idez est quod proferre enūciationem falsam ꝭm se. Alio modo idem est quod ꝑ enūciationem falsum significare. stat enim aliquem dicere falsum vno modo et nō alio modo. vt patet in oratione ironica vel tropica. In quibus quandoq̧ enunciationes sunt false ꝭm se. et tamē ea q̃ per eas significātur vera sunt. Nullus aūt proprie dicitur dicere falsum nisi ꝑ suū dictum intendat dicere falsum vel saltem significet falsum. Nec de primo modo est dubium quin deus possit dicere. et de facto ⁊ dixerit falsum. Secunda distinctio est. ꝙ dicere falsuz secūdo modo contingit dupliciter scilicz assertorie et nō assertorie seu recitatiue Assertorie quidē aliquis dicit falsum quādo per suū dictū integrum: et perfectuz significat falsuz. Sed nō assertorie quādo per suū dictum integrū significat verum: sed per partiale significat falsum vt ibi dixit insipiens in corde suo non ē deus. Et alijs locutionibus recitatiuis et similiter ypoteticis et disiunctiuis: ⁊ conditionalibus. Et de isto modo non est dubium quin deus possit dicere falsuz. vt ibi Joh̃. 7. Si dixero quia nescio eum ero similis vobis mēdax ⁊c̃. Tertia distinctio est ꝙ aliquis potest assertorie dicere falsum dupliciter. Uno modo simpliciter. alio modo cum intentione ꝙ ille cui dicit assentiat ei qꝺ dic̃. Et de vtroq̧ sensu est dubitatio. iō ꝭm hoc iste doctor probat duas conclusiones.

Prima est ꝙ deus nō potest alicui assertorie dicere falsum volens ꝙ ille cui dicit assentiat illi dicto. Secūda est ꝙ absolute deus non potest dicere falsuz

Primam probat. quia aliter sequit̃ ꝙ deus posset mentiri. consequētia patet per diffinitionē mēdacij cōmunem que est significatio falsa cum voluntate fallendi. ꝭm Augustinū libro contra mendacium. Sed falsitas cōsequētis patet per apostolum ad Heb. 6. Impossibile est mentiri deuz. Et ad hoc sunt expresse auctoritates Augustini. ꝙ omne mēdaciū est peccatum. et ꝙ mentiri et fallere sunt ea que omnipotens nō potest Et ꝙ si deus hec posset nō esset dignus vt esset omnipotēs ⁊c̃. Secūdā ꝓbat quia ex opposito sequitur ꝙ deus non esset deus. ꝭm Augustinū. Cōsequētia ꝓbat ꝑ auctoritates Augustini ⁊ anselmi. Item sequitur ꝙ quodlibet dictum diuinum nō expertum vel per se notuz vel euidēter deductum fidelis rationabiliter posset habere suspectū et dubiū Consequēs patz falsum de articulis fidei ⁊ de his que ꝑ ꝓphetas ⁊ apostolos et ecclesiaz reuelata sunt. sed consequētiaz probat quia si non liceret de talib⁹ dubitare aut hoc esset p̃cise quia a deo est dictū. vel quia non solum dictuz est.

sed qꝛ dictum est illud esse verum: ꝛ cre dendū. aut etiam preceptum vt creda tur indubitāter. Neutrū potest dici. qꝛ stāte ypothesi deus potest dicere dicta contradictoria. ꝛ cum hoc dicere quodlibet illorum esse verū. et iubere vtrūqꝫ indubitanter credi. Nā qua ratione po test vnum falsum dicere et qđlibet aliđ ꝛ sic in casu homo teneretur firmiter as sentire duobus ꝯtradictorijs scitis esse cōtradictorijs. ac per hoc teneretur ad impossibile. Istas conclusiones et earum probatiōes diffusse deducit iste do ctor. sed quia deductio principaliter cō sistit in auctoritatibus que faciliter pos sunt glosari. ideo non insisto in eis causa breuitatis. Sed ad rationem factā ante oppositum ipe respondet. ꝙ antecedens est impossibile. licet quelibet ps sit possibilis. quia non sunt compossibiles. Et hoc quādo ꝓbatur. quia illa de preterito. deus dixit ꝙ antixp̄s erit vel iste assensit ꝙ antixp̄s erit est necessaria hoc ipse negat. Unde dicit ꝙ si teneaē ꝙ res preterita potest per diuinā potētiam non fuisse dicetur esse possibile ꝙ deus illud dictum vel assensum nunꝙ causauit et ꝑ ꝯñs non dixit antixp̄m fore. ꝛ ꝙ ille etiā nō crediderit. Et in hoc ipse bene dicit sicut supra tactū est. Si vero non taneatur illud. potest dici ꝭm eū ꝛ aliquos antiquos doctores ꝙ possibile est illud dictū nunꝙ fuisse significatiuum. aut non illius quod significauit. Et similiter illum assensum nō fuisse assensum aut iudicium illius. Uel aliter ꝭm eū dici potest. ꝙ ad hoc ꝙ aliquis dicat aliquid proprie loquēdo. requiritur intentio significandi illud per suum dictum. quia ergo deus quod vo luit potest non voluisse. ideo possibile ē deum nunꝙ voluisse significare ꝑ suum dictuꝫ antixp̄m fore. Si vero nulla p̄dictarꝫ viarꝫ placeat alia inueniat melior Et si quis eam inuenire nō potest. ipse dicit ꝙ melius est confiteri suā ignorantiā n ꝙ precipitare taꝫ horridā in auribus fidelium sentētiam: qualis est si dicaē deum posse mētiri aut falsuꝫ dicere seu decipe ꝛc. Sed cuꝫ reuerētia dico ꝙ si ponatur ꝙ p̄teritū non potest non fuisse nulla p̄dictarū viarū est sufficiēs nec est alia dabilis: quin oporteat dicere ꝙ argumentum concludit verum. s. ꝙ deus potest falsum dicere ꝛ decipere sicut prima opinio ponit. ita ꝙ oportet dicere: vel ꝙ preteritum potest nō fuisse: vel ꝙ deus falsuꝫ potest dixisse. nec est dare medium. sicut potest apparere ex supradictis in isto articulo. Et ideo si ponatur primū secundū vtiqꝫ videtur esse ponendum. ¶ Unde ad declararandū quomodo hec via possit sustineri. ponam probabiliter aliquas ꝓpositiones. ꝛ respondebo ad opposi tas rationes. Unde primitus distinguē dum est ꝙ isti termini decipere fallere ꝛ hm̄oi dupliciter pn̄t accipi. Uno modo vt includunt in suis descriptiōibus ista sincathegoreumata scꝫ iniuste inordinate indebite. Alio modo vt non includunt ea: sed tantūmodo fallere vel decipere est in aliquo causare assensuꝫ falsum siue errorem. Accipiendo tamē primo mō istos termios sic clarū est ꝙ deꝰ nō pōt decipere vel fallere. sicut nō pōt peccare vel iniuste aliqđ facere. Et isto modo opposita sentētia est merito auribus fideliū horrēda: sed scđo mō illud est dubiū. nec est clare sacre scriptu re contrariū. ¶ Pro quo ꝓbabiliter sit hec prima ꝓpositio. ꝙ oēm deceptionē vel errorem deus pōt se solo causare in mēte ratiōalis creature. Pꝫ qꝛ cuiuslibet deceptiōis vel erroris deus est causa. nam oīm rerū ꝛ motuū deus est causa ꝭm Augusti. 3. de trini. ca. 3. sed error est aliqua res vel entitas causata ꝛ per ꝯñs deus ipsiꝰ est causa: sed cuiuscūqꝫ rei deꝰ est causa. eiusdē se solo sine alia causa concurrente pōt esse causa: siue il lam rem producendo in subiecto vel sine subiecto. igitur oēm errorē vel deceptionē potest ꝓducere se solo. siue sine subiecto siue etiam in subiecto. s. in mēte rationalis creature. vel alio subiecto quare ꝛc. Scđa ꝓpositio est ꝙ deus nō pōt se solo causare deceptionem vel errorem in mente rationalis creature. Patet per ea que dixi in questione de

fallere decipere [handwritten margin note, partly illegible]

noticia dei. articulo pmo. vbi aliqua di
xi de imutatiõe vitali. Vñ ex dictis ibi
dem apparet q nulla qualitas pot ali
cui potentie vitali esse noticia vel assen
sus. nisi sit ab ea effectiue. Cũ igitur q̃
libet deceptio sit quidã assensus. sequi
tur q licet deus possit illaz rem se solo
causare in mente rationalis creature.
nõ pot facere q sit ei error vl' deceptio
ipsa nõ cõcurrẽte rc. Ex his apparet
primo cõtra Adam. q talis qualitas q̃
est error vel deceptio nõ est essentialit
error vel deceptio. cuius oppositũ ipse
ponit de gaudio. noticia et volitione rc.
et per ɔñs de errore vel deceptione rc.
Patet. quia si esset in ea et nõ ab ea nõ
esset ei noticia sm viam ptactã. et tamẽ
añs est absolute possibile. vt patz rc.
Secũdo ptz contra Hybernicuz q ex
illo pncipio theologico omnẽ rem quã
deus pot causare cum alia causa cõcur
rente. pot causare se solo. nõ sequit q
deus possit causare errorẽ se solo. Ptz
ex predictis. Et pot dari exemplũz sic
ex illo rc. nõ sequitur q de9 possit cau
sare meritũz se solo. sed bene sequitur
q ergo meritum potest causare se solo
et similiter errorẽ causare se solo. Et ea
dẽ est ratio vtrobiq quia sicut illa res
que est vel esse pot meritũz pot esse nõ
meritum. quia si deus illam se solo fa
ceret non eẽt meritum. sic illa res q̃ est
vel esse pot error pot esse et non esse er
ror. quia si essz a solo deo non essz error
vt patet rc. quare. Tertia
propositio est q deus non potest de po
tentia ordinata rationali creature fal
sum dicere vel eam decipere. et hoc per
seipm immediate et directe. ista est cõ
salis conclusio. licz non appareat mihi
clara ex scripturis. Et dico q seipm im
mediate. quia nõ est cõtra legẽ ordina
tam. imo possibile est de potentia ordi
nata q deus decipiat aliquẽ tanq cau
sa mediata siue mediãte creatura Tũ
primo q2 de facto cuiuslibet erroris et
deceptionis de9 est causa. vt iam tactũ
est. Tũ secundo q2 sm Augusti. et sctõs
aliqui merent decipi. et per ɔñs iustum
est eos decipere. ergo deus hoc potest.

Tum tertio q2 multa sunt in antiquo
testamẽto de Jacob et Rebecca q̃ spũs
sancti familiari ɔsilio excusant a men
datio. et tamẽ in illis deceperunt Jsaac
Ut ptz Geñ. 27. ergo deus p bonos de
cipit. Et multa similia exempla pñt in
duci rc. Tum quarto q2 etiam in nouo
testamẽto angelus bonus auctoritate
dei apparẽs magis in somnis di. eis vt
p aliam viã reuertãtur in regionẽ suã.
et sic deceperunt Herodẽ. Vñ sequitur.
Matthei. 2. Videns q illusus essz a ma
gis rc. Dico etiã dicere quia deus p se
ipm frequẽter fallit et decipit non dire
cte sed indirecte. et p accidẽs dicẽdo ali
quid vel faciẽdo q aliqui rationẽ non
intelligẽtes crediderũt falsuz. sicut ptz
in euangelio de illis quibus dixit xps.
Joh. 2. Soluite templũ hoc et in triduo
reedificabo illud. qui p hoc crediderũt
falsum. et fuerunt decepti intelligentes
de templo lapideo. qd dixerat de tem
plo corporis sui. Quarta ppositio est
q deus pot de potentia absoluta rõna
li creature falsum dicere. et eam decipe
etiaz per seipm imediate et directe. Et
dico p seipm rc. nõ quidez excludendo
oẽm aliam cãm ab ipso respectu talis
deceptionis. q2 hoc esset cõtra secundã
ppositionẽ vt ptz. sed per hoc excludẽ
do oẽm aliaz causam ab ipso. et ab ipsa
creatura decepta. Tunc ptz ppositũz
pmo per rationẽ ante oppositũ rc. Se
cundo q2 cum deus hoc possit mediãte
creatura nõ apparet quare hoc nõ pos
sit absolute sine illa. Verbi gratia cum
hoc possit mediante angelo vel hoĩe vt
ptz ex predicta ppositione. nõ apparet
ratio quare hoc nõ possit absolute sine
illo. Nec ad hoc apparet mihi contradi
ctio. sicut q deus nõ sit deus. vel aliud
euidens impossibile vt potest apparere
intuenti. Tertio hoc nullaz imperfe
ctionẽ includit in deo. imo videret im
perfectus. si hoc nõ posset sicut creatu
ra hoc pot etiam sine peccato quia ali
quis pot demereri vt decipiatur. Et mi
rabile videretur q deus nõ posset talẽ
punire et ipm decipere per seipm ime
diate. cuz manifeste dicat Augustinus

83.q.q.53.ꝙ deus decipit per malos an
gelos.⁊ ꝑ malos hoies ⁊ similiter deus
iussit filios israel decipere egyptios.et
multa similia pñt induci. Quarto er=
ror potest esse sine peccato.ergo nõ se=
quitur deuʒ esse cãm peccati. licet erro
rem imediate causaret ⁊ aliquẽ decipe
ret.Et per ꝯñs deus absolute hoc põt
Cõsequẽtia tenet ⁊ añs ptʒ ꝑ Augusti
nũ enchirion.16.vbi dic̃ ꝙ illa fuit opi=
nio caldeoꝝ.Et ostendit ꝙ sit falsa.⁊ ꝙ
aliquis error est malũ pene ⁊ nõ culpe.
II Tunc ad rões alteri⁹ opi
nionis.Ad primã pro prima cõclusiõe
Primo põt dici ꝙ ꝯña nõ valet.qr mẽ=
daciũ vel mentiri includit aliquid inor
dinate fieri.Et ideo ad ꝓbationeʒ ꝯñe
dicit̃ ꝙ illa diffinitio mendacij que est
falsa significatio cũ intentione fallẽdi.
debet intelligi de intentiõe deordinata
fallendi. qualis in deo esse nõ põt.nec
ꝙ talis possit esse in eo non ꝓbat argu
mentũ.sed solũ ꝙ possit esse in eo intẽ=
tio fallendi. Secũdo põt dici ꝙ acci=
piẽdo mẽdaciũ pro falsa significatione
cũ intentiõe fallendi p̃cise qualiter. nõ
sumit apl's nec Aug.nec alij cõiter.tũc
ꝯñs nõ est falsuʒ de potentia absoluta
sed solũ de potẽtia ordinata. eo modo
quo dictum est.⁊ sic intelligunt apl's ⁊
Augustin⁹. Tertio ad ꝓbationẽ cuʒ
dicit̃ ꝙ tunc de⁹ posset peccare:qr omne
mendacium est peccatũ. Patet ꝙ hoc ẽ
verũ de mendatio nõ facto auctoritate
diuina.quale est mendaciũ accipiendo
vt cõiter sumitur sʒ nõ illo modo quo
dictum est. Quarto põt dici ꝙ si ali=
cui cõcederet̃ auctoritate diuina posse
mentiri.sic sumpto mẽdacio illud nul=
latenus esset peccatũ.⁊ per ꝯñs si deus
per seip̃m imediate alicui falsum dice=
ret cuʒ intentione fallendi. ⁊ illo modo
mentiret̃ nõ peccaret.hoc aũt est possi=
bile de potentia absoluta.qr ꝙ talẽ au
ctoritatẽ dare nõ repugnet diuine potẽ
tie.videt̃ rõnabile nec apparet ꝙ tali
auctoritate data illud esset peccatũ pl⁹
ꝙ̃ occidere innocenteʒ:auctoritate dei.
Nam magis est contra instinctuʒ natu
re secundũ ꝙ̃ primuʒ circunscripta dei
auctoritate.Sed neutrum est cõtra in=
stinctum nature si fierit ex p̃cepto vel
auctoritate actoris nature.q̃re ⁊c̃. imo
talis auctoritas de facto videtur qñqꝫ
esse cõcessa.Unde.3.Regum vlti. legit̃
deũ dixisse quis decipiet achab.⁊ egres
sus spiritus ait:ego decipiã. Et sequit̃
ingrediar et ero spũs mẽdax in ore om
niũ ꝓphetarũ.Et dicit dñs decipies et
p̃ualebis.egredere ⁊ fac ita. Et ad hoc
possent iduci ml'te scripture.⁊ de egyp
tijs deceptis per filios israel auctorita
te dei ⁊ de alijs. Et licet aliqui dicãt ꝙ
deus nõ precipit in talibus mendaciuʒ
vel deceptionem.sed tantũ ꝑmittit vel
p̃nunciat sicut ibi Johãnis.2. Soluite
templũ hoc ⁊ ibidẽ dicit.13.qñ dñs di=
xit iude.qđ facis fac citi⁹.nõ eñ hic im
peratiue loquit̃ ꝯm glosas sanctoꝝ sic
ibi egredere ⁊ fac.i.egredieris ⁊ facies
sicut ante dixit decipies ⁊ preualebis.
Tamen licet ista glosa sit ꝓbabilis. nõ
tamẽ hoc pretendit textus.sed ꝙ deus
illã deceptionẽ imperauit ad punitio=
nẽ maloꝝ. nec hoc videt̃ improbabile.
quare ⁊c̃. Ad secundã rationẽ ꝓ secũ
da cõclusione negatur ꝯña nec auctori
tates Augustini vel Ans. hoc ꝓbant
Sed vlterius negatur alia ꝯña in qua
maior est difficultas.Sed ad ꝓbatiõeʒ
dico ꝙ nõ est licitum dubitare.quia de
us precipit firmiter credere.ideo nega
tur minor.Et ad ꝓbationem dicitur ꝙ
cõcesso ꝙ homo nõ possit teneri ad im=
possibile.⁊ ꝙ nõ possit ambobus cõtra
dictorijs assentire.ꝯsequẽter dicenduʒ
est ꝙ deus nõ posset illud preceptũ da
re.vt patʒ ⁊c̃.ideo ratio nõ valet. Ad
auctoritates autem magistri ⁊ Aug.in
oppositum. põt dici ad magistrũ. sicut
ad primã rationem ⁊c.Et ad Augusti.
põt dici ꝙ argumentũ solum tenet gra
tia materie.⁊ antecedẽs est impossibile
cum sit ꝓpositio de preterito falsa ⁊c.
Et sic põt ꝓbabiliter dici tenẽdo istaʒ
viã ⁊c̃. KK Unde ex oib⁹ pri⁹ di
ctis in isto articulo ⁊ tenendo ꝙ res p̃=
terita nõ potest non fuisse.infero quat=
tuor reg'as in hac materia satis vtiles
Prima est ꝙ nulla ꝓpositio de possi=

Op... Regula ad Pred...

bili negatiua cuius affirmatiua de pre terito correspōdens est vera est ɔcedē da de creatura. nisi vbi predicatum est iste termin⁹ verū aut falsum. aut alius includens alterū istoꝝ in sua rōne diffi nitiua. Uerbi gratia. si ista affirmatiua sit vera. Sortes iudicauit antixp̄m fo re. hec negatiua de possibili sibi corre spōdens nō est cōcedenda. Sortes po test nō iudicasse antixp̄m fore. vel ꝙ ta lis noticia pōt non fuisse. ⁊ sic de simili bus. patꝫ ex supradictis. qꝛ si hoc cōce deret de creatura. pari ratione dicēdū esset vł sustineri posset ꝙ creatura que voluit a. pōt nō voluisse a. ⁊ ꝙ illa que peccauit pōt nō peccasse. ⁊ ita de quoli bet preterito sicut supra tactū est. qua re ⁊c. Et dico de creatura. quia talis lo cutio est cōcedenda de deo. sicut conce ditur ꝙ deus qui iudicauit ⁊ voluit an tixp̄m fore. pōt hoc nō iudicasse ⁊ non voluisse. ⁊ ꝙ eius noticia pōt non fuisse iudiciū illius ⁊ ratio supra tacta est ⁊c.

Secūda regula talis est. ꝙ nulla ꝓpo sitio talis est ɔcedenda de deo. nisi vbi verbū signat actū deo intrinsecuꝫ. ⁊ nō effectuꝫ p̄teritū ad extra. Uerbi gratia si ista affirmatiua sit vera de⁹ dixit vel significauit creature antixp̄m fore. hec negatiua nō est ɔcedenda deus pōt nō dixisse vel nō significasse. qꝛ ista verba signant nō soluꝫ actum intrinsecū. sed effectū ad extra preteritū. Et hoc dico quia secus est deverbis p̄cise significā tibus actū intrinsecū. sicut sunt ista iu dicauit. voluit ⁊c. vel deverbis ɔsignifi cantib⁹ actū extrinsecum cōnotādo tñ esse verū vel esse falsum. sicut sunt ista reuelauit. certificauit ⁊c. vt pōt patere ex supradictis. Tertia regula est ꝙ ta lis locutio nunꝙ̄ est cōcedenda nec de creatura nec ď deo. nisi quādo veritas ꝓpositionis de preterito depēdet ex cō tingēti futuro. pꝫ inductiue ⁊c. Quar ta regula est ꝙ talis locutio est q̄nꝙ̄ cō cedenda de creatura. s. q̄n p̄dicatuꝫ est iste termin⁹ verū aut falsum. vel alius termin⁹ includēs alterū ipsoꝝ in sua ra tiōe diffinitiua. Uerbi grā. ɔcedēdū est ꝙ illud qḋ fuit iudiciū verū pōt nō fuis se iudiciū verū. ⁊ ꝙ reuelatio potest nō fuisse reuelatio ⁊c. Et ratio hui⁹ potest apparere ex supradictis ⁊c. LL

Uñ ex istis ⁊ specialiter ex quarta re gula sequit̄ Primo ꝙ aliquis habuit fi dem qui pōt nunꝙ̄ habuisse fidē ⁊ pos sibile ꝙ sua fides nō fuerit fides. Patꝫ de illo qui habuit fideꝫ ꝙ antixp̄s erit qꝛ fides ē vera ⁊ de vero. vñ īpossibile ē ꝙ fidei subsit falsuꝫ. Et iō sic possibi le ē ꝙ antixp̄s nō erit sic possibile est ꝙ illa nō fuerit fides. sicut possibile est ꝙ non fuerit vera. Secūdo sequit̄ ꝙ ali quis habuit spem qui pōt nūꝙ̄ habuis se spem. ⁊ possibile est ꝙ sua spes non fuit spes. patꝫ de illo qui habuit spem ꝙ saluabit̄. ⁊ sic erit. qꝛ f̄m magistrū li. 3. dist. 26. c. 1. Spes est certa expectatio future beatitudinis ⁊c. ⁊ caplo sequēti dicit ꝙ spes nō est nisi futurarū rerum ⁊ ideo sicut possibile est ꝙ iste nō salua bitur. ita possibile est ꝙ nō habuit cer tam expectationē nō per ɔn̄s spem ⁊c.

Tertio sequit̄. aliquis est saluatus et meruit saluari per fidem ⁊ spem. qui pōt hoc meruisse per infidelitatem vel falsaꝫ estimationē. Ptꝫ de illo qui hoc meruit quia credidit vltimū iudiciū fo re. ⁊ nō pōt hoc non meruisse ⁊ tñ sua fi des pōt fuisse infidelitas vel falsa esti matio sicut illud potest non fore. Et si militer aliq̄s pōt meruisse dānationeꝫ per rectā estimationē ⁊ verā fidē vt qꝛ credidit vltimum iudicium nō fore ⁊c.

Uñ ptꝫ ꝙ homo nō meret̄ in creden do. qꝛ creditū ab eo sit verū. nec deme retur quia sit falsum. nā hoc non est in potestate sua. sed ideo meret̄ qꝛ sibi sic precipit̄ a deo ⁊ vult obedire ⁊ de⁹ vult actum acceptare ⁊c. Quarto sequit̄ ꝙ aliquis ꝓphetauit qui pōt nunꝙ̄ ꝓ phetasse et possibile est ꝙ sua ꝓphetia nunꝙ̄ fuerit ꝓphetia. Patet. qꝛ iste ter minus ꝓpheta siue ꝓphetia est termin⁹ ɔnotatiu⁹ ꝙ sit de vero. Unde describi tur ꝓphetia ꝙ est diuina inspiratio euē tum rei imobili veritate demonstrans. Non quidē intelligendo ꝙ sit imobilis id est necessaria veritas simpliciter ab solute sed conditionaliter. sic ꝙ necesse

Quid sit prophetia

est si aliquid est prophetatum illud euenire. Et ideo sicut possibile est qȝ illud nō sit verū qȝ Job predixit de resurrectione. ita possibile est qȝ nunqȝ prophetauerit de resurrectione. Et in potestate antixpi futuri erit facere qȝ xps in aliquibꝰ q̄ predixit de ipso non fuerit propheta. Et consimiliter posset dici de multis sed transeo. qꝛ ex predictis satis pȝ via subtilibus ad multa concludendū in hac materia. Et hec de toto tertio articulo. Ad rationes principalis questionis patet clare ex tribus articulis premissis qd dicēdū sit. Et hec de q̄stione.

Questio tertiadecima ꝺ potētia dei.

Circa quadragesimā secundam distinctionē ꝛ alias sequētes in quibus magister agit de potentia ꝛ causalitate dei. Quero vtrū deus sit prima causa simpliciter omnipotēs ꝛ vniuersaliter omnifaciēs.

Et arguit primo qȝ nō qꝛ nō omne possibile fieri deus potest facere. igiť deus nō est simpliciter omp̄s. Consequentia satis patȝ sed anš pbať. quia malū vł peccatū est possibile fieri a creatura et nō a deo. qꝛ non pōt peccare. igitur ꝛc.

Secūdo arguiť sic. qꝛ nō omne factibile deus pōt se solo facere. igitur nō est prima causa vniuersaliter omnifaciēs. Cōsequētia ptȝ qꝛ prima cā vniuersaliter omnifaciēs quicqd pōt cū causa secunda pōt se sola. aliter non esset pma. sed anš pbatur. qꝛ actus odij dei est factibilis a cā scđa. ꝛ tñ illū non pōt deꝰ se solo facere. aliter sequiť qȝ deus nullo coagente posset actū culpabilē facere. qđ est contra doctrinā sanctoꝝ. igiť. ꝛc. Tertio arguiť sic. qꝛ nullū pducibile qđ de facto pducit deꝰ pōt melius facere. igiť deꝰ nō est simpliciter omp̄s Cōsequentia satis ptȝ sed anš pbatur qꝛ dei potētia pductiua est infinita. ergo quicquid pducit infinite pducit. qꝛ sua pductiua potentia ꝛ sua pductio actiua sunt idē. Et p ꝯn̄s omnia equaliter pducit nec potest aliquid melius producere qȝ de facto pducit. Igiť ꝛc.

In oppositū oīm istoꝝ ē expssa determinatio magri in lra ꝛ est cōis doctrina.

In ista ꝯclusione iuxta materiā triū argumētoꝝ erūt tres articuli. Primꝰ vtrū deꝰ sit potentia actiua simpliciter omp̄s. Secundus vtrū deus sit prima causa vniuersaliter omnifaciēs. Tertius vtrū deꝰ sit potētia infinita equaliter oīa pducens. Circa primū articulū sic pcedam. Primo pmittā aliquas suppositiones. Scđo aliquas distinctiones. Tertio ponam aliquas ꝯclusiōes.

Quantū igiť ad primū in quo videndū est quid noīs huiꝰ termini omp̄s. ꝛ quare deꝰ dicať omp̄s sit prima suppositio. qȝ deus dicit omp̄s vel omnipotētia: non a potentia passiua sed actiua. Patet ꝛ primo qȝ deus dicať omp̄s vel omnipotentia. est articulus fidei. vt apparet in symbolo ꝛc. Ūn etiā Exo. 15. dicit omp̄s nomē eius ꝛc. Sȝ qȝ hoc nō dicať a potentia passiua patȝ. qꝛ nihil pōt pati cū sit in trāsmutabilis. Jaco. 1. Apud quem nō est transmutatio ꝛc.

Secūda suppositio qȝ deus non dicit omp̄s a potentia actiua quasi qualibȝ potentia actiua sit formaliter potēs qꝛ nullam potentiā actiuam creatā sicut ignis alteriusve creature habet formaliter ꝛc. Tertia est qȝ deus nō dicitur omp̄s quia possit producere omne possibile pduci siue omne illud qđ produci nō implicat cōtradictionē. Patet quia filius vel spūssanctꝰ nō esset omp̄s. Cōsequēs est cōtra doctrinā sanctoꝝ. ꝛ reputať hereticū. ꝯn̄a ptȝ. qꝛ neuter producere pōt omne pducibile cū qrlibet eoꝝ sit pducibilis. imo de facto pductus a pre ꝛ nō possit pduci a se ꝛc. Et eodē mō argueret de essentia diuina q̄ nullū pducibile pōt pducere ad intra ꝛc. Quarta est qȝ deus nō dicit omp̄s quia possit facere omne possibile siue omne illud qđ esse non implicat ꝯtradictionē. Patet quia nō potest facere se ꝛ tñ ipm esse nō implicat cōtradictionē ꝛc. Quinta est. qȝ deꝰ nō dicit omp̄s: quia possit facere omne illud quod fieri ab ipso non implicat contradictionē

Patz.quia pari ratione om̃e illud esset omnipotens quod posset aliquid facere.vt patz clare ꝛc̃. Sexta est ꝙ de⁹ dicitur om̃ipotẽs quia potest facere om̃e factibile siue om̃e illud quod fieri nõ implicat cõtradictionẽ. Patet ex dictis a sufficiẽti diuisione. quia non apparet alia ratio quare dicatur omnipotens.

B Unde ex predictis ptz ꝙ iste terminus omnipotens:vł omnipotẽtia est vnus terminus includens istum terminum potens.vel potentia in recto.et hoc signum distributiuũ omnis in obliquo cuz vno alio termino distributo in obliqno ibi subintellecto.terminus aũt ille distributus põt subintelligi vel iste terminus ꝓducibile vel iste termin⁹ factibile ita ꝙ talis terminus ibidem distribuitur.⁊ nõ iste terminus rectus potens vel potẽtia.sicut supra dictuz fuit in questione de equalitate personaꝝ articulo.3.Et ſm hoc iste terminus potest dupliciter sumi.Uno modo large.et sic describeret oĩpotẽtia ꝙ est potẽtia oĩs producibilis ꝓductiua.Alio mõ stricte et sic describeret om̃ipotẽtia ꝙ est potẽtia cuiuslibet factibilis siue omnis producibilis ad extra ꝓductiua.Unde primo mõ nõ sumitur apud sanctos.ſz secundo modo sicut dictum fuit in q̃stiõe supra dicta. Et ratio fuit ibi assignata.

Secũdo patz ꝙ om̃ipotẽtia ꝑmo mõ dicta nõ dicit ꝑfectionẽ simpliciter nec illo modo de⁹ dicitur oĩpotẽs. Ptz. qꝛ talis non cõuenit cuilibet perfecto simpliciter: qꝛ nec filio nec spũisancto nec essentie diuine ꝛc̃. Tertio patet ꝙ oĩpotẽtia secũdo modo dicta dicit perfectionẽ simpliciter.et illo modo dicit᷑ deus omnipotens. Patet.quia talis conuenit cuilibet perfecto simpliciter ꝛc̃.

Et si dicat᷑ ꝙ pari ratiõe qua dicit᷑ ꝙ posse facere aliquã rez siue eã ꝓducere per factionẽ sicut creaturaz dicit perfectionẽ simpliciter.eadẽ ratiõe potest dici ꝙ posse ꝓducere aliquã rem sicut diuinã ꝑsonam est posse simpliciter. et dicit ꝑfectionẽ simpliciter.⁊ sic aliq̃ perfectio simpliciter cõuenit patri q̃ nõ cõuenit filio.qꝛ posse ꝓducere aliquã rem ⁊ non perfectionem non videretur diminuere de ꝑfectione ꝛc̃. Respondeo ꝙ ex his que sunt fidei seqtur ꝙ non posse ꝓducere filiũ vel personam diuinã. stat cum oĩpotẽtia que dicit perfectionem simpliciter. hoc tamen non est euidens.sicut bene probat ratio.sed tamẽ aliquam creaturam non posse producere sicut hominem vel asinum. siue aliquid non posse producere quod tamen est factibile non stat cum omnipotẽtia que dicit perfectionez simpliciter. licet etiã hoc nõ sit euideus. Ptz:quia multi phĩ posuerunt primam causam nihil facere vel agere in genere cause efficiẽtis:⁊ tamen esse perfectam simpliciter. Et ideo posse producere diuinam personam non dicit perfectionem simpliciter sed bene posse producere creaturã. ⁊ sic aliquis est simpliciter ꝑfectus qui non potest producere quodlibet producibile sicut diuinam personam.⁊ tamen nõ esset simpliciter perfectus si aliquã creaturam non posset producere.Et licet non sit euidẽs.quare vnum magis debeat cõcedi q̃ꝫ aliud.tamen vnum debet concedi ⁊ non aliud:quia ad hoc obligamur per fidem. sicut clare patet ex supradictis ꝛc̃. Quarto patet ꝙ cum omnipotentia que dicit perfectionem simpliciter ⁊ ſm quam deus dicitur omnipotens solum respiciat pro obiecto creaturam siue rem producibilem per factionem.ideo omnipotentia sic dicta et omnipotens illo modo bene describitur per hanc orationem vel equiualentem scilicet potens facere quicquid fieri nõ implicat ꝯtradictionem. C

Sed hanc descriptionem reprobat Hugolinus ⁊ instat contra eam.qꝛ peccatum fieri non implicat contradictionem. et tamen deus non potest facere peccatum ꝛc̃. Ideo dat aliaz descriptionem et dicit ꝙ omnipotens est qui potest facere quicquid fieri ab omnipotẽte non implicat contradictionem. Hec autẽ ratio nihil valet.quia descriptum ponit᷑ in descriptiõe qḋ non debet fieri sicut ptz.6. thopicorũ. ideo non est descriptio sed ridiculosa petitio. Nec va-

let instantia quia tenendo q deus non
potest facere peccatum:pñter dicendū
est sicut ipse tenet q peccatuz nihil est
ideo sub illo distributiuo quicquid qđ
solum distribuit istuz terminū ens non
couenienter sumit ille terminus pecca
tum ideo non valet sua pña vt ptz.Uñ
cum omnipotentia non habeat pro ob
iecto nisi creaturā.vt dictum est.τ pec
catum sm ipsum non sit creatura.patz
manifeste q non valet sua instantia. sz
de assumpto magis alias videbitur τc.
His ergo premissis ad maiorez decla
rationem predictoꝝ videndū est vtruz
omne possibile fieri siue omne qđ fieri
non implicat contradictionē deus pos
sit de sua absoluta potentia facere.

Circa qđ ad declarationez terminoꝝ
premittam tres distinctiones. Secūdo
ad articulū ponam tres conclusiones.

Prima distinctio est de isto termino
possibile.Nā possibiliū quedā sunt in
complexe significabilia.quedā vero cō
plexe.Primo mō adhuc possibile sumi
tur dupliciter.Uno modo vt distinguit
ɔtra actu ens. τ sic omē qđ nō est τ pōt
esse sicut antixp̄s.dicit quoddā possibi
le.Alio modo vt distinguit ɔtra neces
sariū.τ sic oīs entitas etiam actu exñs
que potest esse τ pōt nō esse dicit quod
dam possibile.Et ꝓportionabiliter pos
sibile scđo modo dictuz potest dupliciṫ
accipi.Uno modo vt distinguitur ɔtra
verum τ sic solū enunciabile nō verum
τ nō impossibile est possibile. Alio mō
vt distinguit contra verū necessariuz.τ
sic omne enunciabile etiā verū potens
tñ esse falsum dicitur possibile. Quā
tum ergo ad primū modum aliquid di
citur possibile fieri.quia potest fieri ali
qua entitas. Sed q̄tuz ad scđm aliqđ
dicit possibile fieri non quia talis ꝓpo
sitio vel enūciabile possit fieri.sed quia
pōt fieri q ita sit sicut ꝑ eam signat τc.

Scđa distinctio est de termino isto fa
cere.Uñ sm q sententialit ponit Ansel.
de casu dyaboli.pmo caplo. aliquis di
citur facere dupliciṫ.Uno modo positi
ue τ hoc dupliciṫ.sc3 vł de nouo efficiē
do vel factum conseruādo.Alio modo
negatiue non faciendo oppositum seu
ipsum non ꝓhibendo cū tamē hoc pos
set.Et sic dicitur deꝰ facere aliquā rem
que erat nō esse cū cessat facere eam eē
τ similiter que non sunt pōt dici facere
non esse quia cum possit nō facit ea eē.
Hoc modo loquit Augustinꝰ.12. libro
de ciui.dei cap.17.Res quas deus con
didit τ vt prius non eēnt egit q̄diu nō
fuerunt.τ vt posterius eēnt quando eē
ceperunt.Primo modo sumit ꝓprie. τ
scđo modo impɔpe. D

Tertia
distinctio est circa istū terminū potētia
absoluta.Uñ deum posse aliquid face
re solet dupliciter intelligi.Uno modo
sm potentiā absolutaz. Alio modo sm
potentiā ordinatam non q in deo sint
due potētie.vna absoluta τ alia ordina
ta.sed deus dicit illud posse de potētia
absoluta qđ simpliciter τ absolute pōt
Et sic intelligitur deꝰ omnipotēs. τ de
tali potētia semꝑ loquar in p̄senti arti
culo.vt satis patet. Sed deum aliqđ
posse de potētia ordinata potest dupli
citer intelligi.Uno modo stricte qđ po
test stante sua ordinatione qua eterna
liter voluit se sic vel sic eē facturū. τ sic
solum pōt illa que ipse ordinauit se fa
cturuz.Alio modo pōt intelligi magis
large. qđ pōt stante veritate legis seu
scripture diuine.Et sic possibile ordina
te pōt dici illud quod est possibile abso
lute τ nō obuiat alicui veritati legis or
dinate vł scripture sacre.Et vtroq3 isto
rū modoꝝ dicitur q impossibile est de
potentia ordinata vltimū iudicium nō
fore.quia licet sit simpliciter τ absolu
te possibile.tamen non stat cum eterna
dei ordinatione τ obuiat sacre scriptu
re. Isti autem duo modi differunt qr
aliquid est impossibile de potentia or
dinata pmo modo τ non secūdo modo
Sicut si sortes sit reprobatꝰ hec est im
possibilis de potentia ordinata primo
modo.Sortes saluabitur.vt patet τc.
τ tamē nō est impossibilis secundo mo
do:quia est absolute possibilis:nec ob
uiat sacre scripture. cum nec hoc nec
eius oppositum sit reuelatum in scrip
tura.Similiter etiā aliqđ est possibile

de potentia ordinata secundo modo et non primo modo. sed nunꝙ econuerso quia quicquid obuiat scripture sacre repugnat ordinationi diuine. sed non econuerso. Et ideo secūdus modus est in plus ꝙ prim⁹. vt patet. qꝛ quicquid est possibile ꝑmo modo est possibile secundo modo. sed nō ecōuerso vt dictū est. Secūdus aūt modus videt̄ magis ꝓprius ꝙ primus. quia ſm primuz modū nihil est possibile de potentia ordinata nisi qđ est vel erit. Similiter isto modo cuiuslibet contradictionis de cōtingenti vna ps est impossibilis de potentia ordinata. nō aūt secundo modo. vt patet de istis. sortes saluabit̄. sortes nō saluabitur. demonstrato aliquo viatore. Et istud faciliter patꝫ ⁊c̄. Predicte aūt distinctioni cōcordat illa distinctio magistri in littera. ⁊ quorūdā antiquoꝝ ꝙ quedā deus pōt de potentia q̄ non pōt de iusticia. Illud eñ dicit̄ non posse de iusticia qđ obuiat ordinationi sue volūtatis vel veritati sue legis quarū vtraqꝫ est regula iusticie. sed illud dicitur posse de potentia absoluta qđ absolute ⁊ simpliciter potest ꝗuis oppositū ordinauerit ⁊ reuelauerit ⁊c̄.

His ergo distinctiōib⁹ presuppositis ponā cōtra magistrū Gregoriū tres cōclusiones responsales huic articulo.

Prima est ꝙ om̄e possibile primo mō id est oēm entitatem possibilē deus potest facere accipiendo facere ꝑmo mō.

Secūda est ꝙ om̄e possibile enunciabile deus pōt facere esse verū: accipiendo facere ꝑmo ⁊ secūdo modo. Tertia est ꝙ nō om̄e tale possibile deus potest facere esse verū accipiēdo facere primo modo. Probat̄ ꝑma cōclusio auctoritate scripture sacre. quia nō potest euidēter probari ratione. vt tactū est supra ⁊ post etiā dicetur. Ad hoc aūt est exꝑssa auctoritas Sap̄. 7. vbi de sapientia increata dicit̄ ꝙ est omniū artifex ⁊ habens oēm virtutē. Et iterum cū sit vna oīa potest. Igit̄ ⁊c̄. Et iterum. Sapientie. 11. Quomodo possꝫ aliquid permanere nisi tu voluisses. Igitur non soluz deus quodlibet possibile potest facere, sed etiam factum conseruare. imo sine ipso nō potest conseruari in esse. quare ⁊c̄. Multe alie auctoritates scripture ⁊ doctorum possent induci sed iste sufficiunt ⁊c̄. Secunda etiam cōclusio nō potest euidēter probari ratione sed ꝓbatur auctoritate. Primo per verbum xp̄i. Matthei. 19. Apud deū omnia possibilia sunt. Secundo per illud Luc̄. 1. Non erit impossibile apud deuz omne verbū. id est omne enunciabile non implicans contradictionez. Tertio per illud Geñ. 18. Nūquid deo est quicꝙ difficile. In omnibus autez his fit locutio de possibilibus complexis. vt patet intuenti scripturam ⁊c̄. Tertia cōclusio ꝓbatur. Nam possibile est nullam rem preter deum esse. ⁊ tamen illud non potest deus facere loquēdo proprie de facere. Nam si illud sic faceret iam aliqd preter deū esset. Illud tamen potest facere secundo modo. Hanc autem conclusionem probat magister Gregorius per hoc ꝙ possibile est creaturaz peccare, ⁊ tamen deus non potest facere creaturā peccare. primo modo capiendo facere. Et hoc ipse probat tripliciter. sed quicquid sit de veritate consequentis alias ostendaz ꝙ rationes sue nō sunt efficaces quando agam de causa peccati ⁊c̄. Concedit tamen. ⁊ hoc est verū ꝙ deus potest facere creaturaz peccare ⁊ facere mala ⁊ peccata accipiendo facere secundo modo. quia hec permittit ⁊ posset ea impedire sic̄ satis ptꝫ.

Ex predictis sequūtur aliqua correlaria. Primo sequit̄ ꝙ ad omnipotentiā quā deo attribuim⁹ non pertinet ꝙ omne possibile posset facere primo modo. Patꝫ de istis. deus nihil facit vel cōseruat ⁊c̄. Secūdo sequitur ꝙ ad omnipotentiā quam deo attribuimus pertinet ꝙ omne possibile non verū ad qđ esse verum non sequitur contradictio seu primuz principium non esse. possit facere esse verum accipiendo facere cōmuniter ad primum ⁊ ad secundū modum. Siue breuius loquēdo. omne tale potest per diuinaz potentiam esse verum patet ex predictis et deo possibile

ad qđ esse verum non sequitur rc̃. quia aliquod est enũciabile possibile ad qđ esse verum sequitur contradictio. sicut istud nullum enunciabile est verum rc̃.

Tertio sequitur ꝙ non est nobis euidens nec demonstrabile per rationem: aliquam potentiam actiuam esse omnipotentez. patet. quia non est sic euidẽs aliquam potestatem actiuam esse vniuersaliter efficientem. Igitur rc̃. Consequentia satis patet. ⁊ antecedens apparebit in secundo articulo ⁊ satis ptz ex alias dictis. Quarto sequitur ꝙ q̃ probabile est aliquaz potentiaz actiuã in qualibet actione preexigi vł esse vniuersaliter efficiẽtem. tam probabile est eam esse omnipotentẽ. Patet clare. qꝛ illa potentia est omnipotẽs que potest facere quicquid potest fieri. sicut patet ex quid nominis. sed quicũqꝫ poneret causam vniuersalẽ in genere cause efficientis poneret eam potentem facere quicquid posset fieri. vt patet ex quid nominis cause vniuersaliter efficientis rc̃. Quinto patet clare ex predictis. quia illi philosophi qui posuerunt non posse fieri alium munduz. ⁊ nihil posse creari. ⁊ materiam a nullo posse fieri. ⁊ etiaz ponentes plura necessarie esse. sicut corpora celestia ⁊ intelligentias celestes. ⁊ tamen cum hoc ponentes vnã causam primaz vniuersalem in genere cause efficientis habebant consequenter ponere eam esse omnipotentem. patet manifecte ex predictis. Sexto patet ex hoc ꝙ licet ista consequentia sit bona. deus est omnipotens. ergo deus potest alium mundũ facere vel aliquid creare. vel potest se solo q̄cquid potest cum alio. tamen nullo modo est euidẽs naturaliter. patet ꝙ sit bona. quia consequens est necessarium rc̃. Sed ꝙ nõ sit euidens satis patet. imo antecedẽs est probabile in naturali lumine ⁊ non consequens. imo magis oppositum vt satis patz. ⁊ magis patebit in secundo articulo. Septimo sequitur ꝙ deus est omnipotens: non soluz quo ad effectum. sed etiam quo ad efficiendi moduz. patet hoc. Pro cuius declaratione sciendũz est ꝙ omnipotens potest dupliciter ĩtelligi. Uno modo quo ad effectum. scꝫ quia potest in omnẽ effectũ. Alio modo quo ad efficiendi modum. scꝫ quia se solo possit in omnẽ effectum. Utroqꝫ autem mõ deus est omnipotens. De primo enim nõ est dubiũ vt patz ex predictis. sed de secũdo modo probabile est ſm fidẽ vt patet ex secundo correlario. ⁊ magis patebit ex secundo articulo. Octauo patet ꝙ probabile est in lumine naturali aliquã potentiam esse omnipotentẽ quo ad effectum. lꝫ nõ sic quo ad efficiendi modũ. Patet. quia primuz est sic probabile ⁊ non secundũ saltez non ita apparenter sicut suũ oppositũ. sicut hec omnia magis patebunt ex scđo articulo. Ex omnibus supradictis patet respõsio ad argumentum factum primo loco ante oppositum. Unde ſm illos qui tenent ꝙ deus est causa peccati ⁊ potest causare aut velle peccatũ sicut Ockam. Brãđ. ⁊ plures solẽnes doctores concedũt negaretur antecedẽs. Et ad probationez negaret̃ minor ⁊ negaret̃ vltra illa ꝯña deus potest facere peccatum. ergo põt peccare. qꝛ per ꝯñs importatur ꝙ deꝰ possꝫ aliquid malefacere vel aliqualit̃ qualit̃ nõ debet qđ est impossibile. hoc aũt nõ denotat̃ per aña. Sꝫ de hoc alr̃s Sed ſm illos q̄ illud nõ tenẽt negaret̃ talis ꝯña quicq̄d est possibile fieri deꝰ potest facere. sed peccatum potest fieri a creatura. ergo peccatum potest deus facere. Unde hic est fallacia figure dictionis. quia in maiori distribuitur vnũ simpliciter absolutum ꝑ hoc distributiuuz quicq̄d ⁊ in minori accipit̃ sub illo vnum connotatiuũ. quia peccatum vel peccare non tantũ importat illam rem q̃ ꝓducit̃ sed etiã importat aliquẽ obligatũ ad oppositũ illius qđ facit vel omittit. ideo est fallacia figure dictionis. Et põt dari exemplũ si argui̇t̃ sic. quicq̄d põt fieri deus põt facere. sed creatura potest mori: ergo deus potest mori Nõ eñi valet ꝯña. qꝛ mori non importat p̄cise destructionem alicuiꝰ rei sed cõnotat destrui eam rem que dicit̃ mori. Et

ideo licet deus potest causare destructionem rei que morit. tñ non potest mori in propria natura. sic in pposito rc. Et hec de primo articulo. ¶ Quantum ad secundũ articulũ in quo videndum est vtrũ deus sit prima causa vniuersaliter omnifaciens. Primo videbitur quid tenendũ sit circa hoc fm fidez Secũdo quid dicenduz esset sequendo rationẽ naturalẽ. Circa pmũ premittam aliquas positiones que sunt supponẽde ex fide. nec possunt euidẽter pbari ex ratione. Prima est q omniũ q fiunt deus est causa ea de nõ esse ad eẽ pducens. Patet per illud Joh. 1. Oia per ipm facta sunt. Et illud symboli factorem omniũ visibiliũ et inuisibiliũ rc.

Secũda est q omniũ que fiunt deus est causa ea immediate de non esse ad esse pducens. Hec positio est contra illam opinionẽ quã recitat Augustinus. 5. super Gen. ca. 23. vbi dicit. Sunt eni qui arbitrant tantũ mundũ ipm factũ a deo cetera fieri iam ab ipso mundo sicut ille ordinauit et iussit. deũ aũt ipsuz nihil operari. hãc ibi expresse reprobat Augustinus. Et per illõ verbũ xpi Joh. 5. Pater meus vsq modo operat rc. et p multas alias auctoritates. Et ibidez determinat per multa capitula. q pductionẽ cuiuslibet effectus deus imediate simul cũ alijs causis secundis cõcurrit et pncipalius pter quã pncipalitatem dicit aliqñ ista non nisi a deo fieri et ipa creari rc. Tertia positio est. q oium que facta sunt deus est causa ea immediate in esse conseruãs. patet pmo per auctoritatẽ sapiẽtis supra inductaz in pmo articulo. Item ad Colloc. 1. Oia per ipsum et in ipso creata sunt. Et sequitur. Et oia in ipso constant. Itẽ Heb. 1. Portans oia verbo virtutis sue. Ubi glosa. sicut ab eo creata sunt omnia. ita per eum conseruãtur Plures sunt alie auctoritates scripture et Augustini.

Quarta positio est q omniũ q fiunt vel facta sunt solus deus est imediata causa pducens vel conseruans. Patet qz nulla est causa prior a qua moueat ad causandũ. vt dicit Augustinus et probat magister in littera. Quinta est q non oim que fiunt vel facta sunt solus deus est imediata causa pducens vel conseruãs. Patet quia aliter sequitur q creatura nihil imediate pduceret vl conseruaret. cõtra illud Lu. 21. vbi xps dicit q arbores pducunt ex se fructum similiter videmus q ad absentiam solis desinit eius lumen. ergo pbabile est q sol ipsum pducit et cõseruat. Et multa possent induci sed satis patet. Sexta est q omniũ que fiunt vel facta sunt solus deus posset esse imediata causa pducens et conseruãs. ptz pmo negatiua exclusiue. scz q nihil aliud a deo se solo hoc possit satis ptz. qz ad minus suppsitus nõ potest esse causa rc. Sz affirmatiua exclusiue. scz q deus hoc põt se solo lz nõ posset pbari euidẽter ex scriptura. tamen apparet pbabilis fm fidem. qz nihil ẽ a deo distinctũ qn possit eẽ absq alio creato ab eo totaliter distinctũ. qz quodlibet tale est contingens fm veritatẽ fidei. nec ad ipsuz esse sequitur necessario aliud creatũ ab eo distinctũ eẽ. nec per pñs ad ipsum nõ esse aliud nõ esse. Et per pñs deus potest se solo quicquid potest cũ alio rc. Septima positio est q quicquid deus facit vel conseruat libere et non necessario facit vel pseruat. pz pmo auctoritate supra allegata. Sap. 11. Itez in psalmo. quecũq voluit fecit. Itez Eph. 1. Deus oia operatur fm consiliũ voluntatis sue. ergo libere et ptingenter. Uerũ est tñ q ista pña non est euidens. quia posset dici q licet deus operat per voluntatẽ et per libertatẽ complacentie. nõ tñ sequit q libertate cõtingentie. sed tñ pña illa est catholica. Itez ptz aliter quia si nõ rc. sequit q aliud a deo esset necesse esse: qz necessario deus illud faceret et pseruaret rc. Octaua positio est quicqd deus facit vel cõseruat ptingenter vult facere vel conseruare. Patet ex alia. qz impossibile est eũ facere vel cõseruare aliquid et nõ velle facere vel conseruare illud. vel etiã econtra. Et per pñs sicut contingenter facit sic vult ptingenter facere. Sed ptra hanc positionẽ

est quedam opinio dicens q deus nihil vult contingenter facere quia aut illud velle simpliciter in se esset contingens quod non potest dici. cum illud velle sit deus et per consequens necesse esse. Aut habitudo illius velle ad illud quod vult facere esset contingens. hoc non. quia non potest assignari que res esset illa habitudo vtrum ens rationis vel reale nisi ponatur q sit ipsummet velle diuinum. Et per consequens sicut ipsum est simpliciter necessarium sic et illa habitudo. et per consequens necessario vult. Unde finaliter concludit hec opinio q deus producit quicquid producit absque hoc q determinet per aliquod velle intrinsecum ad producendum et tamen dicitur voluntarie producere. quia in sua potestate habet producere et non producere. Hec autem opinio falsa est. nec sufficienter seipsam exprimit. ideo dico breuiter q sicut deus contingenter aliquid sciat fore. sic contingenter aliquid vult facere. Nec ex hoc sequitur q in deo vel dei scientia vel volitione sit contingentia intrinseca. Unde ad rationem oppositam dico q nec velle diuinum quo vult aliquid facere nec eius habitudo ad illud est contingens sed simpliciter necesse esse. ipsum tamen velle est contingenter velle faciendi illud: et habitudo est contingenter habitudo ad illud sicut dictum est supra de prescientia respectu futuri contingentis et similis difficultas est vtrobique. Nona propositio est q licet deus sit necessario omnipotens tamen contingenter est omnifaciens. patet ex dictis.

Decima est q quamuis necessario deus est omnipotens tamen necessario si aliquid fit ipse est omnifaciens. patet sicut nihil fit sine ipso sic nihil potest fieri sine ipso vt diffuse probat Brand. in summa sua. Unde hec est radix ad defendendum causam dei contra Pelagium. vt patebit in secundo etc. ¶ Istis propositionibus presuppositis ex fide consequenter videndum est quid circa hec sit probabile naturali ratione. Unde sit hec vndecima propositio. q probabile est naturali ratione q omnium que fiunt vel facta sunt deus est prima causa ipsa. mediate vel immediate producens vel conseruans. patet. quia probabile est deum esse causam primam actiuam perfectissimam et per consequens vniuersalem respectu omnium effectuum. Non est tamen ita apparenter probabile q deus sit immediate causa omnium effectuum. quia multi philosophi concedunt primum et negant secundum sicut supra etiam patet. Et quod fuerit circa hoc opinio Aristotelis. dubium est quicquid tamen sit de hoc dico q per nullam rationem multam apparentem potest probari deum non esse causam immediate concurrentem ad omnem effectum etc. Duodecima propositio est q non est ita probabile naturali ratione q deus possit immediate facere se solo quicquid potest cum alio sicut oppositum licet neutrum etiam sit demonstrabile. patet. quia communiter omnes philosophi concesserunt q ex nihilo nihil potest fieri sicut patet primo physicorum. ergo saltem in istis generalibus et corruptibilibus non potuissent deum per se posse facere formas generabiles et corruptibiles. Aliter sequitur q possent creari quod est contra suppositum quod est probabilius in naturali lumine quam suum oppositum quamuis non sit demonstrabile. Et si petatur vnde philosophi mouentur ad ponendum causam secundam necessario concurrere. dico q propter hoc quia vident q causa secunda approximata sequitur effectus et ipsa non posita nunquam ponitur. Quam rationem tangit philosophus secundo de generatione ad probandum solem esse causam istorum inferiorum. Item illud etiam posuerunt propter hoc. quia cum deus secundum eos sit causa naturalis: et non libera libertate contradictionis. si posset aliquem effectum producere sine causa secunda quem producit cum ea. sequitur q ante approximationem cause secunde produceretur effectus ille propter existentiam cause sufficientis. cuius tamen experientia declarat oppositum. Nec tamen propter hoc negauerunt deum esse causam primam omnium effectuum vel immediate vel saltem mediate. Et si dicatur q causa prior prius agit. ergo in illo priori non agit causa secunda etc. Dico q non est imaginandum

ꝙ causa dicatur pͥma. quia in aliquo instanti priori operetur ad effectum et in secundo instanti operetur causa secunda ad eundē effectum. sed in eodem instanti totaliter vtraqꝫ. Et ideo negatur de virtute sermōis ꝙ causa prima prius agit nisi intelligitur prius. id est principalius et perfectius. vel aliquo tali mō

modo facere. de quolibet indifferẽti a-
ctu. ⁊ per cõsequens nec de conscientia
hoc est concedenduz scꝫ ꝙ nullus actꝰ
sit indifferens ꝛc. Hoc enim consequẽs
est nimis rigorosuz. Et tamẽ ꝯña patz
quia in hoc non videt tantũ posse con-
scientia sicut prelatꝰ ꝛc. nec consciẽtia
ꝛc. Item sequitur ꝙ conscientia posset
facere de consilio diuino esse preceptũ
⁊ tantuz posset in hoc sicut votum imo
posset facere aliquid modo esse precep
tum ⁊ modo non esse ꝛc. Consequẽtia
satis pꝫ qꝛ nõ est obligatio sine ꝑcepto
diuino imo nisi deo volente creaturam
sic obligari ꝛc. sicut patet ex primo ar-
ticulo. Sed ista consequẽtia videt eẽ
irrationabilia ꝛc. Quicqd tñ sit de hoc
patet ad formam rõnis ꝙ in casu posi

to concedo antecedēs ꝛ nego consequētiam: quia licȝ quodcunqȝ illorum faciēdo peccet: tamē alterum pōt facere nō peccādo: vt patȝ ex dictis. ideo non obligatur ad impossibile. Et hec ď prima dubitatione ꝛc. ¶ Ad secundā dubitationem arguitur ꝙ non: qꝛ creatura rationalis potest deum odire: ꝛ tamen deum non est possibile ad hoc eaȝ obligare: qꝛ sequitur ꝙ ipsa posset mereri odiendo deum quod est contra parisieñ. articulum: quare ꝛc. In oppositum arguitur: quia sicut deus potest ꝑcipere vnum impossibile: ita videtur ꝙ q̄libȝ possit absolute. q̄re ꝛc. Pro solutione huius pono propositiones.

Prima propositio est ꝙ deus obligat ad multa possibilia ꝛ tamen posset obligare ad illorum opposita. Patet satis cuilibet catholico. Secūda propositio est ꝙ quandocunqȝ deus potest obligare ad aliquid ꝛ potest etiam obligare ad eius oppositū tunc potest simul non obligare ad opposita. sicut sunt ire ad campos: manere in camera: vel eorum opposita. Nam qua ratione deus potest non obligare ad aliquod istorum eadem ratione poterit non obligare ad neutrum illorum quorum ad vnum potest obligare ꝛ obligare ad eius oppositum. sicut sunt ieiunare. ire ad ecclesiā ꝛc. In talibus autem satis clarum est ꝙ ipsorum transgressio solum est mala quia prohibita. Et idem credo esse in omnibus alijs ꝗuis nō sit de omnibus sic clarū. ¶ Tertia est ꝙ deus obligat ad aliquod possibile ad cuius oppositum non posset obligare. Patet qꝛ deus obligat creaturā rationalem ad obediendum sibi: ꝛ tamē deus non posset eam obligare ad hoc ꝙ teneatur sibi nō obedire. Quod patet: quia si detur oppositum. tunc quero an tenetur obedire vel non. Si sic habetur propositum: qꝛ tenetur et non tenetur quod est impossibile ergo ꝛ antecedēs quod est oppositum propositi ꝛc. Et cōsequētia ptȝ quia teneri non obedire alicui est teneri ad aliquid. Si dicatur ꝙ non sequitur idem. quia teneri obligare alicui est teneri ad aliquid quare ꝛc. ideo ad rationē post oppositum negatur antecedēs siue similitudo ꝛc. ¶ Unde sequitur quarta ꝛ responsalis propositio ꝙ deus non potest creaturam rationaleȝ ad quodlibet possibile obligare nec q̄ȝlibet possibile sibi ꝑcipere loquēdo de ꝑcepto proprie: vt magis patebit. Ad rationē ergo ante oppositum non oportet respondere cum non concludit nisi propositum. tamen de eius materia est videndum. Nam aliqui concedunt consequēs pro inconueniēti illatum: sicut Ockam. Ipse enim concedit nec reputat inconueniēs quin voluntas creata possit meritorie deum odire. quia deus posset illud precipere cum possit quicquid fieri non implicat contradictionē Illud autē ꝑceptum fieri non implicat contradictionē. qꝛ creatura hoc posset facere. posset enim vna creatura alteri ꝑcipere ꝙ odiret deum. Cum igitur deus possit per se immediate facere in genere cause efficiētis. quicquid potest facere mediante causa scđa. et ipse possit mediante creatura tale ꝑceptum facere. sequitur quod per se potest. Tali autem ꝑcepto a deo facto creatura obediendo meretur quare ꝛc. ¶ Sed ista opinio non placet magistro Gregorio. Unde primo dicit ꝙ impossibile est ꝙ quis odiendo deum mereatur. Qď probat qꝛ si sic. possibile esset naturalr̄ ꝙ quis simul diligeret ꝛ odiret eū. consequēs est falsum. quia impossibile est naturaliter contraria simul inesse in eodem. Et consequentia patȝ. quia cum oīs actus meritorius procedat ex charitate nulli actui meritorio est incompossibilis actus charitatis. Confirmatur: quia si talis odiens mereretur hoc esset eo ꝙ deum diligeret volēs implere eius ꝑceptum. ¶ Secundo dicit ad rationē alterius opinionis ꝙ deuȝ possit tale ꝑceptuȝ facere pōt dupliciter intelligi. Uno mō sic ꝙ cū hoc etiā coagat in illo iudiciū quo iudicet illď ꝑceptū fieri a deo. ꝛ esse implēdū. ꝛ simulr coagat actum odij ꝛ isto modo negat illud esse possibile: quia si sic sequitur ꝙ deo au-

ctore esset quis deterior. Alio modo ꝙ simpliciter faciat preceptum. non autē ad predictos actus coagat. Et tunc nō sequitur ꝙ ille possit odire meritorie imo nec odire. Tertio dicit ꝙ dato tali precepto ille non teneretur nec deberet illḋ implere quia impossibile est ꝙ daretur illud preceptuȝ ad exequendū sicut impossibile est eius executionem a deo esse volitam et si aliud iudicaret ipse erraret. Et si etiam ex tali iudicio odiret nō mereretur sed forte daretur ad temptationē ꝛ probationē eius aut aliaȝ causam sicut fuit de precepto dato abrae ꝛc. Quarto dicit ꝙ ꝗuis deus posset talem obligationeȝ preceptiuam facere se solo. non tamen sequitur ꝙ deus possȝ precipere illud alicui aut facere talem obligationē alicui preceptiuam. Posset enim illam entitateȝ causare non significatiuam seu non illius sed alterius significatiuam. ꝛ sic ꝑ eam nihil preciperet. quare ꝛc. Sed siue ista responsio sit vera siue falsa. tamen non est sufficienter probata. vt patet intuenti quia non apparet contradictio. ꝙ deus posset facere talem preceptionem ꝛ obligationem. Nec sequitur ꝙ deus vellet creaturam peccare. ideo in respōsione ipse petit principiū Nec rationes sue contra aliam opinionem valent. quia cum loquamur de potentia absoluta dei non est ad propositum illud qḋ arguit ꝙ naturaliter act⁹ contrarij non possunt esse in eodem. Nec valet probatio consequentie. quia ꝙ actus meritorius procedat ex charitate nō est simpliciter necessarium. sed solum de lege ordinata. quare ꝛc. Nec valet cōfirmatio ꝙ staret ꝙ odiens impleret preceptuȝ absq; hoc ꝙ vellet implere preceptum propter deum. Aliud enim est implere preceptū propter deū aliud velle implere. Nec etiam oportet ꝙ si deus daret preceptum tale ꝙ ipm implens mereretur propter hoc. staret enim hoc non obstante ꝙ deus non acceptaret actum ꝛc. Ideo qui vellet dicere ꝙ deus potest obligare ad odium sui posset nihilominus sustinere articulum parisieñ. quia diceret ꝙ non sequitur iste habet preceptū de odiēdo deū. ꝛ implet preceptuȝ. ergo meretur. Vel si vellet sustinere. consequens cum prima opinione posset illum articulum restringere ad legem ordinatam dicendo ꝙ magis fact⁹ fuit ille articulus ad reprimenduȝ elatos ne pias aures offenderent ꝙ̄ propter eius falsitatem ꝛc. Hic tamen nihil assero quia quicquid sit de hoc nihil est contra dicta. Et hec de secunda ꝛc.

✠ Ad tertiā dubitationē arguitur ꝙ sic. quia deus potest aliquam rationalem creaturam ꝓducere quam non posset obligare ergo a fortiori aliquam quā posset non obligare. Consequentia patet: sed antecedēs probatur quia deus potest aliquā producere que non posset peccare. Nā ſm Augustinum ꝛ magistrum in. 44. distinc. huius primi deus potuit fecisse hominē qui nec peccare posset aut vellet. sed illam deus non posset obligare quia si sic cum ille potuisset libere obligationem non implere ꝛ deus ad hoc non cōcurrere. sequitur ꝙ potuissȝ peccare. In oppositum arguitur. Non potest aliquam rationalem creaturam ꝓducere qn illa recipiat beneficiuȝ creationis a deo ꝛ per cōsequens quin illa sibi obligatur. etiam ſm aliquos infinite pro illo ꝛc. Pro solutione huius probabiliter ꝛ nihil temerarie asserēdo pono aliquas propositiones. Prima est ꝙ absolute est possibile rationalē creaturam esse a deo ꝛ ipsam non obligari ab eo. patet quia proprie loquendo de obligatione vt hic sumitur creatura rationalis non obligatur nisi quia deus vult ipsaȝ teneri ad aliquid vel aliqualiter esse vel non esse. sed nulla contradictio apparet ꝙ deus velit eam esse ꝛ nō velit eam teneri ad aliquid sicut de facto est de irrationali creatura ꝛc. Ita ꝙ ipsa creatura rationalis sit ita absoluta ab omni obligatione ꝙ quicquid faceret pro illo statu non peccaret plus ꝙ̄ asinus vel canis aut alia creatura irrationalis. Secundo hoc persuadetur sic. qꝛ si creatura rationalis intra-

Deus posset facere de lege absoluta quod aliqua rationalis creatura non obligaretur ab eo

Non est simpliciter necessarium quod actus meritorius procedat ex charitate sed solum de lege ordinata

Utrum deus possit creare unam creaturam impeccabilem

ret furiam non ex culpa sua vel si deus
crearet illam in tali statu sine culpa. ip-
sa non peccaret quicquid tunc faceret.
igitur etc. Tertio sicut deus potest crea
turam rationalez pro statu furie ad ni
hil obligare sic nõ minus hoc absolute
potest pro statu quo est capax rationis
sed primũ potest sm multos. igit secũdũ
Consequẽtia pbat qr deus est pronior
ad miserandum q̃ ad alia opera. iuxta
illud. ps. Miseratiões eius super om-
nia opera eius. sed tamen creaturaz ra
tionalem paruulam et nihil scientẽ obli
gat ad iusticiam originalem ergo a for
tiori ipsam ratione capacem posset nõ
obligare ad talem etc. Quarto sm ali
quos omne opus infidelium est pecca-
tum non obstante q fides sit eorum q̃
sunt supra rationem naturalem. et per
consequens ita potest facere de sua mi
sericordia infinita q nullus actus vel
operatio rationalis creature esset pec-
catum. imo iste due rationes videntur
plus concludere scilicet attenta miseri-
cordia dei q ipse possit ordinare q quod
libet factibile a creatura sit consilium
ita q quicquid faciat non soluz non sit
peccatum imo meritum sed hoc non as-
sero etc. ¶ Secunda propositio
et responsalis ad rationem in opposi
tuz q absolute possibile est rationalez
creaturam beneficium creationis reci-
pere a deo: et tamen nec finite nec infi-
nite obligari pro illo. patet ex alia pro-
positione et per exemplum de creatura
irrationali que proprie loquẽdo ad ni-
hil obligatur. Et ex hoc patet q colla-
tio beneficii non est radix vel principa-
lis ratio obligationis etc. Sed declaro
etiam specialiter q nõ infinite etc. imo
dico q nõ potest infinite obligari. quia
ipsa creatura nec beneficium receptuz
nec illud ad quod tenetur potest eẽ in-
finitum ideo non apparet vnde obliga
tio esset infinita. quare etc. Tertia et
responsalis ad materiam rationis an-
te oppositum est q non est possibile q
deus producat aliquã rationalez crea-
turam et non possit obligare eam. patet
quia non est ratio quare deus non pos
set velle eaz teneri ad aliquid etc. et per
consequens etc. Quarta sequitur ex
ista scilz q non est possibile q deus pro-
ducat aliquam rationalem creaturam
simpliciter impeccabilem per naturaz
patz. quia non est ratio quare deus nõ
posset velle ei aliquid precipere quod
ipsa non possz implere et p consequens
peccare. Sed oppositum huius tenet
Ockam. Unde propter auctoritatem
supra dictam dicit q deus posset face-
re hominem qui non possz peccare. Et
vlterius dicit q ille nõ essz cũ illis q mõ
sũt eiusdẽ speciei specialissime. Quod p
bat sic: qr quecũq3 aliqd conuenit alicui in
diuiduo speciei specialissime nulli indiuiduo
eiusdẽ speciei repugnat formaliter possibile.
Hoc enim hz pro regula generali in pluribus
passibus. Sz isti homini demonstrato
Sorte qui nunc est conuenit posse pec-
care: ergo ille homo cui hoc repugna-
ret esse alterius speciei specialissime.
Si vero dicatur contra istam ratio-
nem q istud assumptũ est falsum. quia
Sorti conuenit posse peccare et tamen
isti homini demonstrato Christo repu-
gnat posse peccare non obstante q sit
eiusdem speciei specialissime etc. Se-
cũdo homo est species specialissima er
go nõ põt esse homo alterius speciei q̃
sicut iste qui potest peccare. Ad hoc
valde probabiliter respondet. Ad pri-
mum dicit q quamuis verbo diuino repu-
gnet posse peccare. tamen illi nature q̃
est verbo vnita hoc non repugnat. Na
si dimitteretur a verbo posset peccare.
Et illa natura est eiusdem speciei spe-
cialissime cũ isto homĩe qui potest pec-
care et non cum verbo. quare etc. Ad
secunduz dicit q homo dupliciter acci
pi potest. Uno modo pro omni compo
sito ex corpore et natura intellectuali. et
sic non esset species specialissima. ideo
iste homo si fieret impeccabilis non es-
set eiusdez speciei specialissime cũ isto
etc. Alio modo pro composito ex corpo
re et tali anima intellectiua qualẽ nos
habemus et homo sic sumptus est spe
cies specialissima nec ille qui fieret im
peccabilis esset homo isto modo accipi

endo hominem.quare ⁊c. Sed con=
tra istam opinionez multipliciter insta
ri potest. Primo contra illam regulam
suam instat Holkot quia caliditas re=
missa compatitur secum frigus.⁊ tamē
hoc repugnāt caliditati intense que ta
men est eiusdem speciei. Similiter li=
gno pedali repugnat componi ex duo=
bus pedalibus ⁊ tamen hoc cōuenit li=
gno bipedali.quare ⁊c. Sed ad istas
instantias faciliter potest dici ꝙ regu=
la est de his que essentialiter ⁊ formali
ter coueniunt alicui vel repugnant in=
quātum est talis speciei. sic autem nō
est in istis vt patet ideo simpliciter cō=
cedo illud assumptum Sed secundo
arguo contra illud quod dicit ꝙ potest
eē homo alterius speciei specialissime
ab isto.nā quia hoc nomē homo est no
men speciei specialissime.nec potest eē
nomen generis nisi per nouam imposi
tionem.Et ideo ꝙuis etiam deus pos=
set facere creaturam aliquam rationa=
lem simpliciter impeccabilē non tamē
hominē ⁊c. Quod cōfirmatur sic.quia
si poneretur talis homo impeccabilis
ille esset nobilioris speciei ⁊ perfectio=
ris ꝙ ille angelus lucifer qui per super
biam cecidit non ergo deberet dici hoc
modo.Consequentia videtur bona sed
assumptum patet.quia ista differentia
scz impeccabilitas per naturā.que eēt
illi homini essentialis videtur esse nobi
lior ꝙ aliqua habita a lucifero.⁊ per cō
sequens ille esset perfectior eo ⁊c.

Z Sed quicquid sit de hoc ar
guo contra principale dictum ⁊ probo
ꝙ nullam creaturam rationalez potest
deus facere simpliciter impeccabilem.
quia deus potest sibi dare preceptum:
vel ergo ipsa esse libera vel non. Si sic
ergo facto precepto libere posset obedi
re vel trasngredi ⁊ per consequens pec
care.si vero non sit libera ergo nec ra=
tionalis.Si quis autem dicat ꝙ deus
posset facere aliquam creaturam ratio
nalem vel liberam quicquid tamen sit
de hoc tamen dato illi pcepto ipsa pos
set illud non implere.quia deus posset
ad impletionem illius sibi non coage=
re.quare ⁊c.Confirmatur.quia ſm ma
gistrum lib.2.disti.15.solus deus est in
quē peccatū cadere non potest. Quar
to ostendo ꝙ illa responsio non captat
verba Augustini ⁊ magistri ad intētio
nem ipsoꝝ quia vterqꝫ dicit de homine
iam facto ꝙ deus poterat euz talem fa
cere qui non vellet peccare nec posset.
Et tamen ſm magistruz deus non pos
set facere hominem iam factum alteri⁹
speciei ꝙ est.ergo nō est ad propositum
dicere deuz posse hominē alterius spe=
ciei fecisse qui nō potuisset peccare. Di
co igitur ꝙ intentio Augustini secūdo
super Gen̄.cap.4.vnde trahuntur illa
verba magistri.est soluz respondere il=
lis qui dicunt ꝙ deus debuit hominez
fecisse talem qui nollet omnino pecca=
re increpantes deum ꝙ hominem per=
mittit tēptari ⁊ peccare. Unde ad hoc
respondendo dicit ꝙ oīno melior esset
natura que peccare non vellet ꝙ illa q
facere vult. Utrum autem deus posset
facere hominē qui omnino peccare nō
posset nihil omnino determinat Augu
stinus salua reuerentia magistri. ideo
magister non videt habere intentionē
Augustini nec Ockam etiā intentionē
magistri.Non enim intendit magister
ꝙ deus posset facere hominez impecca
bilem per naturaz sed per gratiam.ita
ꝙ eum tantis donis gratuitis dotasset
ꝙ nunꝙ peccaret nec vnꝙ sibi coage=
ret nisi ad bene agendum sicut fuit de
anima xpi.⁊ est de beatis.⁊ sic non po=
tuisset peccare.scz potentia propinqua
sicut dicimus ꝙ graue nō potest descē=
dere qn̄ impeditur nec frigidū pōt ca=
lefacere aut obscurū illuminare.s.potē
tia propinqua ꝙuis absolute ⁊ potētia
remota hoc possit quia frigidū pōt fie=
ri calidū ⁊ obscurū luminosuz ⁊c. Sic
etiā in ꝓposito.quare ptz ꝙ nō valet su
pra dcā rn̄sio.Nec sequit̄ si hō nō pos=
set peccare isto mō ꝙ ideo essz simplici
ter impeccabilis.nec ꝙ esset alteri⁹ spe
ciei ab illo qui posset peccare. Unde si
alicui homini de⁹ nullū pceptū dedissz
siue eū ad nihil obligassz qđ est absolu
te possibile per pmā ꝓpositionē ille nō

possét peccare potētia propinqua. nec tamen esset alterius speciei ab alio homine peccatore sicut graue impeditū quod non potest descendere non est alterius speciei a graui descendente. Et sic patet ad dubitationem ꝛ eius rationem. Et hec de tertio articulo.

Explicit liber primus
Sequitur secundus.

A

Irca tertium sententiarũ in quo principaliter agitur de incarnatione verbi et de donis ac virtutibus christi. Queritur vtrum melius sit anime xpi p vnionẽ realẽ verbi incarnati q̃ p intẽtionalẽ alicui⁹ donati creati.

Arguitur pmo q non. Quia melius est aie xpi p vnionẽ intentionalẽ grate gratie dei q̃ per vnionẽ realẽ incarnate psone verbi. igitur questio falsa. ꝯña est clara. Añs probatur. qr melius ẽ illi anime per illã gratiã q̃ posset bene ee nature irrationali vel simplr nõ cognitiue sicut nature asini vl lapidis. Nam tal natura nõ est capax tãti bene ee 7c. Et tñ tali nature põt realr vniri psona verbi sicut aie christi. cũ illa psona sit oĩpotẽs et oĩs natura creata sit in pura potentia obediẽtiali ad ipam. igitur. 7c. Confirmatur. qr de facto ita fuit i triduo mortis xpi q psona verbi realr vniebatur nature irronali. s. corpi xpi mortuo. 7 tñ nõ erat illi ita bñ p illa vnionẽ sicut bene est aie christi p vnionẽ gratie create vt clarum est. igitur 7c. Secũdo pncipaliter arguitur sic. melius est anime xpi p vnionẽ intẽtionalẽ theologicarũ virtutum q̃ per vnionẽ realẽ coĩcatiuã ydiomatum. igitur questio falsa. ꝯña est clara Añs probatur quia infinite bene fuit aie xpi p alias virtutes theologicas ĩfusas Nam p illas merebatur infinite. Cõ ptz quia p sciẽtiã infusam 7 creatas cognitiones illa aĩa fuit infinite sciens. Nã sicut dterminat magister. 14. di. hui⁹ tercij anima xpi p sapientiã gratis datam oĩa scit que deus scit. 7 p ꝯñs infinita igitur etiã p gratiã creatam et infusas virtutes fuit infinite merens. Cõfirmatur. quia anima xpi p illas virtutes de condigno meruit redimere gen⁹ humanum. imo ꝫm Anselmũ suffecisset p infinitis mundis si essent 7c. Igitur illud meritũ fuit infinitũ. quia nullum finitũ pro tot 7 tantis premijs esset condignũ

Tertio principaliter arguitur sic. qr melius est anime xpi per vnionẽ beatificã q̃ per ypostaticã. igitur questio falsa. cõsequẽtia est clara. Añcedẽs probatur. quia vniri deo beatifice est vltim⁹ finis rationalis creature. et nõ vniri deo ypostatice. igitur est eius optimus finis. sed nihil est tam bonũ alicui rei sicut suus vltimus et optimus finis. Confirmatur quia sicut creatura rationalis 7 irrationalis nõ possunt esse equaliter bone essentialiter. Sic si quelibet habeat suaꝫ denomĩatiõẽ bñ essendi sibi possibileꝫ sequitur q nõ erit eis eque bene. Sed vnio ypostatica potest cõpetere tã creature rationali q̃ irrationali. sicut patet in pma ratiõe. 7 non vnio beatifica. igitur 7c. Unde tali fundamento videtur inniti Aristoteles. 1. Ethicoꝝ. et alijs plurib⁹ locis vbi probat felicitatẽ nõ consistere in voluptatibus. quia sunt cõmunes tã hominibus q̃ brutis. igitur. 7c. In oppositum arguitur ex illo dicto Augustini. In rebus per tempus ortis non fuit maior gratia q̃ q deus fieret homo 7 hõ deus Sed istud factũ est per vnionẽ ypostaticam seu realẽ verbi incarnati 7 nõ per beatificam seu intẽtionalem cuiuscũqꝫ doni creati. igitur 7c. Pro intellectu tituli questionis primo sciendũ est q in xpo multiplex est vnio verbi ad animã siue ad naturam humanã. Una est que vocatur realis 7 est vnio ypostatica id ẽ vnio suppositalis qua verbũ vnitur nature humane in vnitate suppositi seu psone ita vt suppositũ verbi sit suppositũ humanuꝫ. Alia est vnio q̃ vocatur intẽsionalis et est vnio qua verbuꝫ vnitur anime per aliquam qualitateꝫ intensibilẽ Et ista est duplex. quedã est per gratiã gratificanteꝫ. Alia per gloriã beatificãtem. Et de hac triplici vnione iuxta materiam trium argumentoꝝ ante oppositum in ista questione erunt tres articuli. Primus erit de vniõe ypostatica et cõicatione ydiomatũ. Secundus erit de vnione gratifica et collatione virtutum. Tertius erit de vnione beatifica et responsione ad quesitum.

Per gratiam gratis datam anima christi scit omnia que deus scit

In oppositum

Unio christi verbi ad naturam humanam

Vocatur unio realis sive ypostatica id est suppositalis

Unio intentionalis et est duplex una per gratiam gratificantem alia per gloriam beatificantem

De tribus unionibus predictis

x

B Quantuz ad primū articulū premittaz aliquas ꝓpositiōes. Deinde soluam aliquos casus dubitabiles.

Prima ꝓpositio sit hec ꝙ ꝑsona verbi assumpsit humanitē in suppositi seu persone vnitatem. Ista est supponēda tanꝙ articulus fidei. sed circa eius itellectum videndum est quid sit suppositum et quid persona. Unde suppositūz potest describi ꝙ est ens completuz nō constituens cum alio aliquid vnuz. nec alteri inherens. nec ab alio sustentatuz per cōpletum excluditur anima intellectiua ⁊ quelibet alia forma nata facere aliquod cōpositum per non constituēs aliquod vnum ꝭm aliquos excludit̄ natura diuina ⁊ relatio que constituūt aliquod vnum scꝫ personam. Sed hoc reprobaui in primo li. vbi ostendi ꝙ etiaꝫ concedēdū est ꝙ natura diuina est suppositum licet non formaliter. et relatio tam realiter ꝙ formaliter est suppositū ideo dico ꝙ per illud excluduntur partes integrales. per ly nec alteri inherēs excludūtur accidētia. per ly nec ab alio sustētatum excluditur natura humana in xp̄o. Et sic in descriptione suppositi ponitur aliquid positiuū et aliquid negatiuuz. Persona xͦo potest describi ꝙ est suppositum intellectuale. Ex his p̄mo sequitur ꝙ omnis persona est suppositum sed non econuerso. quia lapis est suppositum et non persona. Secūdo sequitur ꝙ ad aliquē sensum potest concedi ꝙ deus potest aliquid assumere in vnitatem suppositi ⁊ non persone quod per se subsistēs est suppositum et non persona. sicut natura lapidis.

Tertio sequitur ꝙ aliqua natura est suppositūz que potest desinere esse suppositum. et aliqua non est suppositum que potest incipere esse suppositum. Primum patet de humanitate sortis. Secundum de humanitate christi si illa assumeretur et ista dimitteret̄ a verbo. Secūda propositio. sicut persona verbi sic et quelibet persona diuina potest assumere humanitatem vnam: vel plures simul vel successiue in suppositi siue persone vnitatez. Patet. quia quelibet persona diuina est equaliter omnipotens ⁊ nullum istorum fieri implicat contradictionem. Tertia quelibet ꝑsona diuīa sicut potest assumere humanitatem sic et quamlibet aliam naturā que potest esse suppositūz siue rationalem siue non rationalem in suppositi siue persone vnitatez. Patet quia quelibet talis natura est in pura potētia obedientiali passiua ⁊ quelibet talis persona est infinita potentia actiua. Quarta ꝓpositio. Licet non sola persona verbi potuit assumere humanitatem tamē ipsa sola de facto eam assumpsit in suppositi seu ꝑsone vnitatez. Prima pars patet ex secunda propositione. quia pater hoc potuit et spiritussanctus. Secūda patet ex fide. Quinta Licꝫ non sola persona verbi fuerit causa effectiua huius assumptionis. tamē ipsa sola facta est homo assumptiōe humanitatis. Prima pars patet. quia opera trinitatis sunt indiuisa ad extra. id est sunt cōmunia cuilibet persone diuine. Secunda patet ex fide per illud Johannis .i. Uerbum caro factuz est. vbi ꝭm glosam caro ponitur pro homīe. et per illud in symbolo. Et homo factus est. Et ꝑ Augustinum primo de trinitate capitu. 6. talis erat illa susceptio que deuꝫ hominem faceret et hominez deū. C

Sed ad intellectum huius videnduꝫ est quid importat̄ in proposito per istū terminuꝫ homo. Pro quo sciendum ꝙ licet ꝭm aristotelem nulla res importetur per hoc nomē homo quin eodē modo importetur per hoc nomen humanitas et econuerso. ex eo quia ꝭm ip̄m nihil est hic inferiꝰ nisi materia forma vl' cōpositum vel accidens alicuius horuꝫ et nullum istoruꝫ plus importatur per vnum ꝙ̄ per reliquū. sicut patꝫ inductiue. supposito tamen ꝙ humanitas non significet solum animam intellectiuam nec naturam specificam cōmunē quod pro nunc supponitur. tamen ꝭm fidem ista nomina nō sunt synonima. sed possunt pro distinctis rebus supponere. Nā hoc nomen homo est nomen suppositi ⁊ supponit pro filio dei. sed hoc no-

men humanitas est nomē nature. et nō supponit pro filio dei. hoc autē faciliter potest apparere ex descriptionibus qd nominis istorum terminorū. Nam hoc nomen humanitas nihil significat nisi naturam cōpositam ex corpore et anima intellectiua non connotando q ista natura sustentatur ab aliquo supposito scilicz a verbo. vel q non sustentatur. Et ideo semper pro ista natura supponit precise et nunq̄ pro filio dei. cum ipse nō possit esse ista natura. Sz hoc nomen homo signat illam naturaz connotando eam esse per se existentem vł ab alio supposito sustentatam siue suppositaz. Unde iste terminus homo diffinitione quid nominis potest sic diffiniri. homo est natnra composita ex corpore et anima intellectiua ab alio supposito nō sustentata. vel est aliquod suppositū talem naturam compositam sustentans de quolibet eñi homine ista descriptio pro altera parte verificatur. Prima ps eñi verificatur de quolibz homine alio a christo. et secunda pars d̄ solo christo.

Ex predictis sequitur primo q filius dei non eodem modo nec omīno vniuoce siue fm eandem rationez dicitur homo sicut ⁊ alij homines. pz: quia sortes ⁊ quilibet alius homo dicit hō quia est natura cōposita ex corpe ⁊ aīa intellectiua a nullo sustētata. sed filius dei nō dicitur homo hac ratione. s. q sit talis natura cuz hoc sit impossibile. sed quia est suppositum sustentans talem naturam et terminans eius dependentiam.

Secundo sequitur q licz hec particularis sit vera aliquis homo est humanitas tñ hec vl'is est falsa. oīs hō ē humanitas primū ptz de sorte. secundum patet de christo. Tertio sequitur q hec de virtute sermonis est falsa. filius dei assumpsit hominem. quia ly homo supponit pro persoua filij dei. ideo si talis locutio quandoqz inueniatur Augustini vel aliorum sanctorum exponenda ē vt per hominem intelligamus humanitatem ita q capiatur concretuz pro abstracto. Sexta ppositio est. q q psona verbi assumēdo humanitatē in vnitatē suppositi fit homo. ideo fit in xp̄o ydiomatum communicatio. D Hoc autez sic est intelligendum q per ydiomata in proposito intelligamus pprietates siue predicata: et per cōmunicationē mutuā verificationem vel sic cōmunicatio ydiomatum nihil aliud sit nisi mutua verificatio p̄dicatoꝝ. Et sic est sensus ppōnis q ratione illius assumptionis qua persona verbi fit homo pprietates ⁊ p̄dicata que dicunt de psona verbi verificant de xp̄o. sub hoc nomine homo. ita q ipso demonstrato verum est dicere q hic homo est filius dei eternus immensus creator mundi ⁊c. et etiā ecōuerso ea q̄ dicunt de natura assumpta in ɔcreto sub hoc noīe homo verificant de xp̄o sub hoc noīe deus. vt q hic homo qui est de⁹ est natus de virgine passus mortu⁹ loco circumscript⁹ ⁊c. Et dixi in concreto: q nō est verū q deus est humanitas. ⁊ tñ est diuinitas. Sic ergo intelligitur cōicatio ydiomatum. Sed circa hoc dico aliqua. Primo dico q non consimiliter seu eque pprie dicuntur predicata diuina de hoc homine. ⁊ humana predicata de deo. eo q in christo persona diuīa est assumēs et natura humana que assumpta. vnde magis pprie de christo dicitur. iste homo est immortalis absqz hoc q addatur fm diuinitatem. quoniam iste homo est proprie persona diuina q̄ dicatur deus est mortalis. imo oportet in ista addere vel subītelligere fm humanitatem. Et causa est: quia persona diuina est assumens. ideo iste homo est psona diuina immortalis: sed ipse non est natura humana. nec natura mortalis. Secūdo dico q ista differētia predicationis nō est omnino talis: sicut in alijs solet dici vnum esse verum simpliciter et aliud fm quid ⁊ falsum simpliciter. sicut Ethiops est albus fm quid. scilicet fm dentes et niger simpliciter. et ideo hec est falsa simpliciter. iste est albus nisi addatur fm dētes. Nam ista deus fuit passus et similiter etiam sine addito: licet semper sit intelligendum fm humanitatem. nō tamen sunt false

simpliciter. Et causa dissimilitudinis est dissimilitudo habitudinis humanitatis christi ad personam verbi. et dentis ethiopis ad reliquum corporis. Uel forte magis proprie loquendo tota causa dissimilitudinis est modus loquendi scripture et sanctorum. in quo videre meo totaliter fundatur ista communicatio ydiomatum. Tertio dico quod non obstante quod tales sint vere simpliciter: et quod in aliquibus scilicet in illis in quibus datur in subiecto intelligi humanitas sicut hic. homo christus fuit passus. etiam non sit necessarie addere secundum humanitatem. tamen talis additio est in aliquibus expedienda. non ad necessitatem veritatis: sed ad exclusionem cause errorum: vt hic. filius dei est creatura: debet addi secundum humanitatem: ne videatur concordare heresi arriane Et ita in aliis predicatis que si sine additio dicerentur de christo posset suspicari ne ab eo excluderetur diuinitas. Similiter de aliis de quibus posset suspicari ne attribuerentur diuine persone secundum se. debet addi secundum humanitatem vt hic. filius dei est compositus. Nam neque persona neque natura diuina est composita. nec christus est compositus ex duabus naturis diuina scilicet et humana. siue ex tribus rebus corpore. scilicet anima et diuinitate. sed tamen ex duabus. secundum humanitatem. scilicet corpore et anima essentialiter et ex infinitis partibus quantitatiuis integraliter Ideo non est concedendum quod humanitas sit pars christi. Nam sicut homo non est compositus ex albedine et substantia: sic nec christus est compositus ex humanitate et persona diuina. ¶ Septima propositio per hoc quod persona verbi assumpsit humanitatem diuinitas est incarnata et sibi est humanitas vnita in suppositi seu persone vnitatem. Patet primo per August. i. de trini. ca. 9. Forma dei accepit formam serui et sine dubio natura naturam accepit. Secundo per auctoritatem Hieronimi. in explanatione fidei. Passus est filius dei: non secundum illam substantiam quam assumpsit sed secundum illam substantiam que assumpta est. igitur etc. ¶ Tertio probatur: quia cum persona verbi et diuinitas sint idem realiter quod conceditur de persona non debet negari de diuinitate. nisi ad hoc cogat fides.

sic autem non est hic: vt patet faciliter etc. Et ad hoc facit illa regula quam in primo libro declaraui: quod predicata contradictoria numquam debet concedi de terminis supponibilibus pro eodem nisi vbi cogit fides ¶ Ex hac propositione sequitur primo quod concedendum est in aliquo sensu quod ipsa diuinitas seu diuina natura facta est homo. patet. quia hec conceditur. persona verbi facta est homo. Et hec persona verbi est diuinitas. igitur etc. consequentia est sillogismus expositorius qui numquam debet negari nisi vbi cogit fides: vt dixi in primo. ¶ Secundo sequitur quod ipsa diuinitas vnitur humanitati non per se et primo: sed quia ipsa est ypostasis cui vnitur humanitas per se et primo. ¶ Tertio sequitur quod deitas non vniuit sibi humanitatem in vnitatem nature: sed in vnitate persone. Et hoc intelligit magister in. 3. distin. lib. 3. vbi dicit quod filius dei dicitur factus homo non solum quia hominem assumpsit: sed quia ipsum in vnitate et singularitate sui. id est persone accepit. natura autem diuina accepit formam serui id est naturam hominis: sed non in singularitate sui. id est nature etc. Si vero dicatur quod quia filius dei est homo: ideo de ipso conceduntur attributa hominis. sicut quod est passus et mortuus etc. sed de diuinitate non conceditur quod fuerit passa vel mortua. igitur nec debet concedi quod sit incarnata vel quod sit homo. Dico quod aliqua sunt predicata que conueniunt filio dei precise per communicationem ydiomatum. id est quia conueniunt humanitati sicut natus passus mortuus et talia non dicuntur de diuinitate. et hoc solum: quia non sic loquuntur sancti. Alia vero sunt que licet conueniant filio dei ratione incarnationis siue assumptionis humanitatis. hoc tamen non est per communicationem ydiomatum: id est hoc non est ex eo quia conueniant humanitati sicut esse incarnatum: vel esse hominem: vnde humanitas ista non est incarnata vel homo facta. Et ista sicut de filio dicuntur ita de diuinitate dici possunt cum non contradicat auctoritas: quare etc. ¶ Octaua et vltima propositio est quod licet in christo humanitas dependeat a diuino supposito et eius propria personalitate subsistat. tamen nec perso

na verbi nec diuinitas vnitur formaliter humanitati nec ipsam formaliter. actuat. Prima pars patȝ ex dictis. Secunda vero est contra quosdam nouellos dogmatisantes. que ꝓbať sic. quia si inter illa esset formalis vnio siue formalis actuatio ad modum loquendi ipsorum. tūc vt ipsi concedunt illa assumpta humanitas sic formaliter actuata fuisset realiter deus. ita ꝙ ꝑ illā formalem actuationē diuinitas cōmunicaret suo formali cōcretiue illō quod ipsa est abstractiue. scilicȝ esse deum. ¶

Sed contra hoc adducitur triplex inconueniens. Primum quia sequitur ꝙ esset in nobis deus recens. ꝯtra psal. 80. Israel si audieris me non erit in te deus recens. Secundo sequitur ꝙ in nobis essȝ deus alienus siue a diuinitate distinctus contra illud Deuť. 32. Ego sum deus et nō est alius ꝑter me. Tertio sequiť ꝙ essent plures dij aliter q̄ ꝑ adoptionem immo infiniti. quia infinite partes quātitatiue humanitatis essent formaliter actuate ab ipsa diuītate ⁊c. Ex hac propositione primo sequitur ꝙ aliqua est dependētia creature que nō est ꝓprie in aliquo genere cause Patet inducēdo in omni genere cause de illa dependentia qua humanitas xp̄i sic dependet a persona verbi quod eius propria personalitate subsistit vt dicit prima pars propositionis. Secundo sequitur contra imaginatōeȝ multoꝝ qō illa dependētia magis assimulatur cause materiali q̄ formali. ita qō humanitas magis simulatiue se habȝ vt forma ad diuinitatē q̄ econuerso. Patet quia sicut forma subsistit in sua materia sic humanitas in diuinitate seu diuina ꝑsona. Item sicut forma cōmunicat suo formabili in concreto illud qō est in abstracto vt anima que est abstractiue vita cōmunicat corpori quod informat qō sit cōcretiue viuens. sic humanitas cōicat persone verbi ⁊ diuinitati ꝙ sit homo. vt patȝ ex dictis. ideo magis habet similitudinem forme q̄ materie. quare ⁊c. Tertio sequiť ꝙ illa similitudo in symbolo athanasij sicut anima rationalis et caro vnus est homo. ita deus ⁊ homo vnus est christus nō est vera de virtute sermonis. Nā ibi est plus dissimilitudinis. quia vel ly homo capitur ꝓprie et sic deus et homo omnīo sunt idē. qō non est de anima et carne. Uel capiť improprie pro humanitate. et sic deus et humanitas nō cōponunt xp̄m sicut aīa et caro hominē. nec deus est forma humanitatis sicut aīa carnis. nec aliquis homo qui est anima et caro est deus vť xp̄s. q̄re ⁊c. ℌ His premissis et p̄suppositis ponaȝ ⁊ soluam circa dicta aliquos casus dubitabiles. Primus casus est. Ponamꝰ ꝙ persona verbi dimitteret naturā assumptam isto posito sunt aliqua dubia. Primū est vtrū illa natura dimissa esset purus homo ⁊ si ille homo fuerit christus. Respōdeo ꝙ essȝ purus homo nec vnq̄ fuit deus. qꝛ quicqd fuit deus semper est et erit. nec vnq̄ illa etiaȝ fuit christus quia christꝰ fuit suppositum diuinum ⁊c. Unde primo sequitur ꝙ licet hic homo fuerit assumptus a verbo in vnitatem persone. non tn̄ fuit vna persona cū verbo. patȝ quia humanitas que prius fuit assumpta. et modo ponitur esse homo nunq̄ fuit vna persona cū verbo nec ex ipsa ⁊ verbo fuit vna persona. Secundo sequtur ꝙ licȝ hic homo passus fuerit in cruce. et non fuerit in cruce alius hō a xp̄o tamen hic homo non fuit xp̄s. Et si dicatur nullus homo passus fuit in cruce nisi christus hoc negatur. sed bene cōceditur ꝙ tūc erat vera. nullus homo patitur in cruce nisi xp̄s tn̄ bene erat verū ꝙ aliud a xp̄o patiebať in cruce scilicet hec humanitas que tunc nō erat homo et modo est homo per casum. Tertio sequitur ꝙ licet filius dei fuit homo et fuit alius homo q̄ iste homo tamen nō per aliam animam siue carnem. nec habuit aliam humanitatem. Et causa est quia christus fuit homo ꝑ istam humanitatem: et fuit alius homo ab isto per diuinitatem per quam fuit suppositū aliud ab ista humanitate. Quarto sequitur ꝙ vterq; duorum hominum. scȝ christus ⁊ iste homo qui nec est nec fuit

christus fuit homo per candem humanitatez. imo per eandē possunt esse successiue quattuor homines. scilicz si quelibet persona successiue assumeret eandem humanitatem et illa postea dimitteretur. Multa alia possunt inferri sed dimitto. H Secundum dubiuz est. retento casu premisso vtrū demonstrato filio dei hec sit vera hic est filius virginis. Dico ꝙ non quia ex quo desijt esse hō desijt eē fili⁹ virgīs nec erat fili⁹ virgīs nisi ꝑm humanitatē quā mō potuit nō habere. iō mō nō pl⁹ attinet virgini ꝙ ante incarnationē. Ex his sequitur primo ꝙ hec consequētia nō valet filius dei nascebaẗ de virgine et fuit filius virginis ⁊ ipse et ipsa sunt. igitur ip̄e est filius virginis. Et ratio est. quia causa talis denominationis cessauit.

Secundo sequitur ꝙ hec cōsequētia non valet filius dei bis fuit vł bis incepit esse filius virginis. Igitur bis nat⁹ est de virgine. patz quia ante triduum mortis christi filius dei erat fili⁹ virgīs Et sicut in triduo nō erat homo. ita nō erat filius virginis. Et in resurrectione incepit iterū esse homo et esse filius virginis et tamē non fuit bis natus de virgine. quare ⁊c̄ I Tercium dubium est. retento casu premisso vtruz iste homo dimissus sit filius virginis. Dico ꝙ sic. quia aliter non esset alicuius fili⁹ etiam hec humana natura que modo ē homo fuit de virgine concepta et ipsaz peperit et iste homo et ipsa virgo sunt igitur ⁊c̄. Ex hoc sequitur p̄mo ꝙ aliquādo iste nō fuit filius virginis et nūc est filius eius: ⁊ incepit esse filius virginis et ipsa virgo mater eius. s. in illa dimissione quādo incepit esse homo. nec tamē virgo eum peperit. sed ante diu. quia hic homo fuit anteꝙ̄ esset fili⁹ virginis sicut hic homo fuit anteꝙ̄ essz homo sicut patet arguendo expositorie.

Secūdo sequiẗ ꝙ hic homo nascebaẗ de virgine qui nō erat homo et aliquis homo nascebatur de virgīe qui nō erat christus. licet tempe nativitatis veruz esset ꝙ vnus solus homo nascebatur. Unde patet qð vterqꝫ duorū nascebaẗ de virgine ⁊c̄. Tertio sequitur ꝙ hec humanitas cum xp̄o nata fuit de virgine capiendo ly nata participialiter. nō tamē fuit nata virgīs id est filia: nec soror christi. quia nō oē natū de virgine ē filius vł filia sicut spes ⁊c̄. Quarto sequitur ꝙ istū hominē virgo peꝑit quādo peperit xp̄m. nec tamen sequitur ꝙ tunc inceperit esse mater istius sꝫ incepit esse mater in illa dimissione quādo illud quod ipsa diu ante peperit. scilicz hec humanitas incepit esse homo ⁊ per ꝯsequēs filius. Unde si miraculose mulier pareret filium anteꝙ̄ infunderetur anima ipsa nō incipet esse mater in ꝑtu sed post partū in ipsa infusione anime.

Quinto sequiẗ ꝙ licet in casu predicto non sit concedendū quod beata virgo habuit duos filios proprie loquēdo tamē vtrumqꝫ duorum habuit filiū. nec sequitur nunꝙ̄ peperit nisi soluz hominem: et vnico partu ⁊ tunc peperit vnū solum filium. igitur non vtrūqꝫ duoruz ⁊c̄. Causa est. quia eodem partu ip̄a peperit duas res. scilicet christum ⁊ hanc humanitatem. et christus tunc fuit filius eius et hec humanitas modo est filius eius. Sexto sequitur ꝙ hec consequentia non valet christus fuit filius virginis. deinde iste homo fuit et est filius virginis. igitur iste est secundo genitus. quia iste homo nō incepit esse filius per nativitatem. Septimo sequitur quod ista consequentia non valet. vterqꝫ scilicet christus et iste homo fuit filius virginis ergo isti fuerunt fratres Causa est quod hoc nomen christus cōnotat naturam assumptaz. Ideo in isto casu ipse modo non est christus. imo filius dei desijt esse christus quando iste homo incepit esse homo. Octauo seqtur ꝙ ista consequentia non valet vterqꝫ scilicet filius dei et iste homo fuit filius virginis et vterqꝫ eorū est. ergo sunt fratres quia licet filius dei fuerit filius virginis tamen nō modo ⁊c̄. K

Quartum dubium retento casu premisso est quia hec humanitas est homo et est suppositum et prius non erat homo nec suppositum. ideo queritur vtrū

hoc factum sit sine acquisitione vel deperditione alicuius positiui in ipa hoc enim non videtur. quia sic contradictoria successiue verificarentur de eadem re sine mutatione. Ad istud diceretur fm Ockaz primo ꝙ vnio in christo verbi ad humanitatez addit aliquid vltra extrema vnita. et hoc propter rationem pretactam. quia impossibile est fieri transitum a contradictorio in contradictoriuz sine acquisitione vel deperditione alicui⁹ positiui sed hec natura prius erat vnita et ideo non erat suppositum et modo non est vnita et est suppositum. igitur aliquid est acquisitum vel deperditum. Non acquisitum vt patet igitur deperditum. et nō apparet quid sit illud nisi vnio extremorū. igitur ꝛc.

Secūdo ꝙ vnio vltra extrema nō dicit aliquid absolutuz. quia nō apparet in quo genere illud esset. quia nec in genere substantie nec accidentis vt declarat inductiue. Sed non bene intelligo quomodo ista possunt simul stare. quia ipsemet in eadez questione dicit ꝙ per veram rem absolutā intelligit rez natā esse extra animā sȝ si talis vnio sit ipsa est nata eē extra aīaȝ ꝛc. Tertio dicit ꝙ illa vnio est respectus realis differēs ab extremis. et fundatur in natura humana et non diuina. quia sola humana natura est capax. nec est imaginandum ꝙ illa vnio sit quoddam vinculum ligās naturam humanam cum diuina et ecōuerso. sed est illud quo extrema formaliter et denominatiue dicuntur vnita sicut aliquid denomīatur ab albedine album. et ideo naturam humanam vniri persone diuine vel assumi ad vnitatem ipsius pōt dupliciter intelligi. Uno modo ꝙ natura humana fiat vna persona et fiat persona christi. et hoc est falsum ꝛc. Alio modo ꝙ natura humana sustētetur a verbo: et subsistat in supposito verbi aliquo modo sicut accidens sustētatur in subiecto. et sic est veruȝ. Unde sicut ipe valdelbō dicit. Licet hec vnio non possit demonstrari. sed sola fide teneatur tamen ad intelligendum ipsaȝ possumus manuduci per alias vniōes. scilicet materie cum forma et subiecti cum accidente. Nam in vnione forme cum materia forma manet disticta fm suam entitatem sicut prius. et tamen per hanc vnionem materia denominatur a proprietatibus forme et econuerso. Sic in proposito: natura diuina et humana remanent distincte post vnionem sicut ante. nec faciunt per se vnuȝ sicut materia et forma: sed magis sicut accidens et subiectum non faciunt per se vnum. et tamen non obstante tali distinctione communicant sibi ꝓprietates suas per predicationeȝ in concreto sicut dicimus ꝙ hic filius dei est incarnatus mortuus passus: et econtra. hic homo est eternus et fecit mundum ꝛc. Ex hoc apparet ꝙ vnio humanitatis ad verbum magis assimilatur vnioni accidētis ad subiectum ꝙ vnioni forme ad materiam vel materie ad formā.

Quarto dicit ꝙ quot sunt nature distincte in christo vnite tot sunt vniones: quia respectus variantur ad variationem fundamentorum: et ideo quia fm eum in homīe sunt saltem tres res pertinentes ad eius essentiā: sicut oportet necessario ponere propter articuluȝ scilicet materia: anima intellectiua: et anima sensitiua: que immediate sunt vnite verbo. sicut patuit in triduo mortis: quoniam tunc omnia illa fuerūt sibi vnita: quia quod semel assumpsit nunquam dimisit. et fm hoc oportet ad minus ponere tres vniones. vnam in materia. aliam in sensitiua. aliam in intellectiua. Licet hec dicta opinio sit probabilis: tamen si quis velit negare omnem respectum siue relationem distinctam a rebus absolutis potest saltem probabiliter negare dictas vniones et concedere consequēs supra illatū scilicet ꝙ sine acquisitiōe vel deperditiōe alicuius rei in ipsa humanitate ipsa facta est homo et suppositum per hoc solum ꝙ filius non vnitur sibi qui prius vniebatur. Et ad argumentum de illa regula impossibile est fieri transituȝ de contradictorio in contradictoriū ꝛc. fuit satis dictum in primo libro.

L Secundus casus. ponam⁹ ꝙ
persona verbi nunꝙ assumpsit naturā
creatā ⁊ lȝ hoc modo sit impossibile. tñ
quia aliqñ fuit verū ponamus ꝙ sum⁹
in illo tempe ⁊ ꝙ die sequēti filius dei
assumat filiū marthe iam adultuȝ. siue
magis ꝓprie loquendo assumat illi⁹ fi-
lij humanitatē. ⁊ tūc filius dei vocatur
xp̄s. ⁊ tñ nunꝙ iste assumēdus erit xp̄s
sicut ptȝ de dimisso in premisso casu ꝙ
nunꝙ fuit xp̄s. Sed nunqd hec erit ve
ra xp̄s vel hic homo est filius marthe.
Dico ꝙ nō. quia nec xp̄s nec aliqd tale
exiuit de vtero marthe qđ est xp̄s nec
aliquid tale peperit. Ex hoc sequit̄ pri
mo ꝙ hec ꝯñа nō valet martha pōt di
cere huic humanitati assumpte. ego te
genui ⁊ tu fuisti filius. ergo pōt dicere
xp̄o tu es filius meus ꝑm istam huma-
nitatē. Nec est simile argumētū hec hu
manitas exiuit de vtero marthe: ergo
xp̄s exiuit ꝑm istam humanitatē. sicut
si arguatur. dens ethiopis est albus. er
go ethiops est albus ꝑm dentem. Pria
eñi ꝯña est de preterito ⁊ nō valet. sed
secunda est de presenti ⁊ valet. Naȝ si
dens ethiopis fuisset albus anteꝙ essȝ
ethiops. ⁊ postmoduȝ esset ipsius ⁊ nō
esset albus amplius. ptȝ ꝙ nō valeret
ꝯña dens ethiopis fuit albus. ergo ⁊c.
Sic in ꝓposito hec humanitas fuit fili⁹
marthe quādo nō fuit xp̄i. ⁊ nunc quā-
do est xp̄i ipsa non est filius eius. Se
cundo sequit̄ ꝙ demōstrata manu xp̄i
hec ē falsa. hec man⁹ fuit in vtero mar
the vel egressa est de eo. sȝ bene partia
lis humanitas huius manus. Tertio
sequit̄ ꝙ posito ꝙ fili⁹ marthe añ hāc
assumptionē habuisset vxorē aut filios
aut filias tunc facta assumptiōe demō-
strato xp̄o verū est ꝙ iste hō non est nec
fuit vxoratus nec genuit filios nec fuit
pater eoꝝ. Quarto sequit̄ Posito ꝙ
filius dei dimittat illā humanitatē iste
est filius marthe ⁊ ante etiā fuit ⁊ me-
dio tp̄e. scȝ dū erat vnitus nō fuit eius
filius. ⁊ ita bis fuit filius. vel saltez hec
ꝓpositio iste est filius bis fuit vera. nec
tñ sequit̄ ꝙ bis genuerit eū. qȝ secūda
vice non fuit filius per generationē no

uam. sed per dimissionē predictā. sicut
non est etiā impossibile ꝙ aliquis secū
da vice fiat fili⁹ Johānis. scȝ per resur
rectionē. ⁊ tamē nō erit secūda vice ge-
nitus ⁊c. Tertius casus est Ponam⁹
ꝙ persona verbi nō dimittendo qđ as-
sumpsit nunc assumat de nouo aliquā
humanitatē scȝ Petri. ⁊ vocet̄ illud di
uinum suppositū Petrus. tunc patȝ sa
tis ꝙ Petrus ⁊ xp̄s sunt vna persona
⁊ ꝙ iesus est christus. ꝙ in christo sunt
due humanitates ⁊ ꝙ pōt ꝑm vnā dor-
mire ⁊ ꝑm aliā vigilare. ⁊ etiā ꝑm vnaȝ
esse albus ⁊ ꝑm aliā niger. ꝑm vnā mo-
ri ⁊ ꝑm aliam viuere. ⁊ ꝙ habet plures
matres ⁊ ꝯtrarias cōplexiones ꝑm di-
uersas humanitates. ⁊ sic de alijs que
possunt duob⁹ hominib⁹ ꝯuenire et nō
repugnāt filio dei. M Sed du-
bium est Utrū debeat cōcedi ꝙ christ⁹
est duo homines vel tres si assumeret
tres humanitates. Ad qđ aliqui dicūt
ꝙ ꝓprie loquendo oporteret vti noua
grammatica dicēdo ꝙ iste christus est
vnus homines. Sed istud est vanū di-
ctū ⁊ valde impropria abusio. qȝ cū hō
sit nomen suppositi ⁊ christus sit vnuȝ
solū suppositū. patȝ ꝙ nō oportet dice
re illud. Sed dicendū est ꝙ vnicus ho-
mo sicut est vnica persona ita et vnus
homo est homo per plures humanita-
tes: sed non est vnus per aliquā earuȝ
sed per ꝑsonā assumentē ⁊ suppositan
tem. vñ sicut plures albedines si pone
rent in eodeȝ subiecto nō facerent nisi
vnū albū. sic in ꝓposito. Quartus ca
sus est. Ponam⁹ qđ tres ꝑsone diuine
assumāt vnā ⁊ eandē naturā humanaȝ
sicut de facto ꝑsona verbi assumpsit eā
tūc querit̄ nunqd est vn⁹ homo vl̄ tres
hoīes. Aliquib⁹ aūt videt̄ qđ vnionē
posse terminari ad tres personas pōt
intelligi dupliciter. Uno mō ꝙ essentia
existens in trib⁹ sit prim⁹ termin⁹ vnio
nis. Alio mō ꝙ tres ꝑsone sint primus
termin⁹ vnionis. pmo mō est possibile.
scđo mō nō. qđ sic ꝓbat̄. qȝ in omni de
pendētia essentiali vnū nō depēdet ni-
si ad vnū qđ totaliter ei⁹ depēdentiam
terminat. patȝ hoc in depēdētia effect⁹

causę efficientis ad cām. qꝛ vnū causatū nō dependet a duabus causis totalibus in eodē genere causę. qꝛ si sic tūc aliquid depēderet tanq̄ a causa ab aliquo. quo nō exn̄te nihilominꝰ ipm̄ posset esse. Sed in ꝓposito vna ꝑsona totaliter ⁊ sufficiēter terminat dependētiā sicut ꝓpria ꝑsonalitas in ꝓpria specie terminaret. ergo nulla alia ꝑsona pōt esse ꝑmus terminꝰ huiꝰ dependentie. Sed his nō obstantibꝰ dico q̄ eadem natura humana pōt vniri tribus personis. ita q̄ a qualibet depēdeat equalit ⁊ eodē modo sicut nūc dependet a verbo. Ptꝫ. qꝛ non implicat cōtradictionē plusq̄ q̄ vna eadeꝫ albedo subsistat in tribꝰ subiectis. Secundo dico q̄ per illā eandē naturā vnitā ille tres ꝑsone sunt tres hoīes ⁊ nō vnus homo. Patꝫ qꝛ quelibꝫ ꝑsona est homo ⁊ vna nō est alia. Nec debet haberi ꝓ difficili q̄ per eādeꝫ humanitatē sint tres hoīes plus q̄ q̄ per eandē albedinē si esset in tribꝰ hoībus essent tres hoīes albi. Tertio dico ꝯtra assumptū illiꝰ opinionis q̄ nō est inconueniens q̄ idē effectꝰ habeat duas causas totales qꝛ possibile est q̄ sint due cause approximate passiuo deposito quarū vtraq̄ nata est causare formā sub eodē gradu sicut si duo ignes eiusdē vigoris approximētur passiuo disposito equaliter. idē effectus numero causabitur ab vtroq̄: similiter idē effectus pōt dependere a duabus causis finalibus totalibus. ergo ⁊ efficiētibꝰ. ꝯñā tenet. añs ptꝫ. qꝛ aliqs pōt equaliter appetere duos fines ⁊ equalit moueri ad faciendū aliquid ꝓpter illos fines. ⁊ sic ꝑ quēlibet eoꝝ sufficiēter mouetur ⁊c. Quarto dico sequi ex ꝑdictis. q̄ licet in hoc casu nō sit cōcededū q̄ aliqs ho est tres hoīes. tñ pōt concedi q̄ aliqua res est homo ⁊ illa est tres hoīes. Primū ptꝫ. qꝛ nec pater nec filius nec spūs sctūs ē tres hoīes. Scđm pꝫ. qꝛ sicut dicit primū correlariū septime ꝓpositiōis pōt ꝯcedi q̄ ipsa diuinitas est hō ⁊ illa est tres hoīes cū sit tres persone. Sꝫ cōtra hoc dictū est vnā naturā humanam posse subsistere in tribus suppositis. qꝛ omnis natura sic subsistens in tribꝰ ꝑsonis est necessario illimitata sicut natura diuina natura humana. nō dico q̄ illimitatio non facit plus q̄ vna natura numero possit subsistere in tribꝰ suppositis q̄ limitatio. sed q̄ vna natura sic subsistat in tribus suppositis q̄ ipsa sit illa tria supposita hoc solū tenemus de natura illimitata. scꝫ de natura diuina nō ꝓpter illimitationē nec ꝓpter aliam rōnē sed ꝑ solaꝫ fidem. nec est euidens vtrum ita possit esse de alia natura ⁊c.

q Quītus casus est. ponamus q̄ xp̄s nihil dimittēdo qđ iā assumpsit nunc assumat matrē suā. vel magis ꝓprie loquēdo humanitatē matris sue. ⁊ vocet illud suppositū maria. Nō eīn ꝓprie loquendo verū est q̄ xp̄s possit assumere matreꝫ suā nisi intelligendo q̄ possit assumere humanitatē q̄ fuit mat sua. Sꝫ xp̄s nō est illa humanitas. ⁊ per ꝯñs nec est mater sua. Et ideo si hec est vera. xp̄s est maria hoc est ex noua impositione noīs. qꝛ non est illa maria q̄ fuit mater sua sicut nō est illa humanitas q̄ fuit mater sua. possumus tñ cōcedere q̄ xp̄s ⁊ maria sūt vna ꝑsona ⁊ q̄ xp̄s est vir ⁊ femina. Sꝫ tūc in casu isto dubiū est. vtrū sit cōcedendū q̄ xp̄s genuit se. cū illa humanitas genuit xp̄m. Ad qđ dico q̄ nō. imo demōstrato xp̄o hec est negāda hec maria peperit xp̄m. Sꝫ hec hūanitas q̄ fuit virgo maria pepit xp̄m Et hoc satis ptꝫ. Sextꝰ casus ē. ponamꝰ q̄ xp̄s aliquē genuerit ex femina sicut potuit sine peccato: quia nō erat subditus legi continentie. ⁊ ipm̄ assumpsit ⁊ vocet illud suppositū petrus tunc ptꝫ ex dictis q̄ xp̄s est petrus. Sꝫ tunc dubiū est vtrū xp̄s sit pater petri. Rñdeo q̄ si illa humanitas scđo assumpta fuit hō ante eiꝰ assumptionē ptꝫ solutio ex casu imediate ꝑcedente. scilꝫ q̄ xp̄s mō est pater petri. Uñ si xp̄us modo assumeret duos hoīes siue humanitates duoꝝ hominū adultoꝝ. quoꝝ vnꝰ esset pater ⁊ alter filius. facta assumptione ⁊ demonstrato illo supposito. ipsuꝫ nō est ille pater nec ille filiꝰ. vt satis pꝫ ex dictis. sed si xp̄s assumpserit huma-

nitatē ꝓrij filij ab instanti sue cōceptionis ita ꝙ hec humanitas non fuerit assumpta postq̄ꝫ fuit homo tūc augetˀ difficultas. Et dico ꝙ in isto casu oportet concedere ꝙ petrus est filius xpi. ⁊ per ꝯn̄s ꝙ eadem persona est pater ⁊ filius sui ⁊ respectu sui. vt patz ⁊c.

Sed cōtra hoc videtˀ esse Augu. i. de trini. reputans pro euidenti ꝙ idē non pōt generare se. Ad qd̄ dico ꝙ in ꝓposito xp̄s non esset pater ⁊ fili⁹ ſm eandez naturā sed ſm vnā naturā humanā eēt pater ⁊ ſm aliā filius. impossibile est autez ꝙ idē sit pater ⁊ filius respectu eiusdem. seu ꝙ idē gignat se ſm eandē naturā. Et hec est intentio Augusti. qn̄ reputat euidens argumentū ad ꝓbandū distinctionē ꝑsonaꝝ in diuinis. qꝛ deus est pater ⁊ deus est filius. ⁊ impossibile est ꝙ idem gignat se scȝ ſm eandē naturam in diuinis vbi nō est pluralitas naturarum diuinarū bene valet argumentū suum. ⁊ sic ptꝫ ꝓpositum ⁊c. Ex omnibus supradictis sequuntˀ alique ꝓpositiones. Primo sequitˀ ꝙ aliquis homo fuit ab eterno qui tamē incepit esse homo. Patz de christo qui dicit Joh. 8. anteq̄ꝫ abraā fieret ego sum ⁊c. Scd̄o sequitˀ ꝙ aliquis hō non pōt non esse ⁊ tn̄ pōt esse ꝙ nullus sit homo. Patz. qꝛ xp̄s hō non pōt non esse. licȝ possit non esse homo. hec tamē est possibilis null⁹ est hō. ⁊ esset vera si de⁹ annihilaret omnez humanitatē. Tertio sequitˀ ꝙ hec ꝯn̄a nō valet. deus fact⁹ est homo: ergo homo factus est deus. quia ꝯn̄s est falsum ⁊ antecedēs verū. vt faciliter patz. nec est ibi conuersio. sed debet cōuerti. ergo qd̄ factuȝ est homo est vel fuit de⁹.

Quarto sequitur ꝙ hec cōsequentia nō valet. deus factus est homo: ergo factus est aliquid. vel substantia. quia ly factum includit negationem. ⁊ ab inferiori ad superius cum negatione nō valet consequentia. Multa autez possent inferri per logicam ex supradictis. Sȝ hec sufficiunt bene intelligētibus ad respondendum in materia de incarnatione verbi. Et hec de primo articulo ⁊c.

Quantuȝ ad scd̄m articulū in quo videndū est de verbi vnione gratifica ⁊ collatione virtutuȝ. Respondeo breuiter ꝙ licet xp̄s siue aīa xpi habuerit plenitudinem gratie ⁊ virtutem tantam ꝙ non potuit habere maiorem. tn̄ dico cum magistro in hoc tertio dist. 26. ꝙ non habuit fidem virtutē nec spem. quia non enigmaticam sed clarissimaȝ habuit cognitionem ⁊ per speciem videbat ea que credebat vł sperabat. sed vt in sequenti distinctione dicit magister. habuit charitatē dilectionez tantā qua maior esse non pōt. ⁊ sic nō habuit illas tres virtutes theologicas que ponuntˀ in viatoribus sed habuit perfectiores. Sicut etiā dicēduȝ est ō angelis ⁊ alijs beatis cōprehēsorib⁹. Sed gratia hui⁹ vidēda sunt hic aliqua de predictis tribus virtutibus theologicis. de quibus magister tractat in hoc tertio Et p̄mo mouebo aliqua dubia cōmunia illis tribus virtutibus theologicis. Secundo aliqua sp̄alia de spe Tertio aliqua de fide. De charitate autem satis dixi in primo libro. Quantum ad primum punctum erit primum dubium vtrum necessario sit ponere tales tres virtutes theologicas in viatore. ⁊ videtur ꝙ nō quia ꝓpter finem consequendū sufficit cognitio ⁊ dilectio. igitur habit⁹ ex illis actibus generati sufficiūt. sȝ tales sunt fides ⁊ charitas. igitur spes non est necessaria. Itē si essent necessarie vel hoc esset ꝓpter actū naturalē vel supernaturalem. Non naturalem. qꝛ respectu cuiuslibet talis sufficit virtus naturalis. nec ꝓpter supernaturalē. qꝛ talis nō est nobis in via sed naturaliter credim⁹ et diligimus. Ad oppositū est illud apl̄i. i. Cor. 13. Nūc aūt manent fides. spes. charitas: tria hec ⁊c. igitur tres sūt virtutes distincte ⁊c. Pro solutione huius dico p̄mo ꝙ nō pōt ꝓbari ratione naturali ꝙ indigeam⁹ habitu supernaturali quocunq; ad consequendum finē vltimū. Ptȝ. quia nō pōt esse ratio naturalis ad concludenduȝ tales habitus nisi ꝓpter operationes ad quas inclinant. naȝ omnes habitus innotescunt nobis per operatiōes, sed omnes operatiōes

quas expimur mediantibus habitibus istis possumus experiri mediantib⁹ naturalibus. pz inductiue. Scdo dico ꝙ ex hoc q: beatitudo est homini cōferenda ꝓpter merita non concluditur euidēter ꝙ aliquis habitus supnaturalis sit homini necessari⁹. Ptz. q: deus pōt aliquē acceptare in puris naturalibus ad beatitudinē sine quocūqꝫ habitu supernaturali. ⁊ etiā reprobare sine oī peccato. sicut patuit in pmo lib. Et sic posset deus acceptare actū diligendi deū. ⁊ cō similiter actū credendi ⁊ sperandi sine quocunqꝫ habitu supernaturali. quare ⁊c. Tertio dico ꝙ respectu oīm actuū quos habemus vł habere possum⁹, possumus hr̄e habitū naturalē inclinantē ꝓbatur. q: nihil oportet negari vel cōcedi nisi vel ꝓpter rationem vel experientiam vel auctoritatē. sed in ꝓposito nulluz istoꝝ cogit negare dictos habit⁹ naturales. Itē oīs actus quē expimur in nobis est naturalis ⁊ a voluntate efficiente. quare ⁊ si ponatꝰ habitus supernaturalis concurrere: tñ oportet concedere habitū naturalē acquisitū gñatuz ex actibus ⁊c. Quarto dico ꝙ illi tres habitus supnaturales sūt nobis necessarij de potētia dei ordinata ad ꝯsequēdū beatitudinē ⁊ hoc p̄cise tenetꝰ ꝓpter fidē ⁊ sanctoꝝ auctoritatē Ad hoc facit ratio post oppositū. Ratio aūt secūda prius facta ante oppositū cōcludit primā ꝓpositionē. prima autē ratio soluetur inferi⁹ ⁊c. ¶ Secundū dubiū est de ordine istarū virtutū. s. vtruz fides sit p̄or spe ⁊ spes charitate eo ordine quo apl's eas nomīat. Et videtꝰ ꝙ charitas sit prior spe. q: actus charitatis est prior actu spei. Nam actus diligendi precedit actū desiderādi. nullus eñi desiderat nisi desideratū prius diligat. igitꝰ ⁊ habit⁹ ⁊c. Oppositū. q: aliquis hz spem vel hr̄e pōt sine charitate non econuerso. igitꝰ ⁊c. Ad hoc dico ꝙ iste virtutes simul infunduntꝰ. tñ spes ē prior ordine charitate. Et qñ dicitur ꝙ act⁹ charitatis est prior. dico ꝙ duplex est amor ⁊ ita duplex act⁹. Est eñi amor amicitie ⁊ amor concupiscentie. Actus amoris amicitie est actus charitatis. et actus amoris cōcupiscētie est act⁹ spei Sz act⁹ amoris amicitie p̄supponit actum amoris concupiscentie. quare ⁊c.

Tertiū dubiū est vtrū corruptis habitibus supnaturalib⁹ possint habit⁹ naturales remanere. Videtꝰ ꝙ non. q: destructa charitate null⁹ pōt diligere deū sup oīa. eodē mō videtꝰ de alijs. Rñdeo ꝙ habit⁹ naturales pñt manere habitibus supnaturalib⁹ destructꝫ. tñ de alijs ⁊ alijs diuersimode est dicendū. q: habitus naturalis correspondens charitati pōt manere destructa charitate infusa de potētia absoluta. nō de potētia ordinata. q: deus ordinauit ꝙ qñ aliqs diligit deū sup oīa ꝙ tūc mereatꝰ hr̄e charitatē infusam ⁊ deus eā statim infūdit. sz fides ⁊ spes acquisita pñt bñ manere sine infusis. q: ita intense pōt vn⁹ paganus credere sicut xpianus fm fidem acquisitā non tñ pōt deū sup oīa diligere nisi habita charitate ⁊ fide infusis. q: isti simꝰ infunduntꝰ ⁊c. R. Quartum dubiū est de compossibilitate istoꝝ habituū cū alijs ⁊ est spālis difficultas de fide vel spe vtrū vel quō stēt cū sciā vł clara visiōe. Circa qḋ sciēdū est ꝙ cōpossibilitas istoꝝ pōt intelligi triplicitꝰ. Uno mō q̃tū ad habitū vni⁹ ⁊ actū alteri⁹. Scḋo mō q̃tum ad act⁹ vtriusqꝫ. Tertio mō q̃tū ad hit⁹ vtriusqꝫ. Dico q̃ pmo ꝓ pmo mō ꝙ gñalr null⁹ act⁹ repugnat habitui. ⁊ iō habit⁹ fidei pōt stare cū actu scie vel clare visiōis. patz. q: nō est maior nec apparet tāta repugnātia intꝰ ista quāta, videtꝰ ēē intꝰ actū errādi ⁊ habitū scie circa eādē ꝯclusionē. sz ista pñt simul stare: qḋ patz quia ponamus ꝙ quis habuerit demōstrationem alicui⁹ ꝯclusionis ⁊ modo nō recordetꝰ de hoc iste pōt elicere circa illā ꝯclusionē actū dubitādi vel errādi. ⁊ tñ adhuc hz habitum sciētie q: est magis inclinatus ad actum sciendi q̃ erat ante habitū. ⁊ eodē mō pōt argui de actu intēperantie ⁊ habitu tēperātie ⁊c. Scḋo dico ꝙ predicti habitus saltem sub tertio gradu non repugnant inter se supposito etiam ꝙ actus repugnarent. Patet.

quia non plus repugnat habitus fidei
habitibus ſcientie. vel clare viſionis ꝙ̃
actibus earum ex quo actus ſunt gene
ratiui habitus:ſed habitus fidei nõ re=
pugnat illis actibus: vt ꝓbatum eſt.
Tertio dico ꝙ dubiũ eſt:ꝛ ẽ ꝓbleuma
neutrũ:vtrum illi actus repugnẽt: aut
vtrũ ſimul ſtare poſſint. ſeu de facto ſi=
mul ſtent:qꝛ eque ꝓbabiliter põt ſuſti=
neri vna pars ſicut alia. Quarto dico
ꝙ tñ dicta ſanctoꝝ magꝫ videnť ſonare
ꝙ nec habitus: nec actus ſtent ſimul.
Unde ꝯcedũt ꝙ charitas tñ manet in
patria:ꝛ fides ꝛ ſpes non manẽt cũ clara
viſione. Et hoc idẽ ꝯcedo ꝑpter aucto
ritates ſanctoꝝ ꝛ non ꝑpter aliã rõem
ꝛ etiã de xp̃o.vt in principio huius arti
culi dixi. S Circa ſcðm punctũ
eſt primũ dubiũ de ſpe quõ diſtinguať
ab alijs virtutib⁹ ſicut ipſe diſtinguunť
inter ſe. Nam ad conſequendũ finẽ ſuf
ficit noticia ꝛ amor: ſed ad cognitionẽ
ſatꝫ inclinat fides ꝛ ad amorẽ charitas
Et ſi dicatur ꝙ ſpes reqritur ad actũ
deſiderij: qꝛ oportet illud qð crediť et
amať etiã deſidereť. Cõtra nõ videtur
aliquid requiri ad ꝯſequendũ finem ni
ſi ꝙ oſtẽdatur obiectũ diligibile tanꝙ̃
poſſibile a nobis haberi. et ſic de alijs
circunſtantijs ꝛ ꝙ tunc illud ameť a no
bis. Sed ad hec ſufficiunt fides ꝛ ſpes
igiť ꝛc. Dico ad hoc ꝙ ſpes ꝛ fides ſunt
virtutes inter ſe et ab alijs diſtincte:qꝛ
qñ aliqua ſunt inter ſe ſeparabilia illa
inter ſe diſtinguũtur:ſed ſpes ꝛ alie vir
tutes theologice ſunt huiuſmodi. quia
aliqs poteſt credere ꝛ non ſperare.ſicut
patet in deſperantibus.ſimiľr quis po
teſt amare ꝛ nõ ſperare ſicut in patria.
ſimiliter aliquis poteſt ſperare ſe habi
turũ beatitudinẽ ꝛ tñ non diligere cha=
ritatiue ſicut ptꝫ in multis peccatorib⁹
Igitur ꝛc. Secundũ dubiũ eſt quid
ſit obiectũ ſpei. ꝛ qꝛ de⁹ videť eſſe obie
ctum cuiuſlibet virtutis theologice.tũc
eſt dubiũ. quõ obiectũ idẽ põt eſſe iſta=
rum trium virtutũ. Et ſi ſic iterũ eſt du
biũ quõ ſint diſtincti habitus maxime
cũ vnus habit⁹ ſufficiat reſpectu intel=
lectus.alius reſpectu voluntatis. Re=
ſpondeo ꝙ obiecta iſtarũ virtutũ ime=
diata ſũt diuerſa ꝯplexa. Nam obiectũ
fidei eſt hoc complexum. omne reuela=
tum a deo eſt verum eo modo quo reue
latur a deo.obiectũ aũt ſpei eſt ꝙ beati
tudo eſt nobis conferẽda a deo ꝑpter
merita.obiectum aũt charitatis eſt hoc
cõplexũ.deus eſt diligẽdus ꝛ oẽ qð de⁹
vult diligi a nobis charitatiue ꝛc. Sed
tunc eſt inſtãtia de obiecto ſpei.et licet
virtutũ theologicarũ deus ſit principa
le obiectum tñ non creatura vt videť.
beatitudo aũt eſt creatura.q̃re ꝛc. Rñ=
deo ꝙ licet deus ſit obiectũ mediatum
cuiuſlibet virtutis theologice:tñ hoc cõ
plexũ eſt imediatũ obiectũ ſpei.ſ. viſio
ꝛ fruitio diuĩa ſiue beatitudo eſt homĩ
ꝯferenda ꝑpter merita. Qð credo ſic
eẽ intelligũ:ꝙ btĩtudo hoĩ ꝯfereť ſi ſm
legẽ dei meritorie opeť.qð patebit in=
ferius. T Tertiũ dubium eſt in
qua potentia ponenda ſit ſpes: ꝛ qs ſit
eius actus. Nam in intellectu nõ appa
ret eẽ ali⁹ actus ꝙ̃ actus credẽdi q eſt
actus fidei.in voluntate autẽ non niſi
actus amandi q eſt actus charitatis et
actus volendi: qui nõ eſt actus ſpei vt
patꝫ.ꝛ actus deſiderandi q etiã non eſt
actus ſpei. qꝛ poteſt eſſe in deſperãtib⁹
ꝛc. Ad hoc dico ꝙ actus ſpei eſt volitio
ꝛ deſideriũ efficax quo quis ſtatim oſtẽ
ſo per fidem ꝙ beatitudo eſt ſibi ꝯferẽ
da ꝑpter merita ſtatiꝫ elicit efficaciter
actũ deſiderij meritoriũ qui nõ põt eẽ
in deſperãtibus. Unde deſiderium eſt
duplex.vnũ eſt reſpectu poſſibiliũ qñ
aliquis efficaciter deſiderat aliqd tan=
ꝙ̃ poſſibile haberi ab eo. et illud nõ eſt
in deſperantibus aliud reſpectu impoſ
ſibiliũ:ſcꝫ quãdo aliquis deſiderat ali=
quid ꝛ credit illud ſibi eſſe impoſſibile.
ꝛ illud põt eẽ in deſperantib⁹:ſed quõ=
cunqꝫ ſit talis actus eſt in volũtate ꝛc.
V Quartũ dubiũ eſt cũ fides ꝛ
charitas inclinent ad actũ ſpei quomõ
poſſunt eſſe virtutes diſtincte ſiue ha=
bitus diſtincti a ſpe. Reſpondeo ꝙ ſi=
cut reſpectu act⁹ ſciẽdi põt eſſe duplex
habit⁹ quoꝝ vn⁹ inclinat ad actũ ſcien=
di mediate.ſcilꝫ habitus principioꝝ

Alius immediate. sc3 habitu conclusio
nis. ꝛ in talibus prim⁹ habitus pōt ha
beri sine secūdo. Nā habitus pncipioꝝ
non inclinat ad actu3 sciendi conclusio
nē nisi quaten⁹ est causa sui actus. qui
actus cu3 potentia intellectiua est cau
sa sciendi conclusione3 imediata ꝛ par
tialis. Et ideo inclinat mediate quate
nus est causa cause. ꝛ q2 actus ille prin
cipioꝝ cum intellectu sufficienter incli
nat ad actum sciendi cōclusione3. ideo
non potest haberi ille actus sine scien
tia sed ille actus sciendi post causatus
ex actu cognoscendi pncipioꝝ ꝛ intelle
ctu imediate causat habitū sciētie. qui
postea cum intellectu sine actu vel ha
bitu pncipioꝝ potest inclinare ad actū
sciendi imediate qui act⁹ sunt genera
tiui ꝛ augmētatiui habitus scientie in
clinantis ad sciendū ꝯclusionē imedia
te. quia habitus ille imediate sicut cau
sa partialis causat actū sciendi illā con
clusionem. Et sicut prim⁹ actus sciendi
pōt esse vel causari sine habitu sciētie.
ꝛ hoc virtute actus cognoscēdi pncipio
rum. ita post habitū sciētie generatum
pōt quicūq3 actus sciēdi ꝯclusionē ean
dem esse ꝛ causari sine habitu pncipio
rū ꝛ actu. Sic ergo est in dictis habi
tibus theologicis ita ꝙ habitus fidei ꝛ
charitatis inclinant ad actum primu3
spei mediate. q2 mediantib⁹ actib⁹ suis
credendi ꝛ diligendi. q2 qn̄ credo aliqd
mihi possibile ꝛ diligo illud tunc illud
efficaciter desidero ita ꝙ statim ex illo
in operationē meritoriā procedo ꝛ tūc
pōt prim⁹ actus spei haberi sine habi
tu spei acquisito. sed prius ex illis acti
bus generat̄ habit⁹ imediate inclinās
ad actum spei q2 oīs habitus est causa
imediata sui actus. Et sic pōt poni ꝙ
sicut duplex est fides ꝛ charitas sc3 ac
quisita ꝛ infusa ita ꝛ spes. ꝛ pter istos
habitus acquisitos sūt alij habitus al
terius rōnis ab istis. s. īfusi. si eni3 ēēnt
eiusde3 rōnis frustra ponerent̄ q2 tunc
habitus acquisiti eis correspondentes
sufficerent. ꝶ Istis ergo dictis
lic3 pateat quis ꝛ qualis sit actus spei
tamē adhuc difficile est videre quomō
do actus spei distiguātur ab alijs duo
bus sc3 ab actibus credēdi et diligendi
cū ambos includat. Ad quod dico ꝙ il
los includit. id est presupponit mō iā
predicto. tn̄ est vnus terti⁹ actus distin
ctus ab eis. hoc tn̄ nō ē euidēs. imo op
positum posset ꝓbabilit̄ dici. quare ꝛc.

Circa tertiū pūctū est primū dubiu3
de fide. Utrū sit tantū vna fides acqui
sita sicut vna spes ꝛ vna charitas. Ad
hoc dico pmo ꝙ quilibet articulus ha
bet fidem acquisitam. pt3 quia aliquis
pōt habere fidem acquisitā circa vnu3
articulū ꝛ non circa aliū. imo errare cir
ca aliū sicut pt3 de heretico ꝛc. Scdō
dico ꝙ fides acquisita vni⁹ articuli dif
fert a fide acquisita alterius nō solum
numero sed specie. pt3 q2 qn̄ aliqd cui
repugnat vnū ꝯtrarioꝝ stat cū reliquo
illud qd sibi repugnat ꝛ ip3 necessario
differunt spē. Verbi grā dulcedo in la
cte cōpatit̄ albedinē ꝛ nigredo nō stat
cum ea. sic igit̄ dulcedo ꝛ nigredo diffe
rūt specie. pat3 etiā per ratione3 q2 qn̄
aliqua sunt eiusdē spēi quicqd forma
liter repugnat vni ꝛ alteri. ꝛ quicquid
stat cū vno stat cū altero. pt3 de duab⁹
albedinib⁹. sed fides acqsita circa vnū
articulū stat cū errore circa aliū sed nō
circa eundē. ergo circa vnū fides acqui
sita ꝛ circa alium sunt distincte spē. Et
istud est argumentū generale ad ꝓban
dū distinctionē specificā. ꝶ Se
cundū dubiu3 est vtrū sit tm̄ vna fides
infusa respectu oīm articloꝝ sicut vna
charitas respectu oīum diligēdoꝝ ꝛc.
Ad hoc pōt varie rūderi. Uno mō ꝙ fi
des infusa h3 aliqd cōplexū ꝓ obiecto
imediato qd pōt esse premissa ad infe
rendū quēlibet articulū fidei in specia
li. ꝛ est illud. oīne reuelatū a deo est ve
rū ꝛc. pone exemplū. Nā sicut illud cō
plexū est pncipiū inferendi quēlibet ar
ticulū in speciali. sic habit⁹ fidei infuse
cui⁹ illud est obiectū imediatū inclinat
mediate ad actū elicitū circa quēlibet
articulum virtute illi⁹ complexi. Non
sic tamen ꝙ ille habitus sufficiat cum
intellectu elicere actū credēdi circa ar
ticulū in spāli imo nec ad actū credēdi

illud ꝑncipium qđ est suũ immediatũ obiectũ sicut ptȝ in puero baptisato q hȝ fidẽ infusam ⁊ tñ nullũ actũ põt elicere sine fide acq̃sita. Ex his ptȝ quõ eadẽ fuit fides in antiq̃s patrib⁹ ⁊ modernis. q2 alio mõ in spãli credebãt et alia credibilia ꝙ nos. imo aliquid credebãt qđ nũc est falsum. Credebãt eñ de futuro. nos de preterito. pone exemplũ ⁊c̃. Uñ tũc nõ fuit ꝓprie loquendo idẽ articulus de natiuitate xp̃i q mõ. ⁊ tñ nõ obstãte ista diuersitate fuit ĩ eis ⁊ in nobis vna fides in spẽ. q2 idẽ complexũ fuit obiectũ ĩmediatũ fidei eoꝝ ⁊ nr̃e ⁊c̃.

Z Scđo ex his patet quõ nõ repugnat ꝙ aliquis habeat demõstrationẽ siue sciam. ⁊ tñ nõ ꝑdat fidem infusaȝ. ꝙuis ꝑdat fidẽ acquisitã sicut aliq̃s põt hr̃e fidẽ circa ꝑncipiũ ⁊ noticiã euidentẽ circa ꝯclusionẽ. s. per experiẽtiã. nõ tñ põt simul hr̃e fidẽ acquisitã circa ꝯclusionẽ ⁊ noticiã euidẽtem. Uñ aliq̃s põt habere fidẽ infusaȝ circa istud cõplexũ. oĩe reuelatũ ⁊ ⁊c̃. ⁊ tñ habere scientiã respectu vni⁹ articuli in speciali vt satis ptȝ ⁊c̃. Alio mõ põt r̃nderi. ꝙ nõ est incõueniẽs ꝙ multoꝝ effectuuȝ specie distinctoꝝ sit vna cã equoca. sicut ptȝ de sole respectu hominis ⁊ asini. Et sic fides infusa tanꝙ cã equoca inclinat ĩmediate ad actus credendi oĩm articuloꝝ diuersos spẽ. ⁊ tñ nõ inclinat ad actũ vnũ circa oẽs. q2 nõ inclinat nisi mediãte fide acq̃sita q̃ est diuersa spẽ respectu diuersoꝝ articuloꝝ. Nã quot sunt articuli tot sunt fides acq̃site ⁊ act⁹ spẽ distincti ⁊c̃. Nec est incõueniẽs ꝙ de⁹ causet in intellectu viatoris habitũ fidei infusum inclinantẽ ĩmediate ad credẽdũ oẽs articulos fidei supposita fide acquisita respectu vniuscuiusq̃ȝ. Sȝ vtrum inclinet ad credendũ oẽs vno actu ꝓbabili⁹ videt̃ ꝙ nõ. vt dictũ est. tamẽ neutra pars est euidẽs.

ꝯ Si vero obyciat̃ q̃rẽdo quõ põt saluari vnitas fidei respectu ꝯclusionũ oppositarũ. scȝ Christus moriet̃ ⁊ christ⁹ nõ moriet̃. q2 cuȝ habitus naturaliter inclinet sic inclinat ad actũ suũ ꝙ nõ ad oppositũ. Apl̃i aũt añ passionẽ credebant illud complexuȝ xp̃s moriet̃. ⁊ post. illud. xp̃s nõ moriet̃ ⁊ tñ per eandẽ fidẽ. R̃ndeo ꝙ fides acq̃sita respectu vtriusq̃ȝ cõplexi est alia ⁊ alia sȝ infusa eadẽ. Nec est incõueniens ꝙ cã naturalis ꝯcurrendo cũ alia ⁊ alia cã partiali habeat effect⁹ ꝯtrarios sicut calor cũ humido radicali ꝯseruat ⁊ ꝯfortat. ⁊ sine humido vel cũ humido nõ naturali corrũpit ⁊ ꝯsumit. Sic etiã fides infusa cũ fide acq̃sita inclinat aliq̃ñ ad istaȝ. christus moriet̃. ⁊ aliq̃ñ ad istã christus mortu⁹ est ⁊ nõ moriet̃. sȝ cũ alio habitu vel actu acq̃sito. Eodeȝ mõ põt dici de ꝑmo obiecto spei ꝙ aliqđ cõplexũ est ei⁹ obiectũ ĩmediatũ et mediãte illo inclinat ad alia obiecta secũdaria spei. Et eodẽ mõ etiã de charitate ꝙ obiectũ ei⁹ primũ est aliqđ complexũ. s. de⁹. ⁊ oĩe qđ de⁹ vult a me diligi est a me diligendũ. ⁊ mediante illo tanꝙ ꝑncipio partiali inclinat charitas ad diligendũ ꝓximũ mediate. vel poss⁹ sum⁹ dicere ꝙ ĩmediate inclinat ad oĩa diligibilia charitatiue. Unde si diligaȝ deũ ⁊ oĩe qđ vult a me diligi. ⁊ post cõstet mihi ꝑ scripturã ꝙ vult inimicũ diligi a me. tũc charitas ĩfusa inclinat ad diligẽdũ inimicũ mediante actu suo et charitate acq̃sita ⁊ volũtate siue vt cã mediata siue vt ĩmediata vtrunq̃ȝ põt dici. sed si ꝯstaret ꝙ inimicus eẽt dãnatus sicut in pr̃ia charitas inclinaret ad nõ diligendũ. ⁊ sic eadẽ charitas in via ⁊ in patria inclinat hic ad diligendũ et ibi ad oppositũ ⁊c̃. Et hec de secũdo articulo ꝓ nũc. De tertio articulo nihil hic spãliter tractat̃. q2 ex dictis in p̃io articulo. ⁊ ꝑ tres rõnes añ oppositũ pȝ satis pars negatiua q̃stionis.

Et sic est finis tertij sententiarũ.

A

Circa quartũ sententiarũ. In cui⁹ pma ꝛ secunda distinctionib⁹ magister tractat in generali de sacramẽtis ꝛ de differentia sacramẽtorũ legis christi ꝛ legis Moysi. Quero primo istam questionẽ. Utrũ ex lege christi recepta sit summa pfectio sacramentoꝝ. Arguit ꝙ nõ. Quia si sic hoc maxime esset qꝛ sacramenta legis xpi sunt cause effectiue grẽ sicut videt innuere magister per hoc ponens differẽtiam in littera inter sacramẽta legis xpi ꝛ sacramẽta legis moysi. Sed hoc non valet. quod probo tripliciter. Primo quia sm Augustinum. 83. questi. q. 53. Soli deo conuenit animas illuminare scilꝫ per gratiam. Igitur nihil aliud a deo potest efficere gratiam. quare ꝛc. Secundo gratia creatur in anima. quia licet producatur in subiecto non tamen ex subiecto. quia creatura creare non põt. Nam hoc soli deo conuenit sm Aug. 3. de tri. ca. 7. ꝛ aliis multis locis. igitur ꝛc. Tertio quia supposito ꝙ sacramenta legis xpi efficerent gratiam. tamen propter hoc non concluderetur ipsa esse perfectissima seu perfectiora sacramẽtis legis antique. Nam magister in littera diffinit generalit' sacramentũ qđ est inuisibilis gratie visibilis forma. ita vt eius similitudinẽ gerat ꝛ causa existat. qđ nõ potest intelligi nisi de causa efficiente vt patet inductiue. igitur sacramenta legis antique ita bñ sunt cause effectiue gratie sicut sacramenta legis xpi noue. ꝛ per consequens sequitur propositũ ꝛc. Oppositum arguitur ex lege perfectissima recepta sunt perfectissima sacramẽta. sꝫ lex xpi noua est perfectissima. igitur ꝛc.

In ista questione sicut ꝛ in omnibus sequentibus erunt tres articuli. ex quibus patebit questio. Primus erit iuxta materiam primi argumenti. Utrũ sacramenta legis noue habeant causalitatem effectiuã respectu gratie. Secundus erit iuxta materiã secundi argumenti. Utrum posse creare simpliciter repugnet creature. Tertius erit iuxta materiam tertij argumenti. Utrũ sacramẽta legis noue sint perfectiora sacramentis legis antique ꝛc.

B

Quantum ad primum articulum ponã tres cõclusiones responsales. Quarum prima est ꝙ nullum sacramentũ debet propter hoc dici causa effectiua gratie quia in ipo sit aliqua virtus spiritualis que sit ei principiũ agendi in quantũ est instrumentũ diuine misericordie ꝛ per quã ipm sit causa caracteris vel ornatus aut cuiuscũqꝫ alterius dispositionis in anima ad gratiam preuie. Ista cõclusio est cõtra sanctũ Thomam. pro cuius intellectu eius opinio potest hic sub quattuor dictis breuiter recitari. Primo enĩ dicit ꝙ omnes ponere coguntur sacramenta noue legis esse aliquo modo causas gratie. tam ꝓpter auctoritates sanctorum sicut est illa Augustini super Iohã. omel. 8. vbi dicit. Que virtus ista aque vt corp⁹ tãgat ꝛ cor abluat. Et loquitur de aqua baptismalis innuẽs ꝙ illa abluit cor siue animam. quod non videtur posse fieri nisi causando gratiã tam propter cõmune dictũ. quia dicitur cõmuniter ꝙ sacramẽta noue legis efficiunt quod signant. Secundo dicit ꝙ hmõi sacramenta nõ possunt poni causa gratie sine qua non. quia causa sine qua nõ est tantum causa per accidens. Nam tunc non poneretur in eius diffinitione cui⁹ oppositum fecit magister. Tertio declarat ista opinio qualiter sacramentũ ponendũ sit causa gratie. ꝛ dicit ꝙ causa efficiens distinguit' dupliciter. Uno modo ex parte effectus scilꝫ in causam dispositiuam que inducit effectum primum ꝛ imperfectum. et in causam perfectiuam que inducit effectum principalem et vltimatum. Alio modo põt distingui causa efficiẽs ex parte efficiẽtis scꝫ in causam principalẽ et causam instrumentalẽ. Instrumentũ aũt dupli

cem habet actionem. vnam ex propria natura. aliā ꝑut motū est a ꝑncipali agente. ⁊ quādo habet secūdā simul sꝑ habet ⁊ primā. ⁊ illud ad qḋ attingit ꝑ secundā q̄ ei ꝯuenit inquātū est instrumentū aliqn̄ est terminꝰ ꝑncipalis agētis. ⁊ aliqn̄ est tm̄ dispositio ad illū terminū. Tunc ad ꝓpositū dicit ꝙ aqua baptismalis ꝑ formā suā naturalē habet operationē ꝓpriam. scȝ abluere vel madefacere corpus. Alterꝰ aūt inquātū est instrumentū diuine misericordie habet effectū vlteriorē nō quidē ad gratiā sic ꝙ ipsam attingat in virtute pricipalis agētis sed ad dispositionē preuiaȝ que in quibusdaȝ sacramentis est caracter. in alijs aūt est aliquis ornatꝰ aīe ꝓportionatꝰ caracteri. Quarto dicit ꝙ in sacramentis est aliqua virtus supnaturalis q̄ est ipsis ꝑncipiū agendi inq̄tum sunt instrumēta diuine misericordie. ⁊ hec virtus est ens spirituale incōpletū siue intentionale. multa alia dicit. sed hec sunt ꝑncipalia ad ꝓpositum. Hanc aūt opinionē quo ad singula eius pūcta reprobat multipliciter et diffuse Joh. Scotus li. 4. ad quartam questionē ⁊ ad qntā vnica rōne ꝓbando. ⁊ similiter post eum Ockā in ꝑma q̄stione q̄rti. C Sed qꝛ nolo hic insistere arguo ꝯtra eā vnica rōne ꝓbādo ꝯclusionē ꝑdictaȝ. qꝛ illa positio est irrationabilis que ponit pluralitatē sine necessitate. Nam hoc est ꝯtra doctrinā ph'oꝝ vt patȝ ꝑmo phisicoꝝ de opinione mellissi ⁊ anaxagore. ⁊ 3. de aīa. ⁊ 7. Phisic. Quia eīm natura nihil facit frustra semper vbi paucitas sufficit ad saluandū apparētias magis est ponenda. Et sicut sequēdo rōnē naturalē nihil est ponendū nisi qḋ ratio naturalis ꝯcludit. ita sequēdo fidē nihil est ponēdū nisi qḋ veritas fidei ꝯuincit. Sed ꝑdicta opinio nec ex rōne naturali nec ex veritate fidei cogiꝉ ponere sacramēta legis noue eē causas effectiuas gratie mō superius declarato: vt in sequētibꝰ patebit. Nec est aliqua necessitas imo oīno fictio ⁊ superfluitas ponere vniuersaliter in sacramētis talē virtutem supernaturalē sicut in aqua vel in verbis ꝓlatis. aut ponere in aīa aliquā dispositionē ꝑuiam gratie q̄ sit caracter vel ornatꝰ: qꝛ sine tali pluralitate possunt oīa saluari vt inferius apparebit. igiꝉ ꝑdicta opinio ē irrationalis. ⁊ per ꝯñs ꝯclusio vera. Secūda ꝯclusio est ꝙ nullū sacramentuȝ dȝ ꝓpter hoc dici causa effectiua gratie q̄si deus in sacramento assistat per modū specialis presentie. Ista ꝯclusio est cōtra Henricū de gandauo q̄rto quo. q. 3. vbi tenet ꝙ deus assistit specialiter sacramētis. ⁊ ꝑ hoc vult saluare ꝙ sacramēta sunt cause gratie. Cōtra hoc ꝓ ꝯclusiōe arguit Scotus sic. deus nō est ꝯm essentiā presentiā vel potentiā in aliquo sacramēto plus q̄ in alio corpore. vel si ponatur aliter hoc nō est nisi ad aliquē effectuȝ causandū. Sed ꝙ sic sit ibi nō pōt esse per aliquā causalitatē sacramēti. sacramentū eīm in nullo est causa deū determināns ad causandū effectū sibi ꝓpriuȝ ergo tm̄ est ibi deus aliter q̄ in alio corpore ex determinatiōe scȝ ꝓprie voluntatis qua disposuit sic operari coexistēdo tali corpori. ⁊ ꝑ ꝯñs vel opinio illa falsum ꝑsupponit scȝ deū aliter assistere sacramentis q̄ dictū est. vel ipsa habet ꝯcedere ꝙ ꝓpter spālem assistentiā dei sacramenta nō sunt cause gratie nisi ad istū sensum impropriū ꝙ deus in sacramētis ordinauit sic agere nō ꝙ ipsa sacramēta sic agāt. ⁊ de tali ordinatione ⁊ libera ꝓmissione ipē certificauit ecclesiā. vñ in hoc sensu tenet Scotus ꝙ sacramēta sunt cause effectiue grē ⁊ nō aliꝉ. qḋ ipse diffuse declarat sed trāseo cā breuitatis. etiā qꝛ ista positio satis clara est ⁊ forte clarior q̄ sua declaratio. patet ergo secunda ꝯclusio ⁊c.

D Ad videndū aūt melius quō sacramēta sunt cause gratie ⁊ quō non ⁊ ad saluandū dicta sanctoꝝ doctoꝝ distinguēdū est de causa efficiente. qꝛ eīm cā est illud ad cuiꝰ esse sequiꝉ aliud dupliciter pōt aliquid dici cā. Uno modo ꝓprie. qn̄ ad ꝑntiā esse vniꝰ virtute eiꝰ ⁊ ex natura rei sequiꝉ esse alteriꝰ. ⁊ sic ignis est cā caloris Alio mō improprie

quando ad presentiaʒ esse vnius sequi
tur esse alterius, non tamen virtute eiꝰ
nec ex natura rei. sed ex sola voluntate
alterius: et sic actus meritorius dicitur
causa respectu premij Sic etiam causa
sine qua non dicitur causa. Ex quo se
quitur primo ꝙ causa sine q̄ nō. non de
bet absolute ꝛ simpliciter dici causa. qꝛ
proprie nō est causa. Secūdo sequit̄ ꝙ
in naturalibus nō reperitur aliqua causa
sine qua nō respectu alicuiꝰ effectus. sꝫ
in voluntarijs bene reperitur talis cau
sa quia in naturalibus semꝑ ex natura
rei sequit̄ effectus. sed nō in volūtarijs
Ista distinctiōe premissa pono tertiaʒ
conclusionē ꝙ sacramēta legis noue ꝑ
mo mō non sunt cause effectiue gratie
sed bene secundo mō ꝛ improprie. Ista
conclusio simul quo ad vtrāq; partē ꝓ
batur sic. Ad presentiā sacramētoꝝ ex
virtute ipsorum nō sequitur gratia sed
solum ex virtute alterius scꝫ dei sic agē
tis nec talis sequela est ex natura rei sꝫ
solum ex volūtate libera dei. igitur con
clusio vera. ꝯsequētia tenet ex terminis.
Et an̄cedens patet. quia solum ex eo se
quitur gratia ad presentiā sacramētoꝝ
quia deus sic instituit ꝙ non cōferatur
gratia nisi positis sacramentis et ipsis
positis ꝯferatur. Et si oppositū instituis
set effectus oppositus sequeret̄. Ex hac
distinctione sequunt̄ duo correlaria cō
tra sanctū Thomā. Primū est ꝙ qđli
bet noue legis sacramētū solum est cau
sa gratie sine qua non. et ita possunt in
telligi omnia dicta vl' auctoritates san
ctoꝝ aut doctorū que vidētur sonare ꝙ
sacramenta legis noue sunt cause gra
tie. Unde quando magister et sancti di
cunt ꝙ sacramenta noue legis efficiunt
quod figurant nō est intelligendum ꝙ
proprie efficiant gratiaʒ sed ꝙ deus ef
ficit eam ad eorum presentiā et hoc suf
ficit magistris ꝛ alijs ad ponendū diffe
rentiam inter noua ꝛ antiqua sacramē
ta. Secūdo sequit̄ ꝙ nullū sacramētū
legis noue siue ꝑ virtutē propriaʒ siue
ꝑ virtutē ei collataʒ est ꝓprie causa effi
ciens alicuiꝰ dispositiōis in aīa ad gra
tiam preuie. Patꝫ. quia talis ratio pōt
fieri de tali dispositiōe sicut facta est de
gratia. hoc etiā diffuse probat Ockam
in solutiōe prime questiōis quarti libri
E Contra istud correlariū et se
cundā partē questionis arguo sic. ꝛ pro
bo ꝙ sacramentū sit proprie causa gra
tie et etiā dispositionis ad eam preuie.
quia videtur ꝙ omne illud quo posito
ponitur aliud sit ꝓprie causa illius. Nā
de ratione cause ꝓprie dicte nō est ꝙ ad
ipsam necessario sequatur effectus aut
ꝙ non possit poni sine ipsa. qꝛ ignis est
proprie causa caloris et tamē nō neces
sario sed mere cōtingenter ad ignē seq
tur calor sicut patuit de igne triuꝫ pue
rorum in fornace. similiter calor etiam
igne presente potest produci igne. nihil
causante sicut patꝫ si deus de se solo ꝓ
duceret calorē suspēdēdo actiōeʒ ignis
presentis. Igitur ad hoc ꝙ aliqđ sit ꝓ
prie causa alterius sufficit ꝙ ipō posito
ponatur illud et ipso non posito nō po
natur. sed sic est đ sacramētis respectu
gratie ꝛc. igitur ꝛc. Et cōfirmatur. qꝛ si
cut ad presentiā sacramentoꝝ sequitur
gratia solū ex voluntate alterius scilicꝫ
dei sic volentis. ita ad presentiaʒ ignis
sequit̄ calor solum ex voluntate dei. qꝛ
ipso sic volente sequitur calor. ꝛ ipō sic
non volente nō sequitur. Igitur ita ꝓ
prie sacramenta sunt cause gratie sicut
ignis est causa caloris. cuius oppositū
dictū est. Pro solutione huiꝰ dubij po
no aliquas propositiones. Prima est
ꝙ quādocūq; deus facit aliquē effectuꝫ
mediante causa secunda ipse nō solum
facit illum effectū sed etiā facit causam
secundā esse causam illiꝰ effectus. Pro
batur. qꝛ deus facit omne positiuū. cau
sam aūt secūdaʒ causare effectum suuꝫ
est quid positiuū. igitur ꝛc. Secunda
propositio sequēs ex predicta est ꝙ deꝰ
nihil facit fieri per aliud quin illud idē
facit per seipsum. imo prius natura et
principalius facit illud. Tertia: plus
facit deus faciendo aliquē effectuꝫ me
diante causa secūda q̄ si faceret eundē
effectum se solo. quia in prima factione
sunt plures termini diuie actiōis q̄ in
secunda factione. vt patet ex prima ꝓ

positione. Quarta ꝓpositio est ꝙ nulla causa secunda sic est ꝓprie causa alicuius effectus nec aliquis effect⁹ sic ex natura rei sequitur ex aliq̃ causa secunda ꝙ causa necessario inferat effectũ vł ꝙ effectus necessario presupponat illã causaꝫ imo effectus pure contingenter sequitur ex secũda. ⁊ secunda causa pure contingenter antecedit effectum suũ

Quinta ꝓpositio ꝙ non obstãtibus p̃dictis aliqua causa efficiẽs secunda sic est proprie causa ꝙ ipsa agit effectũ virtute propria. dico autẽ virtute propria non quidem propria per exclusionẽ virtutis extranee vel aliene. sed virtute ꝓpria id est virtute que est in ipa vł que est ipsamet et nõ sibi aliena. Sic enim ignis agit calorẽ virtute propria scilicꝫ aliq̃ virtute que nõ est sibi aliena. Nec tamen excludo quin agat virtute dei q̃ est sibi virtus aliena ⁊ a sua ꝓpria virtute distĩcta. ¶ Sexta propositio est. Aliqua est causa efficiẽs secũda ad cuius positioneꝫ sequitur effectus non solum ex volũtate dei sed ex natura rei et sola talis causa secũda est causa proprie dicta. Ista patꝫ ex precedẽte. quia effectus qui sequitur ad positionẽ cause et hoc ex virtute propria ipsius cause non solum sequitur ex voluntate dei sed ex natura rei. Ex his patꝫ ad formam articuli. vnde quando dicit̃ de ratione cause ꝓprie dicte nõ est ꝙ ad ipaꝫ necessario sequatur ꝛc. Ideo sufficit ꝙ ipsa posita ꝛc. concedo antecedẽs quia facit pro quarta propositione posita. sꝫ nego cõsequẽtiã. quia nec primum requiritur nec secundũ sufficit ad hoc ꝙ causa secunda sit causa ꝓprie dicta sed requiritur et sufficit ꝙ posita ipa ponatur effectus. scꝫ ex virtute ipsius cause et nõ solum ex voluntate dei sic aũt nõ est de sacramentis ꝛc. Ad cõfirmationẽ aũt quando dicitur ꝙ ad presentiam ignis sequitur calor solum ex voluntate dei. nego istud. quia quãdo ignis producit caloreꝫ talis calor sequitur ex voluntate dei pricipaliter. sed tamẽ vna cũ hoc virtute ignis. Et quando probatur oppositũ qꝛ deo sic volẽte sequit̃ calor ꝛc. Dico ꝙ hoc est verum. sed non est ideo verum ꝙ ille calor sequatur solũ ex voluntate dei. sꝫ qꝛ cessante voluntate dei cessant singula ex quib⁹ ille calor sequitur seu ponitur in esse ideo. ꝛc. Unde concedo istam septimã propositionem ꝙ licet ad p̃sentiã cause secunde ꝓprie dicte sequatur effectus nõ solum ex voluntate dei sed ex virtute ipsius cause et ex natura rei. tamen ꝙ ad presentiã alicuius cause secunde sequatur aliqs effectus virtute ipsius cause seu ex natura rei. solum est ex voluntate dei. Nã hoc solum est quia deus vult taleꝫ causam assumere ad cooperandum sibi talem effectum quem si vellet posset sine ea producere. Ex qua sequitur octaua propositio ꝙ licꝫ omnis cã secunda proprie dicta causet effectuꝫ ex natura rei. tamẽ ꝙ ipsa sit causa proprie dicta non est ex natura rei quia solum ex volũtate dei. Et hec de p̃mo ar. q. sufficiãt

B Quantum ad secundũ articulum videndũ est. vtrum posse creare simpliciter repugnet creature. qꝛ etiaꝫ hanc materiam tangit magister capitulo vlti. 5. disti. q̃rti li. vbi videtur tenere ꝙ potentia creandi saltem ministerialiter seu instrumetaliter est cõmunicabil' creature. s. sacramẽtis seu ministris sacramentorum. cuius oppositũ videtur probare secunda ratio. q. Unde pro intellectu huius materie premitto vnam distinctionem. scꝫ ꝙ creare seu creatio in philosophia ⁊ in theologia solet capi q̃druppliciter. et tot modis sumitur annihilare. qꝛ quot modis dicitur vnum oppositorum tot modis dicitur et reliquũ

Primo mõ creare cõmunissime ⁊ largissime sumitur pro vt idem est ꝙ facere aliquid esse post non esse. ⁊ correspõdenter annihilare est facere aliquid nõ esse post esse. Et sic accipit cõmentator creare. 3. de anima vbi dicit ꝙ intellect⁹ creat intellectioneꝫ. Et hoc modo generatio nõ differt a creatiõe vł corruptio ab annihilatione. ꝺm hunc modũ clarũ est ꝙ creatura potest creare ⁊ etiam annihilare. ideo de ista acceptiõe nihil dicam. qꝛ etiam nec est ꝓpria. Secundo

sumitur creare minus cōmuniter et mi
nus large prout idē est ꝙ facere aliqd
esse post non esse ab illo agēte quod po
test hoc sine causali influxu materie vł
subiecti.et correspondēter potest sumi
annihilari seu annihilatio.et sic accipit
creare.quādo dicit ꝙ omnis res est crea
tor vel creatura. quia licet deus produ
cat multa ex subiecto sicut oēs formas
materiales. tamen dicit omnia creare.
quia omnia potest ꝓducere sine causa
li influxu materie vel subiecti. Et ſm
hunc modū possibile est idem creari ⁊
generari. ⁊ idem annihilari ⁊ corrumpi
Multa enim hoc modo creantur q̄ etiā
generantur et producuntur ex materia
vel subiecto. Unde hic et in sequentibꝰ
cū loquor de materia non intelligo so
lum materiam primā que est subiectū
formarum substantialium sed per ma
teriam intelligo quodlibet subiectū de
cuius potentia potest educi aliqua for
ma.et sic intellectus est materia sue in
tellectionis sic etiam eadē res est mate
ria et forma. Nec ista acceptio est impro
pria.qꝛ sic capit philosophus materiā
2.phisicoꝝ.⁊.5.methaphisice.quādo di
stinguit quattuor genera causarū.s.ma
teriam:formam:efficientē.et finē.qꝛ ali
ter nō oīs cā reduceret ad aliquā istaꝝ

Tertio mō sumit creare magis stricte
et magis ꝓprie ꝓut idē est ꝙ facere ali
quid esse post nō esse sine concursu cau
sali seu influxu materie vł subiecti sine
subiecto presupposito ex quo illud fiat
et correspondēter potest sumi annihila
re. Et sic accipitur creare quando dicit
ꝙ anima creat vel grā in aīa.quia licet
gratia vel aīa ꝓducatur in subiecto nō
tamen ex subiecto. Nam in suo fieri vł
suo esse non dependet causaliter a sub
iecto. Et isto modo capiendo creare nō
est possibile idem simul creari et gene
rari aut annihilari et corrūpi quia crea
tio et annihilatio non p̄supponunt sub
iectum ex quo generatio vero et corru
ptio illud presupponunt. Et ſm hanc
acceptionem non est bona diuisio entis
ꝙ omne ens est creator vł creatura ⁊c.
quia sic nullum ens generatū est crea
tura. Nam om̄e generatum fit ex sub
iecto. Et intelligo omnia ista de ꝓducti
one ad extra:qꝛ de ꝓductione ad intra
non eēnt vera. Nā filius dei nō ꝓducit
ex subiecto:⁊ tñ non creat sed gnatur.
Clarū est igitur ꝙ nō stat aliquid crea
re vel aliquid creari isto tertio modo ⁊
nō secundo modo prius dicto:sed bene
econtra. tamen quicquid potest creare
isto modo potest creare secūdo modo ⁊
econtra. Ideo de secūdo modo nihil di
cam: quia dicto tertio patet de illo.

Quarto modo sumitur creare satis
stricte ⁊ satis ꝓprie licet non capiatur
sic cōmuniter prout idē est ꝙ facere ali
quid esse post non esse ab agēte se solo
causante ⁊ sine concursu alterius cause
efficientis.siue producat ex subiecto si
ue non.et correspondenter potest sumi
annihilare. Et sic capit creare Gen̄.1.c.
vbi dicitur.creauit deus oēm animā vi
uentem ⁊c. Non eīn oportet intellige
re ꝙ deus tunc creauit oēm aīam ex ni
hilo.sed ideo oēm talē aīam creasse di
citur qꝛ se solo produxit licet ꝓduxerit
ex subiecto. Et ſm istum modum patet
ꝙ bene stat idem simul creari et gene
rari:quia ille anime de quibꝰ dictū est
fuerunt create:quia a solo deo facte. et
tñ fuerunt generate:qꝛ ex subiecto pro
ducte. Sic ergo patꝫ quomodo creare
dicitur quattuor modis. De qbus quat
tuor duo vltimi magis sunt ad proposi
tum.ideo de illis solum ponā tres con
clusiones. ¶ Prima ꝯclusio est
ꝙ capiendo creare ⁊ annihilare quarto
modo per nullam potentiam siue ordi
natam siue absolutam creatura potest
creare vel annihilare. Secunda est
ꝙ capiendo creare et annihilare tertio
modo et loquendo de potentia natura
liter ordinata nulla creatura potest cre
are vel annihilare. Tertia est ꝙ capi
endo creare ⁊ annihilare isto tertio mō
et loquendo de potentia simpliciter ab
soluta quelibet creatura potest creare
et annihilare. Et istam tertiā nō assero
qꝛ communiter negatur ab omnibus:sed
eam solum pono probabiliter ⁊ dispu
tatiue. Prima conclusio probat sic.

per nullam potentiam creatura se sola
aut sine alio agēte ꝯcurrēte pōt facere
aliqd esse post nō esse: vel aliqd nō esse
post esse. igit̄ ꝯclusio vera. ꝯña est clara
et añs pȝ: qꝛ creatura nihil oīno potest
nisi deo ꝯcurrēte. Nam sicut necessario
deus est oīpotēs: ita necessario si aliqd
fit ipse est omīfaciens. ⁊ etiā si aliqd de
esse trāsit in non esse: ipse respectu illi⁹
subtrahit suā influentiā cōseruatiuam
ac ꝑ hoc ipē est illius causa destructiua
Et hoc tenendū est ex fide licet nō pos-
sit ꝓbari euidēter. ⁊ sic ptȝ de q̄rto mō
creandi: de quo breuiter trāseo: qꝛ de il
lo modicum loquunt̄ doctores. Scd̄a
ꝯclusio ꝓbatur. circa cuius ꝓbationeȝ
dico duo. Primo dico ꝙ ipsa non pōt
ꝓbari euidenti ratione. Tum p̄mo: qꝛ
oīs ꝓbatio eius potest apparenter sol-
ui etiā sequendo purā ph̄iam natura-
lem. Tum secūdo qꝛ puri ph̄i posuerūt
oppositū sicut Auicenna qui concedit
creaturā creare posse. imo de facto crea
re: sicut ptȝ. 9. methaphi. vbi ipse ponit
intelligentiam secundā esse causam ꝓ-
ductiuam tertie: ⁊ tertiam quarte ⁊ sic
deinceps. illa aūt intelligentia secundo
vel tertio ꝓducta creata est. ⁊ ꝓductio
vtriusq3 creatio est: eo modo quo ipē lo
quit̄ de creatione et creatura. 6. meth.
prout scilicet creatio est ꝓductio de ni-
hilo: et est post nihil nō ordine duratio
nis sed ordine nature ꝓut ipse exponit
ibideȝ: vel de nihilo id est nō de aliquo
ipsius ꝓducti supposito. Hoc ergo mo
do ipse ponit intelligentiaȝ scd̄am pro
ductam a deo ⁊ tertiā a scd̄a nullo pre-
supposito. et capere esse post nō esse or
dine nature: sed non durationis: qꝛ nō
ponit nouitatem: ⁊ iste modus ponēdi
est bene subtilis ⁊ valde probabiliter su
stinibilis. nec oppositum posset euiden
ter ꝓbari. Ex quo ptȝ error Aristotelis
⁊ sui cōmentatoris qui reputauerūt p̄n
cipium euidens ꝙ ex nihilo nihil fit: si-
ue ꝙ omne quod fit: fit ex aliquo: quia
nec est euidens nec euidenter probabi-
le. Et sic ptȝ ꝙ predicta secūda conclu
sio non potest euidēter ꝓbari sicut dixi
I Dico tamen secundo ꝙ ipsa
potest apparenter probari. Unde eam
nisus est probare multipliciter sanctus
Thomas. sed oēs rationes eius repro-
bat Scotus. eo ꝙ ille supponunt mul-
ta falsa sicut ipse ostendit in prima. q.
quarti. ideo ipse facit alias ratiōes q̄s
etiam refellit Ockam. q. q̄rta secundi.
ostendens ibi eas non procedere ex ve
ris. Nolo tū̄ hic insistere: sed probo seu
persuadeo ꝯclusionem ostendendo pri
mo ꝙ de potētia naturaliter ordinata
nulla creatura pōt creare id est aliquid
facere esse sine subiecto ꝯcurrente. Se
cūdo ꝙ nec potest annihillare. Primū
probatur sic: qꝛ si creatura posset crea-
re: hoc esset vel naturaliter vel libere.
Primo nō potest dici ꝙ naturaliter: qꝛ
agens qd̄ equaliter se habet ad plura
producibilia eiusdem rōnis q̄tum est
de se: vel omnia ꝓducit vel nullū: quia
non est ratio quare illud ⁊ nō istud. sed
agēs naturaliter equaliter se habet ad
omnia producibilia eiusdeȝ rōnis quā
tum est de se: imo est ad infinita ⁊ agit
scd̄m vltimum potētie. igit̄ si possit pro-
ducere vnum non requirēdo subiectuȝ
receptiuum ex quo producat pari rati-
one ꝓducet omnia ꝓducibilia eiusdeȝ
rationis cum illo: ⁊ per ꝯñs poterit ꝓ-
ducere infinita. hoc autē est falsum: igi-
tur ⁊c̄ Secundo non pōt dici ꝙ cre
atura possit creare libere seu ꝑ liberuȝ
arbitrium: quia sic non pōt creare nisi
mediāte suo velle: ⁊ tūc si ponat̄ ꝙ pōt
creare ꝑ suuȝ velle: vel hoc erit sic ꝙ eo
ipso ꝙ vellet ipsum producibile esse ip
sum esset. vel sic ꝙ volitio posita esset
causa ipsius producēdi seu creandi. Si
secundo modo cum volitio posita ⁊ cau
sata naturaliter causet illud cuius est
causa. patȝ ꝙ redit idē argumētum qd̄
factum ē de actiuo naturali. Si primo
modo cum voluntas creata possit velle
infinita equaliter sicut finita ⁊ eque le-
uiter. igitur poterit creare etiam infini
ta: ⁊ si non per vnam volitionē. tamē ꝑ
infinitas volitiones successiue. hoc au-
tem videtur falsum sicut ꝓus. quia nō
videtur esse finite potētie posse ꝓduce
re infinita. Hanc ratiōem ꝓlixe tractat

Adam prima questione quarti. ipsam fortificando et declarando. et videtur mihi quod ipsa bene concludit quod creatura secundum potentiam naturaliter ordinatam seu virtute sua naturali non potest aliquid creare seu aliquid facere et non ex subiecto. et hoc tenuerunt philosophi propter experientiã. quia viderunt in multis taz artificialibus quam naturalibus quod omne quod fit. fit ex aliquo sicut vestis ex pãno: pãnus ex lana. ignis ex lignis et sic de alijs. Et non viderũt instantiã in aliquo. ideo tenuerũt quod quicquid facit aliquid de nouo facit illud ex aliquo nec potest illud facere ex nihilo. et hoc ẽ bene verũ secundum potentiaz naturaliter ordinatam. tamen videtur mihi quod cũ omnibus predictis stat quod de potentia simpliciter absoluta creatura possit creare quia deus absolute posset creature supernaturaliter cõmunicare potentiã creãdi. sicut patebit in tertia conclusione quamuis Adam teneat oppositum et cõmuniter oẽs. Secundum probatur scz quod nec etiaz creatura potest naturaliter seu de potentia naturali annihilare. quia agens naturaliter semper intendit per prius productionez alicuius quam destructionez alterius. ideo quod potest annihilare potest creare &c. Unde videmus per experientiaz quod in operationibus naturalibus semper ad destructionẽ vnius sequitur productio alterius. ideo dicit Aristoteles primo de generatione quod semper corruptio vnius est generatio alterius. igitur &c. Sed contra predictã conclusionẽ sunt tria dubia. Primũ est vtrum deus possit creare mediante creatura ipsa creatura pure naturaliter agente. Et videtur quod sic. quia deus creat animã humanam mediante homine ipso homine pure naturaliter agente. aliter in productione hominis homo non esset causa efficiens naturalis. igitur videtur quod creatura naturaliter possit creare saltẽ partialiter et instrumentaliter. Secunduz dubium est. quia videtur quod creatura possit annihilare. quia peccatum mortale destruit gratiam et infidelitas fidem. sed destructio gratie vel fidei est annihilatio sicut earum productio est creatio igitur &c. Tertium dubium est contra modũ probandi conclusionem. quia per similẽ rationẽ probaretur quod creatura nõ potest naturaliter generare. quia arguitur sic. omne agẽs naturaliter non impeditum respiciens plura producibilia equaliter producit quodlibet vel nullum. Sed omne agẽs naturaliter equaliter respicit omnẽ formam producibilẽ de potẽtia huius materie ab ipso in eã. Et similiter illa materia vel subiectum indifferenter est in potentia ad receptionẽ cuiuslibet illarũ quia nec habent ordinez ad agens nec ad passum cum quelibet illaruz omnino nihil sit. igitur producit quãlibet talez et per cõsequẽs potest producere infinitas vel nullã potest &c. Itez si illa ratio aliquid probat nõ videtur aliud probare nisi quod creatura nõ potest aliquid producere nisi in receptiuo sicut animã et gratiã. igitur &c. Pro solutione primi dubij sciendum est quod deum creare mediante creatura potest intelligi dupliciter. Uno modo quod deus creet aliquid creatura illud idez producente. sicut celum agit mediãte lumine calorẽ. quia lumẽ secum agit calorẽ. Et sic loquẽdo deus non potest creare mediãte creatura. ipsa creatura naturaliter agẽte seu secundum cursum nature. quia si deus sic faceret essz miraculum. Utrũ autẽ possit sic facere videbitur in tertia conclusione quod sic. Alio modo potest intelligi deum creare mediãte creatura quia dat potestatẽ creature aliquid faciendi in aliquo receptiuo quo facto ipse vult immutabiliter causare. sicut dedit potestatẽ homini sic disponendi materiã in generatiõe hominis quod ipsa sic disposita ipse immutabiliter velit animã intellectiuã creare. Et isto modo posset deus multa creare per creaturam seu mediante creatura. que ipse de facto sic non creat. Sic enim potest cõferre sacramẽtis vel ministris sacramẽtorum potentiaz creãdi id est causandi aliquem effectum naturalem vel faciẽdi aliquid naturaliter circa aliquod subiectum vtpote circa puerum baptisatũ

quo facto immutabiliter ipſe vult creare. hoc autem potuit ſed non fecit. ſicut dicit Auguſtinꝰ omelia. 5. ſuper Johannem. et allegat illud magiſter quarto libro diſtinctiõe. 5. Et ſic dicit Scotus et Adam poſt eũ ꝙ magiſter intelligit in illa diſtinctione deuz poſſe cõicare creature potentiã creandi licet hoc non cõmunicauerit de facto ſacramẽtis vl' miniſtris ſacramentorum. ❡ Pro ſolutione ſecũdi dubij pono aliquas ꝓpoſitiões. Prima eſt ꝙ nec peccatũ mortale actiue deſtruit gratiam nec infidelitas fidẽ infuſam. Secunda ꝙ infidelitas bene deſtruit actiue fidem acquiſitam. quia illa deſtructio nõ eſt annihilatio ſed corruptio. ſicut productio fidei acquiſite eſt naturalis generatio. Tertia eſt ꝙ peccatum mortale demeritorie deſtruit gratiã ⁊ infidelitas fidẽ infuſam deus aũt ſolus actiue deſtruit eas. ſcꝫ non conſeruando ſeu ſubtrahẽdo influentiã manutenentie ſue ab eis Quarta propoſitio eſt ꝙ q̃ cito ponitur caſus culpe mortalis tam cito ⁊ nõ prius vel poſterius tempore vl' natura deus annihilat gratiã. Exemplũ de obſtaculo luminis. Ad tertium dubium poteſt reſponderi dupliciter. Uno mõ ſm Ockã qui tenet ꝙ idẽ agẽs naturale ↄ eodẽ paſſo non eſt inaternum natũ producere niſi vnicum indiuiduũ eiuſdẽ rationis adequatũ ſue actiuitati ex eodẽ paſſu ſm numeruꝫ. ⁊ ꝙ iſta forma rediret quotiẽs idẽ agẽs produceret indiuiduuꝫ eiuſdẽ ſpeciei ex illa materia Et iſtud tenet Scotus in libro quarto eſſe multuꝫ probabile ⁊ magis videtur ad hoc declinare. Et ſm iſtum modum leuiſſime reſpondetur ad illaꝫ obiectionem que fiebat contra illã rationẽ concluſionis ſicut patꝫ intuẽti. Sed Adaꝫ reprobat illud ⁊ oſtẽdit ꝙ idẽ agẽs numero poſſit ↄ eadẽ materia numero ꝓducere diuerſa idiuidua ſue virtuti adequata. ſicut ignis ↄ eadẽ materia multos ignes ſucceſſiue ꝓducere põt. quorum quilibet proportionetur actiuitati ſue. Uide proceſſum ſuuꝫ ſi placꝫ. quia tranſeo cauſa breuitatis. Secũdo mõ poteſt reſponderi ſm hãc viam ad illã obiectionẽ. pro quo pono aliquas ꝓpoſitiones. ❡ Prima ſit hec ꝙ agẽs naturale poteſt producere infinita imo aliquod eſt agẽs naturale quod non põt producere quin producat infinita quia aliquod eſt agẽs naturale qđ non poteſt ꝓducere niſi producat ens continuum. ⁊ quodlibet tale ẽ infinituꝫ quia infinite partes proportionabiles. Secunda eſt ꝙ nullum agẽs naturale poteſt ꝓducere infinita actu ſeꝑata. pꝫ quia non eſt poſſibilis infinita multitudo indiuiduoꝝ actu ſeperatoꝝ. Tertia eſt ꝙ infinita actu ſeꝑata eiuſdẽ rationis põt agẽs naturale naturaľr producere ſeu generare ↄ quolibꝫ paſſo de quo põt vnũ indiuiduũ producere. pꝫ qꝛ cum vnum poſſit producere ⁊ nõ ſolum vnum vt dictum eſt ſed plura eiuſdem rõnis ſequitur ꝙ nõ tot poteſt ꝓducere quin plura poſſet. ⁊ hoc ſi duraret igitur. ⁊c. Quarta ꝓpoſitio eſt ꝙ nullum agens naturale poteſt naturaliter ꝓducere ex aliquo ſubiecto ſeu paſſiuo niſi vnicũ indiuiduũ vna vice. ⁊ iõ agens q̃uis ſit de ſe indeterminatũ ad recipiendũ iſtud vel illud tamẽ paſſum nõ eſt naturaliter natũ ſuſcipere plura ſimul. Ideo agens ex ſubiecto determinatur ab ipõ ſubiecto naturaliter ad ꝓducendũ vnicũ vna vice q̃uis nõ determinetur ab ipſo paſſo ad plus producẽdũ illud quod producit primo q̃ aliud ſecundo producibile de eodeꝫ. Si vero queras a quo ſic determinatur. Reſpondet Adam ꝙ ab agente libero. ſcꝫ a deo ipſum ſcđm agẽs ꝑuenfente et libere determinãte ad producẽduꝫ iſtud indiuiduũ plus vel prius q̃ aliud. Unde dicit ꝙ ex hoc ſumitur efficaciſſimũ argumentũ ad probandũ ↄtra philoſophos maxime Ariſtotelẽ et ſuũ ↄmẽtatorẽ deum eſſe agẽs liberũ libertate cõtingentie. Et hoc idem poſt eum tenet Gregorius libro. 1. in materia de intentione formarũ. Ex predictis patꝫ faciliter ſolutio ad obiectionẽ contra rationem concluſionis. Sed ad confirmationem eiuſdeꝫ obiectionis quãdo dicitur

ꝙ si illa ratio aliquid probet non videt̄ aliud probare nisi ꝙ agens creatū non potest aliquid ꝓducere nisi in subiecto nō cū hoc stat ꝙ possit creare ⁊c̄. Hic dico primo ꝙ stat aliqd produci in subiecto. ⁊ nō produci ex subiecto. vnde bn̄ probat ratio. Unde differentia est inter illa sed bene difficile est illam explicare verbis. hoc aūt debet videri super secūdo libro. Dico secundo ꝙ non stat naturaliter agēs creatuꝫ aliquid agere in subiecto et illud nō agere ex subiecto. Ideo ratio conclusionis procedit. quare ⁊c̄. Utrum autē agens creatum absolute possit aliquid facere in subiecto et nō ex subiecto teneo ꝙ sic. qꝛ cū vtrūqꝫ scꝫ producere in subiecto et producere ex subiecto cōueniat agenti creato et ꝓ̇mum absolute possit separari a secūdo Non videtur quin primū absolute possit in esse sine secūdo. q̄re ⁊c̄. ¶

Tertia cōclusio probatur. Circa quaꝫ sciendū est ꝙ sicut dicit̄ ꝙ ꝯcus aliquid potest de potētia absoluta quod nō potest de potētia ordinata. ita dico đ creatura. ideo concedo probabiliter ꝙ licet creatura đ potētia naturali seu naturaliter ordinata non possit creare vel annihilare. vt dictū est tn̄ ista potest de potentia simpl̄r absoluta .s. supernaturaliter seu miraculose. Et ħ capiēdo creare et annihilare tertio mō. Unde arguitur ꝑ̇mo sic. nō apparet aliq̄ ꝯtradictio ꝙ deus vellet vel absolute posset velle creaturā actiue facere aliquid esse post non esse vel nō eē post esse sine passo ꝑ̄supposito. ex quo sic ageret. igit̄ hoc est absolute possibile. Scđo arguit̄ sic cōfirmādo ꝑ̄dictā rationē. qꝛ si posse creare absolute repugnaret creature ħ esset maxime. quia necessarie esset ꝙ virtus creatiua sit infinita. sꝫ ꝓbo ꝙ hoc nō sit necessariū absolute. qꝛ aut hoc esset rōne termini ꝓductiōis id ē ipsius ꝓducti aut rōne ꝓductiōis aut rōe distātie inter terminū a quo ⁊ terminū ad queꝫ scꝫ inter esse ⁊ nō esse. Sꝫ ꝑ̇mū nō valet. hoc eni non exigit infinitatē. qꝛ oīs termin⁹ creatiōis est finitus. Nec secūdum. cū oīs modus creationis sit finit⁹ quia est aliquid extra deū. Nec tertium quia ipa ꝓductio est finita cum sit creatura vel aliquid in creatura. Nec quartum quia nulla est ibi distātia positiua nec priuatiua. Et de hoc bene ꝓsequit̄ Scotus ꝯtra Thomā. i. q. super quarto et alibi in prima. ⁊ alijs multis locis Et etiaꝫ sicut bene dicit Ockā illa causa de distātia terminoꝝ nihil valꝫ. quia si valeret ita cōcluderet ꝙ creatura nihil posset facere. Nam tāta distātia est inter terminū a quo et terminū ad quē productionis naturalis sicut creatiōis si aliqua sit ibi distantia. igitur nō apparet ratio cur potentia creatiua necessario debeat esse infinita. ⁊ ꝑ ꝯsequēs cur non sit absolute cōmunicabilis creature. Tertio arguit̄ sic. quia licet de⁹ talem legem naturalē rebus ordinauerit ꝙ vnus angelus nō ꝓducit aliū angelum. tamen nō apparet aliq̄ ꝯtradictio cur hoc non possit absolute sicut ignis potest ꝓducere ignē. cū sit ꝑfectōis posse ꝓducere sibi simile. ⁊ angel⁹ sit multo perfectioris speciei q̄ ignis. Quarto probo ꝙ de facto creatura sepe creat ⁊ deinde ꝙ annihilat. ⁊ arguo sic. Quicquid conseruat aliquid et non ex subiecto creat illud quod sic cōseruat sꝫ creatura sepe conseruat aliqd ⁊ non ex subiecto. igitur creat ⁊c̄. maior videtur vera. sed minor patet de accidētibus que sunt in eucharistia que conseruantur a causa naturali non in subiecto ita bn̄ sicut quādo erant in subiecto. Ad istam rationē respondet Ockam in secūdo libro dupl̄r. Uno mō ꝙ accidētia eucharistie conseruant̄ a solo deo ⁊ nō a creatura. Alio modo ꝙ nō est simile đ creatione et conseruatiōe. quia aliter agēs respicit productum in actu et aliter nō productum quia ad quodlibet producibile non ꝓductū est indifferēs ⁊c̄. Ideo concedit ꝙ creatura potest seruare aliquid sine subiecto: sed non creare ⁊c̄.

Sed prima responsio non videtur valere. quia apparet sensui humano ꝙ illa accidentia conseruantur a creatura sicut anteq̄ erant sine subiecto. igitur non est magis negandum ꝙ conseruan

tur a creatura post q̄ ante. antecedens est notum cuilibet ⁊ pña tenet. quia in fide xpi nunq̄ neganda est apparentia sensus naturalis bene dispositi nisi vbi expressa auctoritas fidei vel efficax ratio assumpta ex his q̄ sunt fidei adhoc cogit. Sicut negamus q̄ eucharistia sit panis q̄uis hoc eque appareat post prolationē verboꝝ sacramentaliū sicut ante. quia ad hoc negandū cogit expressa auctoritas vel ratio ⁊c. sicut patz intuēti. igitur ⁊c. Similiter secūda responsio non videt valere. quia probo q̄ conseruare aliqd ⁊ nō ex subiecto sit creare. Ad cui⁹ pbationez pono aliquas ppositiones. Prima est q̄ cōseruatio alicui⁹ rei est eiusdez rei continua pductio ita q̄ omne qđ ab aliquo ↄ̄seruat ab eodē ↄ̄tinue pducitur. Ista propositio manifeste est de intentione Auicēne vbi prius allegat in secūda cōclusiōe. Et patet etiā fm phiam aristotelis qꝛ fm eum non sunt nisi quattuoꝛ modi causarū. scꝫ materialis. formalis. efficiens. ⁊ finalis. Sed cōstat q̄ conseruare est causare. ⁊ esse ↄ̄seruatorem est esse causam. sed hec causalitas non est causalitas materialis formalis aut finalis vt notū est igitur est causalitas efficiens. ⁊ per pñs conseruare aliquid ē efficere seu pducere illud. quare ⁊c.

Secunda est q̄ oīs pductio alicui⁹ ⁊ nō ex subiecto est creatio. bene tñ verū est q̄ noua pductio alicui⁹ ⁊ nō ex subiecto est noua creatio ⁊ pductio talis q̄ nō est noua sed cōtinua est ↄ̄tinua creatio. Et ita ex duabus ppositionibus pꝫ q̄ conseruatio alicui⁹ nō ex subiecto q̄uis non sit noua productio tñ est pductio cōtinua. ⁊ per pñs q̄uis non sit noua creatio tñ est creatio ↄ̄tinua. Unde pro maiori intellectu predictoꝝ sit hec tertia ppositio q̄ q̄uis isti termini productio ⁊ cōseruatio pro eodē supponāt vt iam dictū est tamē diuersa connotāt ⁊ etiā pductio se habet in plus q̄ conseruatio. quia iste termin⁹ productio dicitur generaliter de illo qđ est ab alio siue de nouo siue nō. conseruatio vero solūz dicitur de illo quod est ab alio ⁊ nō de nouo sic q̄ non sit ab eo primo sed prius fuit ab eo ⁊c. Ex his omnib⁹ sequitur quarta ppositio q̄ hec pña non valꝫ hoc incipit creari. ergo hoc incipit produci. Nec ista. hoc de nouo creatur. ergo de nouo pducitur. Ptꝫ. quia añs est verū de accidente eucharistie immediate post ↄ̄secrationē panis. ⁊ per pñs de eodē est falsum. igitur ⁊c. Quinto ad principale arguit sic. Approximet hostia consecrata igni: certum est q̄ ibi producet calor ⁊ tñ nō in subiecto. Sꝫ non est negandū q̄ ille caloꝛ pducatur ab igne cū hoc appareat sensui ⁊ fides non cogat illud negare. igit ignis creat ibi calorem ⁊c. Sexto arguit q̄ creatura annihilat quia approximet hostie cōsecrate aliquod agens naturale corruptiuū albedinis certū est q̄ illa albedo destruetur. ⁊ per pñs annihilabitur. Sed non est negandū illā destructionē seu annihilationē esse ab illo agente naturali cū hoc appeat sensui ⁊c. sicut immediate arguebat. igit ⁊c. Sed ad hāc rationē rñdet Ockam in quarto dupl̄r. Uno modo q̄ accidens sepatum nulla virtute creata pōt corrūpi. qꝛ hoc esset p annihilatonē ⁊ nulla creatura pōt annihilare sicut nec creare. ⁊ istam rōnem ipse simpliciter tenet in scđo. q. 5. ⁊ in secundo quolí. q. nona. Sed cōtra eaꝫ est ratio iam facta de apparentia sensus. Alit respondet q̄ creatura potest annihilare licet nō creare. ⁊ rōnez diuersitatis assignat quā transeo causa breuitatis. Etiā qꝛ ista rō concedit ppositū de annihilatione. Sed ↄ̄tra eam arguo pbādo q̄ si creatura in casu posito annihilat qđ etiā creat. qꝛ experientia docet q̄ si corrūpit in eucharistia aliqua qualitas ibi alia introducitur ad pñtiā eiusdem actiui ad cuius presentiā corrumpebatur prima. Et ita dicendū q̄ ab eodem actiuo producitur secunda a quo destruebat prima. vt si ab igne destruitur frigiditas ab eodem introducitur caliditas. Et ista secunda ita bene ē sine subiecto sicut prima maxime si nō ponatur quantitas distincta a qualitatibus sicut iste Ockam ponit. Igitur si

agens creatum annihilat vt probatum est. ⁊ ab isto concessum sequitur ꝙ etiaz creat. ⁊ sic patet conclusio ⁊c. ¶

Sed contra predictam conclusionez expresse videntur esse quedam auctoritates sanctorum ⁊ doctorum. Prima est Augustini super Gen. 15. de magnis ⁊ 21. de paruis. Angeli nullam omnino possunt creare naturam. ⁊ ibidẽ ca. 20. Creare aliquã naturam tam nullus angelꝰ ꝙ nec seipm creare potest. Si ergo non potest angelus nec aliqua inferior creatura. Secũda est Damasc. ca. 18. Qui dicunt angelos esse creatores alicuius nature sunt omnes filii diaboli. Tertia anathasii lib. suo contra arrium ponentem spiritũsanctuz esse creaturam. Creaturã creatricez esse non posse nulli omnino esse estimo ambiguũ. Quarta Hugonis de sacramentis lib. primo parte. 6. ca. vlti. De nihilo facere aliqd siue de aliquo nihil solus deus potest. Multe alie possent induci sed iste vidẽtur magis expresse. Ad istas auctoritates ⁊ omnes similes potest responderi ꝙ intelliguntur de potentia naturaliter ordinata ⁊ creature naturaliter indita. ⁊ sic sunt pro secunda conclusione sed per eas non negatur quin creatura possit creare vel annihilare de potentia simpliciter absoluta ⁊ facto aliquo miraculo preter vel contra potentiam naturaliter ordinatam. ⁊ hoc non est contra predictã tertiam conclusionẽ. Vel aliter potest dici ꝙ nulla creatura potest creare vel annihilare auctoritatiue se sola ⁊ virtute propria. sicut ponit prima conclusio. ⁊ sic possũt intelligi predicte auctoritates de quacũq potentia siue ordinata siue absoluta. sed nũc non sunt contra tertiam conclusionez. Hec de secundo articulo. ¶ Quantuz ad tertium articulũ videndum est vtrũ sacramẽta legis noue sint perfectiora sacramentis legis antique. Circa qđ tria videnda sunt. Primo que sit sacramẽti diffinitio. Secundo quid antiquitus conferebat circũcisio. Tertio ex his patebit huius articuli responsio. Ad videndum enim differentiam sacramẽtorũ veterum ⁊ nouorum prius est videndum de circuncisione vtrum ipsa conferebat gratiã. quia de hoc tangit magister in prima distinctione huiꝰ quarti. ⁊ tertia ratio ante oppositũ. q. Primo igitur circa diffinitionem sacramenti notanduz est ꝙ ſm Aristote. 2. posteriorum duplex ẽ diffinitio. Una est exprimens quid rei. Alia exprimens quid nois. Primo mõ nihil diffinit nisi sit res vna. ⁊ si sit vna vnitate compositionis partiũ diuersarum rationuz sicut materie ⁊ forme. tunc proprie diffinitur per genus ⁊ differentiaz essentialem. que diffinitio vocatur diffinitio quidditatiua. Si vero sit res simplex sicut angelus vel aĩa aut res vna vnitate compositionis partium eiusdẽ rõnis sicut caliditas vel frigiditas tũc non potest diffiniri diffinitione quidditatiua. sed bene diffinitiõe descriptiua que datur per genus ⁊ differentiaz vel differentias accidentales ⁊ per multos conceptus quorum quilibet est in plus et totum in eque. Secundo autem modo potest oẽ vniuersale diffiniri quicqd significet in recto vel in obliquo. eo ꝙ pro omni nomine possunt poni nomina distincte significãtia illa que significatur per vnum nomen. Ad propositũ ergo dico ꝙ sacramentũ non potest primo mõ diffiniri. quia non est aliqua res vna. et hoc requiritur vt diffiniatur illo modo sed bene diffinitur secundo modo. scilz diffinitione quid nominis. Et sic diffinit magister sacramentum ꝙ est inuisibilis gratie visibilis forma. Et Augu. 10. de ciuitate dei. c. 5. Sacramentuz est sacre rei signum. Secundo notandũ est ꝙ Scotus. 2. q. quarti exponendo predictam diffinitionẽ magistri diffinit sacramẽtum sic. Sacramentum est signũ sensibile gratiam dei vel effectum dei gratuitum ex institutione diuina efficaciter signans ordinatum ad salutez hominis viatoris. Et in hoc ꝙ dicitur efficaciter includitur tam certitudinaliter ꝙ prenostice. Et ſm hoc vt dicit est intelligenda diffinitio magistri. Unde cũ in ea ponitur forma debet intelligi pro signo. sicut imago Herculis dicitur for

nia eius. q̃ autem dicitur visibilis. capitur ibi pro sensibili cuiuslibꝫ sensus. q2 visus est excellentior omni sensu ꝛ plurium differentiarum cognoscitiuus sm philosophum primo metha. Ponitur autem ibi inuisibilis gratia pro effectu dei gratuito interiori ordinato ad salutem hominis viatoris. Non enim oportet q̃ semper res sacramenti sit gratia existens in anima. sicut patet in eucharistia. Debet etiam in dicta diffinitione suppleri ex institutione diuina cõtra signum signans naturaliter ꝛ efficaciter contra signum equiuocum seu dubiuꝫ: ꝛ contra signuꝫ sequens naturaliter signatuꝫ. Tertio notandũ est q̃ Ockã pri. q. quarti diffinit sacramentũ. q̃ est signum signans effectum dei gratuitũ. Et dicit q̃ hec oratio non predicat modo nisi de sensibilibus. si tamẽ deus institueret spiritualia ad signandum dei effectum gratuituꝫ tunc illa eis competeret sicut modo sensibilibus. ideo in illa diffinitione non ponitur sensibile vt possit esse cõmunis tam sensibilibus q̃ spiritualibus quibus potest diffinitum competere. Et in hoc bene dicit vt mihi videtur ꝛ valde concordat cuꝫ illa diffinitione Augustini. sacramẽtum est sacre rei signum. intelligendo per rem sacram effectum dei gratuitũ. Sed tamẽ diffinitio Scoti videtur completior et magis circũstantionata ad differentiã signorum que non sunt sacramenta.

R His premissis ponã tres conclusiones. Prima est q̃ licet possibile sit deo de potentia absoluta culpam delere originalem: aut aliam quamlibet mortalem sine infusione gratie vel collatione cuiuscunq3 positiui vere repugnantis illi peccato. vtputa originalis iusticie. tamẽ de potentia ordinata hoc non est possibile. Primaꝫ partem diffuse probat Scotus sup quarto. q. 5. Et stat principale motiuum in hoc. q̃ aliquis potest fieri de peccatore non peccator per solam liberam dei acceptationem. ꝛ licet circa istam materiam plura possint dici tamen transeo. quia de his magis spectat videre supra primum librum in materia de gratia. Secundam partem conclusionis q̃ magis est ad ppositũ probo sic. quia licet absolute sine contradictione possit esse mediuꝫ in specie humana inter filiuꝫ regni ꝛ filiũ perditionis scꝫ homo in puris naturalibus. tamen sm legem ordinataꝫ post lapsum nulluꝫ est medium inter gratũ qui est filius regni ꝛ ingratum seu peccatorem mortalem qui est filius carceris. igitur sm legem ordinatam non est possibile q̃ aliquis sit sine peccato mortali ꝛ non habeat gratiaꝫ. quia sm Augustinum. 15. de tri. c. 19. Gratia est que diuidit filios regni ꝛ perditiõis. quare ꝛc.

S Secũda conclusio est ista q̃ sicut in circũcisione delebatur originalis culpa. sic in ea conferebatur gratia. Prima pars supponenda est tanq̃ doctrina sanctorum. ꝛ etiam ad hoc est ratio. quia nullo tempore deus dimisit genus humanuꝫ. ꝛ maxime illos quibꝰ dedit legem sine remedio contra peccatum et necessario ad salutem. sed in lege moysi non videtur aliud remedium contra originale peccatum nisi circũcisio. igitur ꝛc. Sed circa secundaꝫ partem conclusionis sciendum est q̃ de ea est duplex opinio. Quidam dicũt q̃ de facto in circũcisiõe delebatur culpa originalis ꝛ non conferebatur gratia. Et hoc dicunt propter auctoritates que videntur negare gratiam a sacramentis veteris legis. sicut est illa glosa ad Roma. 4. que dicit q̃ in circũcisione peccata solũ dimittebantur sed gratia ad bene operandũ adiutrix non prestabatur. Et illa auctoritas Augu. super ps. 7. vbi dicit q̃ sacramenta veteris legis tantum promittebant ꝛ significabant. hec autem dant salutem. scꝫ sacramenta noua. Alij autem dicunt q̃ principaliter instituta fuit circũcisio propter deletionem culpe originalis ex consequẽti ad gratiam conferendaꝫ ꝛ pro tanto dicitur non conferre gratiam quia non ex principali institutione sed concomitanter. Contra primam opinioneꝫ apparet satis ex secunda parte prime cõclusionis q̃ in circuncisione confereba-

tur gratia. et ad hoc etiam sunt auctoritates. prima Augustini in libro de nuptijs et concupiscentia. et ponitur de consecra. distin. 4. Ex quo instituta est circumcisio ad purgationem peccati veteris valebat magnis et paruulis sicut baptismus valere cepit ex quo institutus est. quod non esset nisi conferretur gratia. Item Beda super illud Luce. 2. postquam consummati etc. salutifere curationis remedium circumcisio in lege agebat quod baptismus tempore gratie consueuit. igitur etc. Sed contra secundam opinionem probatur quod in circumcisione intendebatur gratia. quia agens secundum rectam rationem principalius intendit perfectionem quam carentiam imperfectionis. quia non intendit illam carentiam nisi propter perfectionem. igitur etc. Tertia conclusio est quod licet sacramenta noua sacramentis antiquis sint perfectiora tamen hoc non est ideo quia in solis sacramentis nouis conferatur gratia. Prima pars patet. quia legis perfectioris sacramenta sunt perfectiora. Sed secunda pars patet. quia etiam in antiquis sacramentis conferebatur gratia sicut iam probatum est de circumcisione. igitur etc.

Hic est ergo dubitatio in quo sacramenta noua sunt alijs perfectiora cum in alijs conferebatur gratia sicut confertur in istis. Item quid dicendum ad auctoritates supra tactas que videntur negare gratiam a sacramentis antiquis.

Pro solutione istorum notanda est quedam distinctio quam ponit Scotus .s. quod sacramentum potest capi proprie et improprie. Modo in lege moysi fuerunt multa sacramenta improprie dicta. sicut purgationes ab immundicijs contractis vt a tactu mortui et a lepra et sic de alijs Erant etiam ibi quedam sacramenta improprie dicta alia a predictis tamen plus accedentia ad perfectionem sicut erant oblationes hostiarum. hec enim pertinebant ad cultum latrie pro tempore illo quo deus sic voluit coli. Et iste scilicet purgationes et oblationes dicebantur cerimonie vel cerimonialia sacramenta. Et de istis potest concedi quod non dabant gratiam tanquam signa efficacia respectu gratie modo quo expositum est efficaciter in diffinitione sacramenti. immo etiam dixerunt aliqui quod nec in illis conferebatur gratia per modum meriti. sed istud videtur nimis durum quod aliquis ex obedientia seruet dei preceptum cuiusmodi erant precepta de predictis cerimonijs in lege. et tamen quod non mereatur gratiam vel augmentum eius si eam habeat prius. ergo licet in illis non conferretur gratia ex virtute operis operati sicut fit in sacramentis proprie dictis. tamen in illis conferebatur virtute operis operantis. id est virtute boni motus interioris tanquam meriti. Sed preter illa adhuc in lege erat circuncisio: que fuit proprie sacramentum. in ea enim conferebatur gratia virtute operis operati ita quod non requirebatur in suscipiente bonus motus interior qui mereretur gratiam. sed sufficiebat quod suscipiens eam non poneret se obicem. Et si sint aliqua dicta sanctorum aut doctorum negantia gratiam a sacramentis antiquis loquendo non solum de sacramentis improprie dictis sed etiam de circumcisione illa possunt tripliciter intelligi secundum triplicem comparationem perfectionis sacramentorum nouorum supra antiqua sacramenta. Primo modo potest intelligi quod circumcisio non conferebat gratiam nec alia sacramenta antiqua. id est paruam gratiam conferebant respectu baptismi et aliorum nouorum sacramentorum. Secundo modo potest dici quod non conferebant gratiam scilicet que esset immediata dispositio ad gloriam. quia illa gratia non aperuit ianuam regni. sed hoc non fuit ex defectu illorum sacramentorum. sed quia fluxerunt tempore quo nondum erat precium solutum. id est ante passionem christi. Unde ita fuisset tunc de sacramentis nouis. Nam licet omnia sacramenta tam noua quam antiqua habuerunt efficaciam a solo deo tanquam a causa principali. tamen a christo patiente siue a passione christi habuerunt efficaciam tanquam a causa meritoria sicut probat Scotus in quarto. 1. questi. 2. distin. Modo sicut ipse di

cit ibidem quia obsequium iusticie de facto exhibitu3 ad maius acceptatur q̄ ipsum solum preuisum. Trinitas vero in sacramentis antiquis cōferebat gratiam merito passionis christi tanq̄ ab ea preuiso. ipsa aūt nunc in sacramētis nouis cōfert gratiam merito passionis christi tanq̄ iam exhibito. Ideo maiorem efficatiam habent sacramenta noua q̄ antiqua. Et etiā noua maiorē habuerunt efficatiam post christi passionē q̄ ante: quare perfectiora fuerunt post q̄ ante. Tertio modo potest intelligi q̄ circuncisio non conferebat gratia3 quia non vniuersaliter cuicunq̄ suscipienti. ipsa enim forte ex sua institutione determinabatur ad certum gradum gratie. ita q̄ vltra illum nō conferebat. et si tantum gradum inueniebat in suscipiente. nihil conferebat eidē. Et iste vltimus modus apparet de intentione magistri. Unde cum ipse dixerat q̄ in circunsione gratia non dabatur. statim ipse subdit vt in baptismo. Et causam reddit: quia quantumcunq̄ iustus accedit ad baptismum. vlteriorem ibi accipit gratiam supple nisi tantum habeat q̄ maiore3 habere non possit: sed sic non erat de circūcisione. Unde abrahe iam iustificato signaculum tantum fuit et nihil ei contulit supple per modum sacramēti. quia iam habebat illum gradum ad quem determinata erat circūcisio ⁊ ad quem poterat virtute operis operati: sed tamen ei bene contulit virtute operis operantis: quia credendu3 est q̄ actus circuncidēdi ex obedientia dei ⁊ charitate procedens fuit ei valde meritorius sicut immolatio ysaac. Lic3 ergo in circuncisione non semper daretur gratia tamen ipsa erat verum ⁊ certum signu3 gratie: vel in fieri si nō erat obex: vel in esse sicut in Abraam: et ita de circuncisione et baptismo christi.

X Ex predictis patet q̄ sacramēta noua tripliciter perfectiora sunt antiquis sacramentis. sed adhuc quarto sunt perfectiora: quia licet omnia sacramenta sint instituta a deo: tamē antiqua a deo instituta fuerunt mediante alio: quia s̄m Apostolum Galath .3. Lex per angelos data est in manu mediatoris. Noua vero sacramenta a christo vero deo immediate instituta sunt: vt de singulis pat3. De baptismo Mathei vltimo. Euntes docete omnes gentes baptisantes ⁊c. De eucharistia Matthei .26. in cena. De confirmatione Johannis .20. Accipite spiritum sanctum ⁊c. vel Actuum .2. De penitētia Johannis .20. Quoru3 remiseritis peccata ⁊c. De extrema vnctione non apparet vbi fuerit instituta. tamen Marci sexto legitur q̄ apostoli vngebant infirmos ⁊c. quod non fecissent nisi ex institutiōe christi. De matrimonio Marci decimo appar3 q̄ christus approbat illud quod deus in statu innocētie per os Ade publicauit. De ordine. Mathei vigesimo sexto. Hoc facite in meā ⁊c. Et Johannis vigesimo. Quoru3 remiseritis peccata remittuntur ⁊c. Et hoc verum est s̄m Thomam ⁊ Scotu3 Quod tamen non tenet dominus Armanacus libro suo de questionibus armenorum. Sed de hoc et de alijs in suis locis videbitur.

Et hec de tertio articulo. Ad rationes ante oppositū patet ex dictis quid dicendum sit ⁊c. Et hec de questione.

Questio secunda.

A

Uia in secūda distinctione huius q̄rti magister incipit tractare in speciali de baptismo christi. ideo quero Utru3 baptismus christi sit ad salutem necessarius cuilibet viatori. Arguitur primo q̄ non. Nullus baptismus christi est ad salutē necessarius viatori. igitur questio falsa consequētia est clara et antecedēs pt3. primo de necessitate absoluta: q̄ clarū

De sacramento baptismi

est q deus possit de potentia absoluta saluare aliquē non baptisatū. Scdo de necessitate ordinata. q2 clarū est q de lege ordinata baptism⁹ fluminis nō est ad salutem necessarius viatori. Nā per baptismuz sanguinis pōt saluari. sicut pt3 de innocentib⁹. ⁊ ita arguit de quo libet baptismo inductiue. igit null⁹ ⁊c. Secūdo arguit sic. Qui baptisati fuerunt baptismo Johānis non tenebant iterū baptisari baptismo xpi. igitur ⁊c. ꝯña est clara. ⁊ antecedēs pt3 per magistrū in fine secūde distinctiōis. vbi dicit qui spem posuerūt in baptismo Joh. ⁊ patrē ⁊ filiū ⁊ spm̄sanctū credebant nō sunt postea baptisati. Tertio sic. Circūcisio aliqn̄ sufficiebat ad salutē. q2 et peccatū delebat ⁊ gratiā conferebat vt dictuz est in precedenti q̄stione. Sed xp̄s p institutionē baptismi nō euacuauit nec reuocauit circūcisionē. Tuz primo q2 ipse dicit Mat. 5. Nō veni soluere legem sed adimplere. Circūcisio aūt data fuit in lege Geñ. 17. Tum secūdo. q2 Geñ. 17. data fuit Abrae circuncisio in fedus sempiternū. ergo semp mēsura. Tum tertio. q2 deus instituit circūcisionē. nec apparet vbi eam reuocauerit. imo xp̄s eam seruauit toto tpe vite sue. nec alius a deo pōt aut potuit eam reuocare. igit ipsa adhuc sufficit ad salutem. ⁊ per ꝯñs non est necessarius baptismus ⁊c. Oppositū patet Jo. 3. Nisi qs renatus fuerit ex aqua ⁊c. In ista q̄stione erunt tres articuli sicut in alijs

In primo articulo videbitur que sit baptismi diffinitio. In secundo articulo videbit de pñcipali quesito. In tertio articulo vtrū per institutionē baptismi euacuata sit circūcisio. q2 de isto tangitur in tertio argumento ante oppositum. q. B Quantū ad primū articulū ponenda ⁊ exponenda est baptismi diffinitio que fm doctores pōt dari sic. Baptism⁹ est ablutio hominis viatoris. nec actualit nec habitualiter dissentiētis. facta in aqua elementari fluida ab alio simul abluente ⁊ proferente certa verba a xp̄o instituta cū intentiōe faciendi qd intēdit facere ecclesia christiana. Ex hac eñ diffinitione pt3 qd sit materia ⁊ quid forma baptismi. sic loquēdo sicut doctores loquunt de materia ⁊ forma sacramenti. Patet etiam que sit persona ministrans vel persona suscipiens baptismum. Primo eñ pt3 que sit materia baptismi. q2 aqua elementaris fluida. per hoc q dico elemētaris excluditur quincunq3 humor mixtus mixtione que variat speciez aque ⁊ de quo aqua dicitur equiuoce. sicut aqua rosacea vel vrina que est colatura sanguinis vel ceruisia maxime bona q bene nutrit. Ubi vero mixtio nō mutat aquā a specie sua aqua est conueniens ad baptismū. sicut est in aqua mixta p cōfusionem partiū terrestriū iuxta positarū vel aliarum manentiū in suis speciebus vt aqua maris. lixiuiū vel aqua sulphurea. Ubi vero dubiū esset de mixtione an variaret spēm aque vel non. vt in farinata ⁊ in brodio carniū ⁊ in aliquib⁹ ceruisijs aut alijs similib⁹. d quo non ad theologum sed ad phm vel ad medicū pertinet iudicare. tūc in tali dubio via certior est tenenda ⁊c. Per hoc autem q dico fluida excluditur congelata vt nix vel glacies. ⁊ generaliter oēs aque que lic3 maneant in specie sua tamen per iuxta positionē grossoꝝ corporum vel alias efficitur tam spissa q nō potest abluere vt lutuz ⁊ alia si qua sūt similia. Si autem queras cur baptismus fiat potius in aqua q̄ in aere. cu3 aer sit cōmunior q̄ aqua. Dico q sola ratio est diuinū beneplacitum q ita voluit ordinare. Ad hoc tamen sunt congruentie. Primo quia aqua est magis frigida. Secundo q2 ipsa est magis humida. Tertio q2 ipsa est lucida. Quarto quia satis comuniter habita. In primo significat concupiscentie extinctio. in secūdo significat gratie inunctio. in tertio significatur fidei illustratio. in q̄rto significatur baptismi cōmunis obligatio. Aer autem non habet omnes p̄dictas conditiones. ⁊ etiam non est elementū resistens tactui sicut aqua ⁊c.

Est igitur baptism⁹ ablutio hominis facta in aqua elementari fluida. Et di

Diffinitio baptismi et eius expositio

to ablutio nõ perfusio nec aspersio nec
imersio. qr requirit̃ ⁊ sufficit ꝙ sit ablu
tio seu lotio. ⁊ non dico vnica vel trina
quia quelibet sufficit ad necessitatez sa
cramenti. sed minister tenetur seruare
modũ ecclie in qua baptisat aliter gra-
uiter peccat. E Ex his sequũtur
aliqua correlaria. Primo sequit̃ ꝙ puer
non põt baptisari existens in vtero ma
tris ſm oĩes partes. nec sufficit ꝙ ma
ter baptizaretur. Ratio est nõ illa quã
Thomas assignat scz quia est cõiunct⁹
cause corruptionis vt ꝓbat Scotus. sz
quia baptismus est lotio seu ablutio q̃
fieri nõ potest in vtero matris. Si au
tem puer apparet extra vteruz matris
ſm partem ꝑncipalez vt caput tunc po
test baptisari. nec oporteret ipm postea
rebaptisari. Si vero ſm partem minus
principalez vt manũ vel pedem illa ps
est baptisanda quia in ea ẽ tota anima
vt dicit Scotus. licet quidã dicant op-
positum. Si tamen puer postea nascat̃
viuus plenarie potest baptisari sub cõ-
ditione. Si autem mortu⁹ fuerit nõ est
ei negãda ecclesiastica sepultura. Cũ
ergo dicitur. baptismus est ablutio ho-
minis intelligendũ est ſm totum corp⁹
vel partem principalem vel etiã quãcũ
ꝗ in casu necessitatis ſm Scotuz. Se
cũdo sequit̃ ꝙ si paruulus corio inuol-
ueret̃ ⁊ poneretur in aqua. Ita tamẽ vt
aqua non tangeret corpus eius sed co-
riũ soluz non esset baptisatus. sed si tã
geret corpus essz baptisatus. si alia ad
baptismuz requisita fierent. Sed Sco
tus dicit ꝙ si proyceret̃ de põte nõ eẽt
baptisatus quia talis ꝓiectio nõ est ad
vitaz nec ad lotionem. sed ad mortem.
Holkot tamen dicit ꝙ si hoc fieret in ca
su necessitatis ⁊ puer moreret̃ ipse sal-
uaretur deo perficiente illud qđ ab ho-
mine fit imperfecte. si autem euaderet
mortem esset sub conditione baptisan-
dus. Tertio sequitur ꝙ aqua inbibi-
ta in spongia dũ est ibi si contingat car
nem per contactum spongie nõ est suf-
ficiens materia baptismi. quia talis cõ
tactus nõ est lotio sed contactus aque
fluide libere contingentis se cuti ⁊ sepa
rantis inter cutem ⁊ aliud corpus vt di-
cit Scotus. Quarto sequit̃ ꝙ si quis
in casu necessitatis puerũ in calato po-
situm cum corda immergat in aqua pu
tei. faciendo alia requisita. talis est ve-
re baptisatus ⁊ non rebaptisandus. qr
non oportet ꝙ baptisatus tangatur im
mediate ab aliquo homine. sed sufficit
ꝙ lauetur ⁊c. Et sic ptz de materia ba-
ptismi. D Secundo ex predicta
diffinitione ptz que sit forma baptismi
quia certa verba a christo instituta. ista
scz. Ego baptiso te in nomine patris ⁊
filij ⁊ spũssancti amen. In quibus ver
bis qnqꝫ notantur. Primo persona ba-
ptisans ego. Secundo actus exercitus
baptiso. Tertio persona baptisata. te.
Quarto inuocatio trinitatis. in nomĩe
patris ⁊c. Quinto deprecatoria oratio
amen. id est ita fiat. de quibus qnqꝫ pri
mũ ⁊ vltimũ scz ego ⁊ amẽ nõ sunt sim
plicit̃ de necessitate forme nec de essen-
tia. sed de decentia. Unde non ponunt̃
in euangelio. Marci vlti. vbi est institu
tio baptismi. Etiaz licet de essentia for-
me baptismi sit ꝙ ipsa exprimat actuz
exercitũ ⁊ personam baptisatam qr ex
primuntur in euangelio vbi dicitur. ba
ptisantes eos. tamẽ non est de essentia
ꝙ ista duo exprimantur sub verbo pri-
me persone ⁊ ꝓnomine secunde. dicen-
do. baptiso te. quia nec sic in euangelio
exprimũtur nec greci sic exprimunt. sz
dicunt. Baptisetur seruus xpi in ⁊c. et
tamen baptisati ab eis non rebaptisan
tur. Uerũtamen a tempore constitutio-
nis Alexãdri que habet̃ extra đ baptis
mo ⁊ ei⁹ effectu. ca. Si quis. illa forma
superius posita saltem quo ad q̃ttuor
prima puncta a ministro ecclesie roma
ne est seruanda aliter grauiter peccat.
Et dico saltem quo ad quattuor prima
puncta. quia illa dictio amẽ in dicta cõ-
stitutione non ponitur. ideo solũ est de
honestate. Dico etiã a ministro ecclesie
romane ⁊c. quia forte greci tenẽdo for-
mã suam nõ peccant. Et hoc si ecclesia
romana permittat ⁊ nõ expresse eis ꝓ-
hibeat vti ea. sicut diceret̃ de vnica vel
trina immersione ſm vsuz ⁊ consuetu-

dinem diuersarum ecclesiaruʒ. Et dixi. forte non peccant. quia nescio si de hoc sit ꝓhibitio ꝛc. Ad hoc autem ꝙ predicta verba sint debita forma baptismi non oportet ꝙ illam et proferant sine quacunqʒ mutatione vocis. quia verba alia ꝙ latina possunt esse forma baptismi. Et similiter nõ quelibet mutatio illoꝝ verboꝝ in latino viciat formaʒ sed sufficit ꝛ etiaʒ requirit̃ ad debitam formã ꝙ in ipsa maneat significatio completa dictoꝝ verboꝝ ita ꝙ non fiat mutatio circa significationẽ vel moduʒ significãdi. Ideo si diceretur. baptiso te in nomine genitoris ꝛ geniti ꝛ spũs almi non esset baptismus. quia licet ista noĩa supponant pro personis tamẽ pncipaliter significãt notiones. nec debet baptisari in noĩe trinitatis ꝛ vel patris vel christi. Et licet aliquando liceret in noĩe xp̄i baptisare scʒ ex speciali dispẽsatiõe vt nomẽ xp̄i amplius ꝓmulgaret̃. sicut Act. 2. 9. ꝛ. 10. Patet tamẽ ꝙ istud amplius non licet. Si tñ de facto istud fiat dubitat Scotus vtruʒ sit baptism⁹ ꝛ non est ausus dicere ꝙ sit baptismus nec etiã ꝙ nõ sit baptismus. quia dicit ipse. Non lego vbi fuerit illa dispensatio reuocata. Ideo reputat dubiũ vtrũ sit baptismus vel nõ. Et dat remediuʒ ꝙ sic baptisatus in noĩe xp̄i sub conditiõe rebaptisetur in forma cõmuni. Sʒ videt̃ mihi ꝙ hic non est reputandũ dubium. quia licet non legatur quando et vbi illa dispensatio fuerit reuocata tamen censetur fuisse reuocata quãdo cã dispensationis cessauit. scilicet quando nomen christi fuit sufficienter promulgatuʒ. Unde ab illo tunc nec illa forma licuit nec valuit. Et licet dubiũ sit quãdo illud primo fuerit, tamen iaʒ non est dubium quin ita sit.   E   Forma igitur supra dicta tenenda est que tunc valet quando non fit cira eam mutatio que impediat eius significationem. vel modum significandi. Unde circa illam formã vocalem potest fieri mutatio tripliciter. Primo s̄m substantiam orationis prolate scilicet cõmutando vel corrumpendo. Secundo s̄m quantitatem scʒ addendo vel diminuẽdo. Tertio s̄m ordinem verborum. scʒ interponendo. vel transponẽdo. Et sic licet tribus modis generaliter. tamẽ sex modis specialiter potest fieri predictorum verboruʒ mutatio. Et s̄m hoc ponaʒ sex regulas.

Prima est ꝙ si circa substantiã dicte orationis vocalis fiat mutatio per totalem mutationem vocuʒ manente penitus eadem significatione hoc nihil nocet. qꝛ in omni lingua baptisari potest. Sed si mutetur significatio talis obest sacramento. vt si dicatur abluo istuʒ in virtute genitoris vel trinitatis vel xp̄i. Secunda regula est ꝙ si circa substantiam dicte orationis vocalis fiat mutatio per partialem corruptionem alicuius dictionis sic ꝙ non maneat eadem significatio. nec s̄m primariam institutionem illius. nec s̄m transsumptioneʒ communis vsus tũc talis corruptio nocet. Sed si maneat eadem significatio non s̄m primariam impositionem tamen s̄m accommodationem vsus maxime apud simplices. tũc talis corruptio nõ obest. Ut si dicatur baptiso te in nomine patria ꝛ filia ꝛ spiritusancta. de cõsecratione distinctione q̃rta retulerunt ꝛc. Tertia regula est ꝙ si circa quantitatem dicte orationis fiat mutatio alicuius per additionem cum intentione mutandi formam ecclesie tunc nihil fit vel etiam cuʒ intentione introducendi erroreʒ sicut fecit arrius. vt dicendo in noĩe patris maioris ꝛ filij minoris ꝛc. Si autem fiat ex simplicitate vel deuotione non impedit. Ut in nomine patris ꝛc. ꝛ beate marie vel beati nicolai. melius est tamen a tali deuotione abstinere

Quarta regula est ꝙ si circa quantitatem dicte orationis fiat mutatio per diminutionem alicuius ꝛ fiat voluntarie tunc impedit. Si autem inuoluntarie vt quia baptisans moritur vel impeditur ante prolationeʒ completam tũc pie creditur ꝙ summus sacerdos supplet defectum. et si sic baptisatus moritur saluabitur et gaudebit ecclesiastica sepultura. si vero viuat debet sub conditione rebaptisari.

Quinta regula est ꝙ si circa ordinem
dicte oratiõis fiat mutatio per transpo
sitionem dictionuz. ⁊ hoc fiat ex simpli
citate tunc non nocet. Si autem ex ma
licia vt quia sic faciens nõ intendit ser
uare ordinẽ ecclesie tũc impedit. Sex
ta regula est ꝙ si circa ordinẽ dicte ora
tionis fiat mutatio per interpositionez
⁊ illa sit magna. ita ꝙ ſm vsuz intentio
⁊ actus prolationis non debẽt iudicari
vnus tunc non est baptismus. sed si fit
parua interpositio per silentiũ vel tus-
sim tũc non nocet: etiã interpositio no-
minis ꝓprij qᵭ tunc imponit paruulo:
nec obest nec ꝓdest sacramento. Et hec
de forma. ¶ Tertio principalit
ex supra dicta diffinitione patz quis sit
minister conueniens huiꝰ sacramenti ꝑ
hoc ꝙ ibi dicit ab alio supple hoĩe via-
tore viro scz vel muliere simul ꝓferen-
te verba ⁊ abluente cum intentione ⁊c.
Ex quo ptz ꝙ ex parte ministri q̃ttuor
conditiones requirunt. Prima est ꝙ
sit alius ab eo qui baptisatur. qꝛ idem
homo non potest seipsuz baptisare. Ex
tra de baptis. ⁊ eius effectu. Debitũ. vbi
ꝓbatur exemplo auctoritate ⁊ congruẽ
tia. Secunda conditio est ꝙ minister
sit homo viator vir scz vel mulier. Un
de generaliter congruuz est ꝙ minister
baptismi sit suppositũ humanũ in sta
tu vie. quia christus existens homo via
tor instituit baptismũ. Secundo quia
apostolis existentibꝰ viatoribus dedit
ministeriũ baptisandi. Tertio quia ꝑ
baptismũ efficitur quis membrũ eccl'ie
militantis: Ideo debet dari ab eo qui ẽ
de ecclesia militante. Et ideo de cõmu
ni lege ad hoc ꝙ aliquis sit debitꝰ mini
ster baptismi ⁊ ꝙ ab eo reputetur dari
baptismus requirit ⁊ sufficit suppositũ
humanũ in statu vie. Ex quo sequunt
aliqua correlaria. Primo sequit ꝙ de
cõmuni lege spũs angelicus vel huma
nus vel etiã purus homo beatꝰ vel dã-
natus non põt baptisare. Unde bapti-
satus a spũ vel homine dãnato simpli-
citer non debet reputari baptisatus ni
si per specialẽ reuelationẽ constaret ꝙ
hoc fecisset ex ꝓcepto dei. sed baptisatꝰ
a spiritu vel homine beato si constaret
ꝙ essz beatus simplicit dz reputari ba-
ptisatus. quia ille nullum officiuz vsur-
pat sed omnia que operat facit cũ diui
na approbatiõe. Scḋo sequit ꝙ de cõ
muni lege mulier põt baptisare. de con
secra. dist. 4. Mulier. tñ mulier non dz
baptisare presente viro nec vir laycus
p̃sente clerico. nec vir clericꝰ vel in alijs
ordinibus constitutꝰ presente p̃sbytero
Sacerdos autẽ hoc potest p̃sente ep̃o:
quia hoc est officiuz suũ qᵭ nullus aliꝰ
dz facere nisi in casu necessitatis vel ni
si vbi se redderet indignũ vt si non vel-
let in casu necessitatis baptisare nisi da-
ret sibi pecunia. nihil em̃ sibi dz dari ex
pacto. 1. q. 2. q̃pio. Sed idem est facien
dũ ac si nullus sacerdos presens essz. 1.
q. 1. baptisandis. Tertio sequit ꝙ de
cõmuni lege quãtũcunq; malus hereti
cus vl' infidelis põt baptisare. dũ tamẽ
habeat intentionẽ faciendi qᵭ ecclesia
intendit facere. etiam si nihil credat de
veritate sacramenti tamẽ a malo mini
stro. s. heretico excõmunicato vel forni
cario notorio nõ debẽt recipi sacramen
ta nisi in necessitate. Tertia conditio
ex parte ministri requisita est ꝙ ipse si
mul abluat ⁊ proferat verba. Unde to-
ta forma verboꝝ dz tota ꝓferri ab vno
⁊ etiã q profert verba debet simul ablu
ere ⁊ proferre. qꝛ sacramẽta eccl'ie sunt
sacramẽta vnitatis ⁊ diuidi nõ debent
de ꝯsecr. dist. 2. Quia passus. Ex quo
pz solutio vnius casus qui cõmunit po
nit. scz ꝙ si mãcus debita verba ꝓferat
⁊ mutus abluat puer non est baptisatꝰ.
Nam tũc proferẽs verba diceret falsuz
Etiam sacramẽta ecclesie quo ad illa q̃
sunt necessitatis non recipiunt diuisio-
nẽ sed bene quo ad ea q̃ sunt solennita
tis ⁊c. Quarta cõditio ex parte mini-
stri requisita est debita intentio. scz fa-
ciendi qᵭ ecclessa intendit. Et ſm Sco
tum non requirit intentio actualis nec
sufficit habitualis sed virtualis. hoc est
baptisans qñq; habuerit intentionem
actualez ex qua descendat actus bapti
sandi. ¶ Quarto ex supradicta
diffinitione ptz q̃. sit persona suscipiẽs

baptismū3 quia homo viator scilicet vir vel mulier. nec actualiter nec habitualiter dissentiens. Scotus vero dicit aliquāliter consentiens vel nunquam visus libero arbitrio. quia secundum eum in habente visu3 liberi arbitrij requiritur cōsensus. imo dicit quod forte nō sufficit consensus habitualis sine actuali. Quicquid tamē sit de hoc certu3 est quod requiritur in baptisato quod nō sit dissensus. Unde circa hoc possunt poni aliqne propositiones. Prima est quod si baptisandus sit puulus nō requiritur consensus nec ipsius nec parentū. Unde inuitis parētibus possunt paruuli baptisari. non tū debent baptisari inuitis parentibus alterius secte sicut iudeis vel paganis. Et hoc maxime a persona priuata. quia parētes habēt ius in filios qd nō debet eis tolli a psona priuata etc. Scotus tū dicit quod psona publica sicut pnceps si tollere3 a iudeis filios paruulos: et eos faceret baptisari et religiose educari bene feceret. dūmodo hoc faceret cum bona cautela sc3 ne parentes precognoscētes hoc prius occiderēt puulos. imo qd est plus quod religiosu3 esset illos parētes cogere minis et terroribus ad suscipiendū baptismū et ad seruandū postea susceptum. Et hoc ipse declarat et respōdet ad oppositas rationes etc. Secūda propositio est quod si baptisandus sit adultus ppetuo furiosus stultus vel insane mentis aut nūquam visus libero arbitrio: de ipso est idē iudicium sicut de paruulo. Tertia est quod si baptisandus sit adultus furiosus stultus aut insane mentis q tū nō fuit semper talis s3 habet lucida interualla tūc requiritur quod aliquando habuerit intētionem baptisandi. vel saltē quod ante nō habuerit contrariā intentionē. Et ideo amentes vel dormientes si ante furia3 vel somnū habuerūt cōtrariā volūtatē non recipiūt sacramētum cum in somno vel in furia baptisantur. Si vero ante innotuit eorum voluntas possunt in articulo necessitatis baptisari. etiam si furiosus tunc contradicat. Si aute3 nō sit in articulo necessitatis deb3 in furioso expectari lucidum interuallum.

Quarta propositio est quod si baptisandus sit adultus sane mentis et de facto vtens libero arbitrio requiritur quod non sit in eo dissensus nec actualis nec habitualis. Et hoc est certū. imo secundum Scotū requirit cōsensus aliqualis. Et sicut dicit Holkot. In tali requiritur intētio et fides et voluntas sacramētum recipiēdi absoluta vel cōditionata. Unde si quis omnino cogeretur ita quod simpliciter esset coactio nihil fieret. Si tamē sit volūtarium mixtū. sicut si per metum inducat tunc recipit sacramētum sed non re3 sacramenti. Ex his p3 quid dicēdum de eo qui ficte accedit ad baptismum.

Unde de hoc sit hec quīta propositio quod ficte accedens ad baptismu3 sic quod ostēdit se velle recipere baptismū eo modo quo ecclesia intēdit eum conferre et tamē oppositū habet in animo nec sacramentū recipit nec rem sacramēti.

patebit. igitur solum ⁊c. Ex predictis apparet ꝙ stat aliquid eẽ corpus in genere substantie ⁊ non in genere quantitatis vel qualitatis vt patet si christus in hoc sacramento ⁊ non alibi hr̃et corpus animatum sine aliqua qualitate sicut absolute possibile est. Stat etiã aliquid esse corpus in genere quantitatis ⁊ non in genere substantie vel qualitatis. vt patet de ipsa materia extensa si esset sine vlla forma substantiali ac qualitate. Stat etiam aliquid idez esse corpus in genere qualitatis ⁊ quantitatis ⁊ non substãtie. vt patet de qualibus q̃litate extensa. Stat etiam aliquid esse corpus in genere qualitatis ⁊ nõ in genere substantie vel quantitatis vt patz in casu correlarij. hoc addito ꝙ christus in illo triduo habuisset corpus in sacramento ⁊ nõ alibi. vel ꝙ nullibi fuisset nisi sacramentaliter. hoc enim est absolute possibile sicut probat Scotus contra Tho. lib. 4. disti. 10. q. 4. sed de hoc ibi ⁊c. R Istis premissis pono tres ꝯclusiones. Prima sit hec. ꝙ licet corpus xp̃i idem sit localiter in celo ⁊ realiter in eucharistie sacramento. tamen ipsum est circũscriptiue in celo ⁊ diffinitiue in sacramẽto. Prima pars est respõsiua ad quesitum que non potest naturali ratione probari. sed supponitur ex fide. sed pro secunda parte sciẽdum est quid est circũscriptiue vel diffinitiue eẽ in loco. Unde aliquid esse circunscriptiue in loco est cõmensurari loco ⁊ habere vnam partez in vna parte loci ⁊ aliã in alia. Aliquid autez esse diffinitiue in loco est esse totum in loco ⁊ totũ in qualibet parte loci. Primo modo nulluz indiuisibile est in loco sed bene scd̃o modo. Illo ergo primo modo corpus christi est in celo. quia est ibi cõmensuratuz loco suo. sed illo modo non est in sacramento imo secundo modo quia non est ibi extensum nec cõmensuratum sacramento. sed totum in toto ⁊ totũ in qualibet parte. ꝙ autem sic sit ibi non põt ratione probari. nec euidẽter sequitur ex scriptura sed ꝙ̃ ita sit creditur ex auctoritate ecclesie. Hui⁹ autẽ potestas seu ꝙ ita posse esse nõ implicet ꝯdictionẽ põt aliqualit̃ ꝑsuaderi. Un̄ circa declarationẽ istius sicut bñ dicit Ockã in lectura Oxonieñ. due sunt difficultates vidende. Una quõ idem corpus numero possit simul ſm se totum existere in pluribus locis. Alia quõ multe partes eiusdez corporis possunt simul existere vni ⁊ eidẽ loco. ⁊ q videt ꝑfecte ista duo videt quomodo corpus xp̃i existit in sacramento ita ꝙ totũ sub toto ⁊ totũ sub qualibet parte. S Ad intelligẽdũ aũt ista duo exẽpla habem⁹ in alijs. Quantũ ad primũ non videtur maior difficultas ꝙ idẽ corpus numero coexistat plurib⁹ locis ſm se totũ ꝙ̃ ꝙ eadez aĩa intellectiua simĺ coexistat ſm se totã in toto corpe ⁊ in q̃libet pte vĺ ꝙ vn⁹ angelus exñs in aliquo loco existit in q̃libet eius pte ⁊ vnũ ponim⁹ ſm veritatem theologicã ⁊ philosophicã. Igitur aliud credendũ est satis possibile. Consequẽtia patet. quia nõ magis videt̃ repugnãtia ꝙ aliquid diuisibile ſm se totũ sit in aliquo toto loco ꝙ̃ ita sit de indiuisibili. Quantũ ad scd̃m nõ videt̃ maior difficũltas ꝙ̃ ꝙ duo corpa existãt simul in eodẽ loco adequato. ⁊ hoc siue sint corpora gl̃iosa siue nõ gloriosa. qꝛ hoc non refert. Hoc autem fide tenem⁹ ꝙ christ⁹ intrauit ad discipulos ianuis clausis ⁊ exiuit clausum virginis vterũ Nõ eñ pl⁹ videt̃ repugnare ꝙ due partes eiusdẽ corpis simul sint in eodẽ loco ꝙ̃ duo alia corpa simĺ in eodẽ sint loco. ıõ ⁊c. Istis ergo p̃suppositis ptz q̃liter nõ est repugnãtia ꝙ corp⁹ xp̃i põt ſm se totũ ⁊ ſm quãlibet sui partem simul esse in tota hostia ⁊ sub qualibz ei⁹ parte. quia ex istis patet possibilitas ꝙ vna pars sit in pluribus locis seu ptib⁹ hostie simul ⁊ ꝙ vna ps sit simĺ cũ alia ⁊ plus non ponit̃ ibi nisi ꝙ ptes adhuc remanent in toto constituẽtes totũ. Et sic patet quõ potest saluari ꝙ corpus christi est diffinitiue in sacramento.

T Secunda ꝯclusio est hec ꝙ lz corpus xp̃i ꝙ̃tum corporea xp̃i quantitas sit in celo et in sacramento. tamen nõ est corpus christi quantum aut cor-

porea quantitas in sacramento. Prima pars pbat sic. Quicqd est ipsius xpi in celo est etiã in sacramẽto: sed corpus christi quantũ seu corporea christi quantitas est in celo igitur etc. ꝯsequẽtia est bona. et minor patz ex fide. Sed maior est catholica et rationabilis: quia ex quo christus habet in sacramento illã eandẽ naturã humanã quã habet in celo: vt ptz ex fide. rationabile est q omne qd habet in celo habeat in sacro. Et intelligo de illo quod habet sic q est ipm vel in ipo Uel arguitur sic expositorie demonstrato corpe christi vel eius quantitate corporea. hoc est corpus christi quantũ vel corporea christi quãtitas. hoc idẽ est in celo et in sacramẽto. igitur etc. Scda pars cõclusionis probatur. quia corpus christi quod est in sacramento et quicqd est in ipso corpore christi est totũ in sacramẽto et totũ in qualibet parte sacramenti: vt patz ex ꝯclusione precedẽte. Et per ꝯñs nihil tale habet partem distantem a parte in sacramẽto. sed constat q omne illud quod est alicubi quantum corporeum vel quantitas corporea habet ibi partem distantem a parte: vt patet ex quid nominis. igitur corpus christi non est in sacramento: quantum corporeum etc. Et sic patz conclusio etc.

Ex qua sequũtur aliqua correlaria Primum est q opinio que ponit q omnis quantitas cõtinua est substãtia vel qualitas. magis consonat positioni fidei q eius opposita. Probatur quia fm positionẽ fidei. sicut corpus christi qd est in celo est in sacramento et in qualibet parte eius ita omnis res que est ipsum vel in eo est in sacramẽto et in qualibet parte eius. et per ꝯñs si fm positionẽ oppositã in corpore xpi quod est in celo esset vna quantitas cõtinua distincta a substãtia corporis christi et a qualitate eius illa quantitas ꝯtinua distincta a substãtia corporis xpi et a qualitate eius etiã esset in sacramẽto per primã partẽ ꝯclusionis et tamen non esset in sacramẽto quãtitas ꝯtinua per scdam partẽ ꝯclusionis et probationem eius. Sed pbo q hoc sit impossibile fm illammet opinionem: quia fm eã sicut substantia est formaliter substantia et qualitas formaliter qualitas: sic q non stat q substantia sit alicubi et nõ sit ibi substãtia vel qualitas sit alicubi: et non sit ibi qualitas. ita similiter fm eos illa quãtitas ꝯtinua quã ibi ponunt distinctã a substantia et qualitate. si esset eẽt formaliter quantitas ita q nõ staret ipsam esse et non esse quãtitatẽ ꝯtinuam: nec ipsam esse alicubi et non esse ibi quãtitatẽ ꝯtinuam. Ex hoc vlterius sequitur q nulla res est formaliter seu de sua ratione intrinseca quantitas ꝯtinua: quia quacunque re data stat ipsam esse et non esse quãtitatẽ ꝯtinuam et esse alicubi et non esse ibi quãtitatẽ ꝯtinuã: sicut ptz ex dictis etc. Tertio seqtur ex pdictis q iste ꝯñe non valent: quantitas cõtinua xpi corporis xpi ex vi conuersionis est sub specie panis. igitur ipsa ex vi cõuersionis est quantitas ꝯtinua sub specie panis. Similiter ista nõ valet. Substantia corporis xpi et eius quãtitas idẽ sunt realiter. et substãtia corporis xpi in sacramẽto est substantia. igitur est ibi quantitas cõtinua siue corpus: quia in omnibus istis añcedens est verũ et ꝯñs est falsum: vt ptz ex dictis. Et potest dari exemplũ. aliqs homo scilz filius dei est vbiqꝫ et tamen nõ est vbiqꝫ homo etc. Hic est sciendum aũt q in predecta cõclusione et in correlariis sequẽtibus vsus sũ istis terminis corpus quãtum quantitas corporea siue continua et non istis terminis quantũ vel quãtitas simpliciter dictis. Quia quantitas est genus ad quãtitatem continuam et discretã. et quantum ad quantum continuũ et discretũ. Et ideo loquẽdo de quãtitate discreta et de quanto denoĩato ab ea bene ꝯcederem aliquas ppones: qs negaui de quantitate cõtinua et econtra. Unde ponerẽ cõtra Ockam istas propositiones. Prima est q corpus christi est quantũ in sacramento altaris et quãtitas christi est quantitas in sacramento altaris: quia licet corpus christi non sit ibi corpus seu quantitas corporea vel continua: quia non habet ibi partem distinctã a parte. tamen est ibi quantũ discretũ seu quantitas discreta

quia habet ibi plures partes discretas τ distinctas q̃ faciūt vnū. Secūda est φ stat aliquid esse cōpositū ex partib⁹ quātitatiuis τ nō esse q̄tuz cōtinuū. qꝛ corpus xp̄i in sacramēto est compositū ex partibus quātitatiuis siue quantis τ tñ corpus christi non est q̄tum continuū. τ staret φ etiam nec alibi essꝫ quātū continuū τc. Tertia ꝓpositio est φ aliqua est quātitas que non est substātia neqꝫ qualitas. nec est res distincta a substantia vel qualitate. Patet. qꝛ numerus ternarius angeloꝝ est quātitas discreta. τ tñ ꝓprie loquēdo non est substantia nec est res distincta a substātia. nec est res vna nec vna substātia ſꝫ plures. ideo τc. Quarta est φ aliqua substātia vel q̄litas est formalit̄ quātitas. sic φ nō stat ipsam eē τ nō esse quātitatem vel ipsaꝫ alicubi esse τ nō eē ibi quātitatē. Ptꝫ. qꝛ q̄libet substātia diuisibilis τ oīs q̄litas est numerus τ sue ptes. τ ꝑ ꝯñs est quātitas discreta τc. Igitur

Tertia cōclusio est hec φ lꝫ corpus xp̄i habeat ī celo ordinē partiū in toto τ ordinē partiū in loco. tñ taleꝫ ordinē neutro modo habet in sacramēto. Prima pars pꝫ. qꝛ corpus xp̄i est in celo situaliter vt supponitur τc. sed secūda ps ꝓbatur. qꝛ ad talem ordinē requiritur distātia partiū sicut magis apparebit qñ recitabit̄ opinio quaꝫ tenet Adam cōtra istaꝫ conclusionē quo ad hoc φ dicitur φ corpus xp̄i in sacramē to non habet ordinem partiū in toto.

Ex hac conclusione sequit̄ p̄mo φ corpus xp̄i existēs in sacramēto nō est ibi situaliter. Patet. qꝛ non cōmensuratur sacramēto nec habet ibi ordineꝫ partiū in toto vel in loco. igitur τc. Et ideo inanū laborant qui faciunt difficultateꝫ vtrū xp̄s in sacramento stet vel sedeat aut sit erect⁹ vl̄ supin⁹. qꝛ iste sunt differentie situs q̄ non cōueniūt ei ibidē τc.

Secundo sequit̄ φ licet distinctio de ordine partiū in toto vel de ordine partiū in loco nō habeat locū in materia ꝺ existentia xp̄i sub sacramēto. tñ possibilis est ordo partiū in toto absqꝫ ordine partiū in loco. Prima pars ptꝫ ex conclusione. Sed secūda ptꝫ. qꝛ si deus crearet vnū corpus cōtinuū extra celū τ sine loco. illud hoc non obstante haberet ordinē partiū in toto. qꝛ ibi essꝫ ordo situalis τ distantia partiū in toto. τ tamē nō eēt ibi ordo partiuꝫ in loco. Et ideo ptꝫ φ ꝑ prius naturaliter est ordo ptiū in toto q̄ in loco. τ per ꝯñs hec distictio non est oīno superflua. sicut quīqꝫ videtur innuere Guillermus Ockam τc.

Tertio sequit̄ φ licꝫ corp⁹ xp̄i in sacramento non habeat ordinē partiū in toto vel in loco. tñ cū hoc stat organica partium distinctio et per consequēs ꝑtium perfectionalis ordo. patꝫ. qꝛ ad distinctionē partiū organicarū non requiritur distantia earundeꝫ. sed sufficit distinctio naturaliuꝫ dispositionū in illis ꝑtibus. q̄ pōt esse stante φ ille ptes sint in eodē loco. nā licet caput τ man⁹ sint in eodeꝫ loco. tñ nec caput est in manu nec econuerso. Et q̄uis dispositiōes capitis τ man⁹ sint in eodē loco. tñ naturalis dispositio capitꝭ nō informat manum nec ecōtra. Et ita caput est perfectioꝛ ps ibi q̄ sit man⁹. τ per ꝯñs ibi est partiū perfectionalis ordo. quare non est ibi omnino ꝯfusio τc.

Cōtra primā conclusionē arguit̄ p̄mo sic. si xp̄i corpus existens in celo inciperet esse in sacramento absqꝫ hoc φ desineret esse in celo. vel moueret̄ de celo ad sacramentū localiter vel nō. Si sic. Cōtra. nihil debet dici motū localiter de illo loco in quo adhuc est. Iteꝫ nihil mouet̄ de loco ad locū distantē a primo sine transitu per mediū. Si non. Cōtra. Est in loco in quo prius non fuit τ fuit añ alicubi. igit̄ est motuꝫ localiter τc.

Secūdo si corpus xp̄i esset in diuersis locis. in vno circūscriptiue τ in alio diffinitiue. pari rōne posset simul eē in diuersis loc̄ circūscriptiue. τ pari rōne sortes posset esse ꝑ potentiā dei in multis locis τ lignū τ quelibet alia res. Cōsequētia tenet. qꝛ primo scꝫ circūscriptiue τ diffinitiue nihil potest esse simul in multis locis sine triplici miraculo. Primū φ alicubi est modo q̄titatiuo τ alibi nō. Scōm φ est in pluribus locis

totaliter distinctis. Tertiũ ꝙ alicubi est modo speciali sic ꝙ q̃libet pars sit cum q̃libet. Sed si scđo modo scilꝫ vtrobiqꝫ circũscriptiue aliquid esset in pluribus locis non esset nisi vnicũ miraculuꝫ. qꝛ cessaret primũ ⁊ tertiũ miraculoꝝ predictoꝝ vt patet. Igit̃ qui pòt facere aliq̃d corpus esse in diuersis locis illo modo quo tenet fides. a multo fortiori potest facere illo alio modo. Et hoc est cõtra Thomã ⁊c. Sꝫ falsitas illius consequẽtis ꝓbatur ostẽdendo incõuenientia q̃ ex illo sequuntur. Primo sequit̃ ꝙ ꝯtraria ineẽnt eideꝫ ꝓm se totũ. vt ꝙ idẽ ꝓm se totũ esset albũ ⁊ nigrũ. calidissimũ ⁊ frigidissimũ. motũ sursuꝫ ⁊ deorsum. ad dextrũ ad sinistrũ. que sunt cõtraria. ⁊ sic diffinitio contrarioꝝ nõ erit bona ꝙ cõtraria sunt q̃ non possunt simul inesse eidẽ ⁊c. nec videt̃ quõ aliter possent diffiniri. Et tamen ꝯña patet.

Secundo sequitur ꝙ priuatiue ⁊ contradictorie opposita verificarent̃ de eodem. vt ꝙ idem vas essꝫ plenũ ⁊ vacuũ vino. ⁊ per ꝯñs plenum ⁊ non plenum. ꝙ idem corpus esset motũ ⁊ quiescens ⁊ per ꝯñs motum ⁊ non motum. ꝙ idẽ corpus esset viuuꝫ ⁊ mortuũ ⁊ per ꝯñs viuũ ⁊ non viuũ. Omnia ista videntur implicare ⁊ tamẽ ꝯña videtur nota. qꝛ si idem esset in diuersis locis vnũ istoꝝ posset verificari in vno loco ⁊ aliud in alio ⁊c. sicut posset declarari. Tertio sequitur ꝙ idem homo posset peccare mortaliter scꝫ committendo adulteriũ in vno loco ⁊ eodem tempe mereretur vitam eternã scꝫ cõfitendo seu aliquid aliud faciẽdo in alio loco. Quarto sequitur ꝙ ego existens parisius haberẽ dubitare me esse Rome me ibi currere. et multa similia ⁊c. quia deꝰ potest hoc ⁊ non est euidens vtrum sic faciat ⁊c.

Quinto sequitur ꝙ ego possum esse vbiqꝫ. quia qua ratione possum esse in duobus locis pari ratione in tribus vel quattuor ⁊c. ⁊ ita in quolibet ⁊ per consequens hoc stante ꝙ ego sim in mille locis ego apparebo mille hoĩes. igit̃ habeo istud dubitare vt arguebã modo. Sexto sequit̃ ꝙ non est propriuꝫ dei esse vbiqꝫ. quia potest creature competere vt dixi ⁊c. Tertio ꝑncipaliter arguitur sic. Si possibile essꝫ aliquod corpus eẽ in loco diffinitiue eo modo quo dictum est in secunda parte prime conclusiõis. sequeretur ꝙ de eodẽ possent verificari ꝯtradictoria successiue absqꝫ noue rei acquisitione. vel antique perditione. Consequens videtur falsum. Et ꝯña probatur quia si de aliquo corpore nunc existente in aliquo loco circũscriptiue deus faceret ꝙ ipsum ⁊ quelibet pars eius esset in illo eodeꝫ loco in quo prius ⁊ in qualibet illius parte sic̃ dictum est esse possibile tunc de illo corpore nõ erat prius verum ꝙ esset diffinitiue in loco ⁊ postea erit verũ. ⁊ tamẽ istud corpꝰ nihil ꝑdidit qđ priꝰ habuit quia non locũ. Naꝫ est in eodẽ quo priꝰ per casum. Nec quantitatem que esset res distincta ab eo per predicta in secũda conclusione. Nec apparet quid aliđ Similit̃ nihil acquisiuit qđ priꝰ nõ habuit. quia non locũ per casuꝫ. nec apparet quid aliud. igit̃ ⁊c. Ad

Ad primã rationẽ respõdeo ꝙ aliquid moueri localiter potest esse vel imaginari tripliciter. Primo modo proprie quia transit de loco ad locum dimittendo locum in quo prefuit ⁊ acquirendo nouũ ⁊ transeundo per locum mediũ. si sit locus medius inter primũ ⁊ secundũ. Et sic corpus xp̄i nõ mouet̃ localiter quando incipit esse sub sacramento vt notũ est. Secundo modo minus ꝓprie aliquid potest dici moueri localiter. quia dimittit locũ in quo prefuit ⁊ habet nouum locũ nec tamen transit per mediũ locum q̃uis sit locus medius inter primũ ⁊ secundũ. Et sic corpus christi nõ mouetur localiter quando incipit esse in sacramẽto quia non dimittit primuꝫ locum si tamen dimitteret illũ q̃uis nõ transiret per mediũ diceret̃ moueri localiter isto modo. Tertio mõ ⁊ adhuc minꝰ ꝓprie aliq̃d pòt dici moueri localiter. qꝛ ꝑfuit in loco ⁊ acquirit vel habet nouũ locũ. q̃uis non dimittat ꝑmũ nec transeat per mediuꝫ. Et sic corpus xp̄i mouet̃ localiter qñ incipit esse in sacra-

mēto. qr isto modo moueri localiter nihil aliud importat nisi eē hic ꝛ imediate fuisse alibi ꝛ nō fuisse hic. Nec est ɔcedendū ꝙ corpus xpī mouet̄ de celo ad sacrm̄. qr moueri de aliquo loco est dimittere illū locū. ideo corp⁹ xpī mouet̄ mutatiōe q̄ est ab esse in celo ad esse in sacro. qr simul est in celo ꝛ in sacro. q̄re ꝛc. Ad scd̄am rōnem teneo cū Scoto Ockā ꝛ Adam cōtra Thomā ꝛ cōcedo ɔnām ibi factā. ꝛ ɔnās pncipale. Et ad hoc sufficit mihi ratio ibidē facta Sȝ pro rn̄sione ad ea q̄ vlteri⁹ inferunt̄ ponam aliquas ꝑpositiones. BB

Unde pro solutione primi incōueniētis qd̄ concluditur. Dico primo. ꝙ possibile est contraria inesse eidem subiecto ꝭm se totuȝ in diuersis locis sicut bene probatū est. imo de facto sic insūt. quia corpus xpī in vna hostia mouet̄ sursuȝ in alia deorsum ꝛc. Dico secūdo ꝙ cōtra hoc non est illa diffinitio siue conditio contrarioꝝ. qr cōtraria non possunt simul inesse eidē. qr ly simul pōt intelligi loco ꝛ tempe. modo sic non est hic.

Dico tertio ꝙ possibile est per diuinā potentiā contraria simul loco ꝛ tempore inesse eidē subiecto ꝭm se totū. Ut ꝙ idē ꝭm se totū sit calidissimū ꝛ frigidissimū. qr non implicat contradictionem ꝙ deus in eodeȝ subiecto simul tempore ponat summā caliditatem ꝛ summā frigiditateȝ. Ideo dico q̄rto ꝙ in dicta diffinitione seu cōditione cōtrarioꝝ debet subintelligi iste termin⁹ naturaliter aliter nō valet ita ꝙ dicatur. Cōtraria sunt que nō possunt naturaliter simul inesse eidē vel esse in eodeȝ. quia nulla res est alteri ɔtraria formaliter ꝛ necessario sed solū naturaliter ꝛ de cursu nature a deo libere ordinato. iō naturalit̄ ɔtraria possunt non esse cōtraria id est eē simul in eodē ꝛ carere naturali ɔditione qñ placet deo. Et sic ptȝ solutio primi inconuenientis. Alterius pro solutione secundi incōueniētis qd̄ infert̄ dico ꝙ impossibile est priuatiue aut ɔtradictorie opposita verificari de eodeȝ vt ꝙ idē vas sit plenū vino ꝛ vacuū vino. aut plenū ꝛ non plenū vino. ꝙ idem sit motū ꝛ quiescens aut mortuū ꝛ viuum ꝛc. Dico tñ vltra ꝙ possibile est idem vas simul tpe esse in vno loco plenū vino ꝛ in alio vacuū vino. in vno loco motū ꝛ in alio qescens imo sic est de facto de aīa hois ꝙ in manu mouet̄ ꝛ qescit in pede. possibile est etiā idē corpus eē in vno loco viuū ꝛ in alio mortuū. quia possibile est ipm̄ habere in vno loco animā ꝛ ipm̄ eē in alio loco ꝛ ibi carere aīa Exemplū possibilitatis. Uerbū diuinū est alicubi vbi non est natura assumpta ideo ipm̄ alicubi est homo ꝛ est alicubi nō hō ꝛc. Ideo dico vlteri⁹ ꝙ lȝ isti termini motū ꝛ qescens sint termini pūatiue oppositi ꝑpter qd̄ īpossibile est ipsos verificari simul tpe de eodē siue in eodē loco siue in diuersis. ideo non ɔcedo ꝙ in vno loco verificet̄ ꝙ aīa mouet̄ ꝛ in alio ꝙ quiescit. qr ad quiescere sequitur nō moueri. mō moueri ꝛ nō moueri sunt ɔtradictoria q̄ nō verificant̄ de eodē nec in eodem loco nec in diuersis. tñ hoc nō obstāte isti termini motū in manu ꝛ qescēs in pede. vel viuēs in vno loco ꝛ ī alio loco mortuū nō sunt termini pūatiue oppositi. Idō bñ verificant̄ de eodē. Uñ non sequit̄. aīa quiescit in pede. igitur quiescit. qr sequit quiescit ergo nō mouet̄. Et vltra. ergo nullibi mouetur. Modo stat ꝙ quiescit in pede et alibi mouet̄. Refert etiā dicere alicubi qescit alicubi mortuū est ꝛ quiescit alicubi. mortuū est alicubi ꝑpter negationē inclusaȝ in talib⁹ terminis pūatiuis que distribuit terminuȝ sequentem ꝛc.

CC Ulteri⁹ ꝓ solutione tertij inconueniētis illati dico ꝙ act⁹ pctī mortalis scȝ actus adulterij ꝛ act⁹ meriti vite eterne. scȝ actus ɔfessiōis vel dilectiōis dei sup oīa pñt eē simul tpe in eodē nō solū in diuersis loc' sȝ etiā in eodē loco qr acuts isti' vt act⁹ sunt nō habēt repugnātiā. sȝ sunt a deo. Ideo de⁹ posset illos ponere in eodē loco ꝛc. Dico tñ vltra ꝙ hoc nō obstāte īpossibile est eūdē peccare mortaliter ꝛ mereri vitā eternā simul eodē tpe siue in eodem siue in diuersis locis. qr isti termini peccare mortaliter ꝛ mereri vitā eternam non soluȝ

dicunt tales actus sed vltra connotant diuinā deacceptationē ⁊ acceptationē Ideo sequitur. Sortes meret̄ vitā eternam in hoc loco ergo acceptat̄ a deo ergo nō deacceptatur a deo. ergo nullibi peccat. Et sic qui alicubi meret̄ vitam eternā nullibi peccat mortalit̄ ⁊ ecōtra Uñ ad formam rōnis si ponat̄ casus ꝙ idē hō peccet mortalit̄ faciēdo adulteriū in vno loco ⁊ in alio ꝯfiteat̄ ⁊c̄. patȝ qd dicendū. qꝛ si alicubi peccet mortaliter. quicquid alibi faciat non erit meritū vite eterne. Si aūt ponat̄ casus sub hac forma verboꝝ ꝙ idem hō cōmittat adulteriuȝ in vno loco ⁊ in alio ꝯfiteat̄ vel det elemosynā ⁊c̄. ita ꝙ in casu non ponant̄ isti termini peccare vel mereri tūc vel loqmur de lege ordinata ⁊ sic qꝛ de lege ordinata om̄e adulteriū est peccatū mortale dico sicut priꝰ ⁊c̄. vel loqmur de potētia absoluta ⁊ sic dico ꝙ in illo casu iste pōt peccare ⁊ nō mereri. ⁊ pōt mereri ⁊ nō peccare. sȝ non vtrūq̄. qꝛ deꝰ pōt illud adulteriū deacceptare ⁊ oīa alia opera alibi facta nō acceptare. ⁊ pōt illud adulteriū nō deacceptare ⁊ absoluere vt non sit pctm̄ ⁊ alia alibi facta acceptare ad vitā eternā. sȝ nō posset vtrūq̄ simul tp̄e scȝ adulterium deacceptare ⁊ alia opera acceptare ⁊c̄.

DD Ulterius ꝓ solutione q̄rti inconuenientis illati dico. ꝙ ego exn̄s parisius simul tp̄e possuȝ esse rome. nō tm̄ habeo dubitare me esse rome. qꝛ licȝ deus possit hoc facere ⁊ nō sit mihi euidens euidentia sūma siue euidētia simplicit̄ absoluta vtrū sic faciat tm̄ debeo credere ꝙ non facit. nā hoc nō possȝ facere sine miraculo ⁊ ego debeo credere ꝙ nō facit miraculū nisi appareat ꝓbabiliter de opposito ⁊c̄. Pro solutione qnti incōuenientis dico ꝙ de potentia dei ego possum eē vbiq̄ ⁊ apparere mille hoīes ⁊ vincere in bello mille hoīes vel oēs. ⁊ multa similia sequūtur sȝ nō habeo d̄ istis dubitare sic eē ꝓpter illa q̄ iam dixi. Pro solutiōe sexti incōuenietis dico ꝙ esse vbiq̄ lȝ de facto ꝯueniat soli deo tm̄ nō est ꝓpriū dei. qꝛ pōt ei nō cōuenire. Ptȝ ante creationē mūdi ⁊c̄. Et pōt alteri conuenire. patet in ꝓposito. sed posse esse vbiq̄ ⁊ non posse nō esse vbiq̄ siue necessario esse vbicūq̄ est locus est ꝓpriū dei. Et sic soluta ē secūda ratio p̄ncipalis. EE Ad tertiaȝ rationē dico ꝙ quicqd sit de cōsequente de quo vide Adam qnta q̄st. q̄rti libri articulo tertio in solutiōe ad sextū articulū. quia de hoc alibi tamen ꝯn̄a non valet. qꝛ illud ꝯn̄s non sequit̄ ex antecedente. Pro quo notandū est ꝑm Ockam ꝙ qn̄ de extenso fit nō extēsum sicut in ꝓposito vbi de existente circūscriptiue ī loco fit exn̄s diffinitiue in loco vel etiā econtra qn̄ de non extenso fit extensuȝ hoc pōt cōtingere triplicit̄ Quia si de non extenso fit extensum vl̄ occupat maiorē locū q̄ꝫ priꝰ nō extensū vel minorē vel equalē. Si p̄mo mō tūc sunt ibi due mutatōes. vna acquisitiua qꝛ illud acquirit nouū locū. ⁊ alia deꝑditiua. quia quādo illud fuit non extēsum fuit totū in toto loco ⁊ ꝑs cū q̄libȝ parte loci. sed quādo extendit̄ tunc est totū cū toto ⁊ pars cum parte. ⁊ non totū cū qualibet parte. ideo om̄s partes perdunt aliqua loca que prius habuerunt. qꝛ prius fuit pes cuȝ capite ⁊ modo distant. Si scd̄o modo tunc est sola mutatio deperditiua. qꝛ totū minꝰ occupat de loco q̄ꝫ prius. ideo perdit ꝑtē illius loci maioris ⁊ partes etiā ꝑdunt multa loca prius habita sicut in priori mō. Si vero tertio mō. tūc est tm̄ mutatio deperditiua nō acquisitiua. qꝛ tunc partes q̄ fuerūt om̄s in toto ⁊ quelibet cū toto ⁊ quelibet cum qualibet. iam dimittunt loca prius habita. sed non oīa qꝛ quelibet pars retinet vnū locū queȝ prius habuit sicut in p̄mo modo. tamē nullū acquirit quē prius nō habuit. sicut in illo primo modo acquirit q̄libet vel multe. Si autē ecōuerso de extenso fit non extensuȝ sicut in casu rōnis. hoc similiter pōt esse triplicit̄. Quia vel sic ꝙ totū remanebit in eodē loco ⁊ equali. vel in maiori. vel in minori. Si p̄mo modo sicut est in casu tunc erit ibi mutatio acqsitiua non deꝑditiua. qꝛ q̄ꝫuis totuȝ nihil acquirat vel deꝑdat tm̄ que

libet pars acquirit multa loca que pri⁹
non habuit. Ideo patet ꝙ nõ est ibi trã
situs de ɔtradictorio in ɔtradictoriũ. si
ne acquisitiõe noue rei id est noui loci.
Et si nõ in toto tñ in q̃libet pte. Si ve=
ro fiat in loco maiori simile est. si in mi=
nori tũc ẽ mutatio tã acquisitiua q̃ de=
perditiua. sicut patʒ intuenti. Et sic pʒ
de prima conclusione. ¶¶ Con=
tra secundã ɔclusionẽ ⁊ primũ correla=
rium eius arguitur primo sic. Quãdo
aliqua sunt idẽ realiter vbicunqꝫ aliqd
est vnũ illoꝝ ibidẽ est reliquũ illoꝝ. sed
substantia corporis xp̃i ⁊ aliq̃ quãtitas
cõtinua corpis xp̃i sunt idẽ realiter per
primũ correlarium et corpus xp̃i est in
sacramento substantia corporis christi.
ergo est in sacramento etiaʒ quantitas
continua corporis christi contra secun=
dam partem conclusionis. maior videt
nota de se ⁊c. Secundo arguitur con=
tra primũ correlarium sic. Nulluʒ acci=
dens est substãtia. omnis quantitas est
accidens. ergo nulla quantitas est sub=
stantia Maior videtur nota. quia acci=
dens ⁊ substãtia sunt opposita. Minor
patet. quia quantitas est vnũ de predi=
camentis accidentis. Confirmat. vnuʒ
predicamentuʒ non verificatur de alio
igitur nulla qualitas ⁊c. Tertio sic.
Si omnis substantia vel qualitas extẽ
sa esset quantitas continua sequitur ꝙ
plura corpora naturaliter possent esse
simul. consequens negatur cõmuniter
ab omnibus. Sed consequẽtia patʒ. qr
in lacte est albedo et dulcedo ⁊ materia
eis subiecta. et quelibet est res extensa
longa lata et profunda. si ergo quelibet
sit sua quantitas tria corpa sunt simul
naturaliter. quia corpus est quantitas
longa lata ⁊ ꝓfunda ⁊c. Pro solutiõe
istorum ⁊ ad maiorẽ declarationẽ toti⁹
materie premittã aliquas ꝓpositiones
Prima sit hec. ꝙ oĩs res ꝓprie vna
siue substantialis siue accidentalis ha=
bens partẽ distantẽ a parte siue parteʒ
extra partem est quantitas cõtinua. qr
omnis talis res est ɔtinue extensa. igit
quanta cõtinua. Secunda propositio
ꝙ si aliquid est quantũ ɔtinũ qd nõ est
subiectiue in quãtitate nec est subiectũ
quantitatis. ipsum est quantitas conti
nua. Patet. quia nihil potest esse quan
tum cotinuum sine quantitate cõtinua
ergo si aliquid est quantum cõtinuum
vel est subiectiue in quãtitate vel ẽ sub
iectũ quãtitatis vel ipsummet est quã=
titas. quia pluribus modis non potest
imaginari aliquid esse quãtũ. Tertia
propositio est ꝙ omnis res ꝓprie vna si
ue substantialis siue accidẽtalis habẽs
partes potest habere partẽ distanteʒ a
parte. ⁊ per ɔsequẽs esse quanta absqꝫ
hoc ꝙ ipsa sit subiectiue in quantitate
vel ꝙ ipsa sit subiectũ quãtitatis. Pro=
batur. qr deus sua infinita potentia po
test omnẽ rem absolutam facere vel cõ
seruare sine re absoluta ab ea ꝭm se to=
tam realiter distincta. potest enim face
re de creaturis quicquid vult. et per cõ
sequens potest omneʒ substantiam vel
qualitatẽ habentẽ partẽ extra partẽ fa
cere vł conseruare sine omni accidente
absoluto sibi formaliter inherente. et si
ne omni subiecto cui formałr inhereat
quia substantiam esse sine accidente. et
accidens sine subiecto nullaʒ contradi=
ctionem includit. Et isto facto certũ est
ꝙ hec res extensa potest sic conseruari
vt dictum ẽ absqꝫ hoc ꝙ ipsa vel aliqua
eius pars moueatur localiter. ideo põt
habere partẽ distantem a parte et ꝑ cõ
sequens esse quanta per primã propo=
sitionẽ absqꝫ hoc ꝙ ip̃a sit subiectiue in
quantitate vel subiectum quantitatis.
¶¶ Quarta ꝓpositio ꝙ oĩs tał
res quãta de qua est sermo põt eẽ quã=
titas cõtinua. Patʒ ex p̃dictis ꝓpositio
nibus clare. Quinta ꝓpositio. ꝙ om̃is
res habẽs partẽ distantẽ a pte est quan
ta ꝑ suas ptes essentiales vel ĩtegrales
sine quãtitate que sit distincta realiter
a substãtia et q̃litate. Et ita oĩs quanti
tas ɔtinua est substantia vel q̃litas ha=
bens partẽ ab alia parte distantẽ ⁊ ecõ
tra. Patet ex p̃cedentibus. quia frustra
ponitur fieri per plura qd potest fieri ꝑ
pauciora ⁊c. Sexta ꝓpositio sequens
ex predictis est diffinitio quãtitatis cõ
tinue, scʒ ꝙ quantitas cõtinua est extẽ=

sio siue extrapositio vel distantia partium facientium vnū totū. Septima est ꝙ ad illam extrapositionem siue extensionē partium non requirunt̄ nisi ptes ille que distant ⁊ cause earū essentiales intrinsece si habeant. ⁊ cause extrinsece puta faciens ⁊ finis: nec requiritur aliqua quantitas superaddita. ptꝫ ex predictis. Item qꝛ si requireret̄ quātitas superaddita ꝓpter extēsionem substātie vel qualitatis aut partium earum. cū quantitas illa ꝯtinua ſm aduersarios posita possit ſm eos miraculose non extendi. pari ratione sequeretur ꝙ ad eius extensionem requireret̄ alia quātitas que addita amplius posset extendere vnaꝫ rem vel facere distare partes eius ⁊ tamen ita deus nō posset hoc facere: nisi coniungeret vnā aliam rem illi rei. ergo non requiritur ⁊c̄. Octaua propositio est ꝙ licet isti termini substātia ⁊ quantitas. ⁊ isti qualitas ⁊ quantitas supponant pro eodem. tamen substantia qualitas ⁊ quātitas sunt diuersa predicamenta: qꝛ ad distinctionē predicamentoꝝ sufficit distinctio cōceptuū vel intentionū. Unde dicit Io. Dam̄. ꝙ possibile est eandē rem ſm aliā ⁊ aliā intētionē ad aliud ⁊ aliud p̄dicamentū reduci. Et ista oīa que dicta sunt diffuse declarat Ockā in multis locis ⁊ specialiter in tractatu quē ꝯposuit de sac̄o altaris a xij. c. ⁊c̄. ¶ Tunc ad primam rationē dico primo ꝙ illa maior sumpta intelligendo eam in creaturis est falsa de virtute sermonis ꝓpter falsam implicationem. Implicat enim ꝙ aliqua sint aliqua: et tamen ꝙ sint idem realiter inter se: quod est impossibile in creaturis: quia nunꝙ aliqua creata sunt aliqua et vnum realiter. Dico secundo ꝙ in personis diuinis illa ꝓpositio est vera: quia ibi plures persone sunt plures: ⁊ tamē sunt vna res simplex Dico tertio ꝙ non valet consequentia: imo est fallatia figure dictiōis arguendo ex illa propositione in terminis cōnotatiuis a parte predicati. verbigratia in diuinis Non enim sequitur Quandocūqꝫ aliqua ⁊c̄. sed pater in diuinis et deus filius virginis sunt idem realiter et essentia diuina est vbiqꝫ deus pater. ergo ipsa est vbiqꝫ deus filius virginis. hoc em̄ ꝯsequēs falsum est. qꝛ non est filius virginis nisi vbi est homo et nō est vbiqꝫ homo. igitur ⁊c̄. Ad secundā rationē dico ꝙ stat ꝙ aliq̄ quātitas nō est aliqua res distincta a substātia ⁊ ꝙ quātitas est accidens. Ūn̄ ad declarationē huius ſm Ockaꝫ tractatu p̄ allegato. c. 3. ex verbis Ans. monologiō caplo. 26. trahit̄ distinctio ꝙ hoc nomē accidens tripl'r pōt sumi. Luꝫ em̄ dicit ꝙ sunt aliq̄ accidentia q̄ mutationē aliquā accedēdo vl' recedēdo faciunt q̄ nō nisi cū aliq̄ participantis variatiōe adesse vel abesse posse intelligunt̄. vt colores. innuit per hoc ꝙ aliqua sunt accidētia que sunt res disticte a suis subiect(is). Per hoc aūt quod dicit alia sunt q̄ nullam omnio vel accedēdo vel recedēdo mutationē circa idē de quo dicunt̄ efficere noscunt̄ vt quedā relationes ostendit ꝙ aliquod est accidēs qđ nō est res distincta a subiecto et ei addita ⁊c̄. Et ideo ex sentētia illoꝝ verborū que breuiter pertrāseo sequit̄ primo hec distinctio ꝙ hoc nomē accidēs tripliciter pōt capi. Primo modo stricte pro aliqua re inherēte subiecto que nō est substantia. Secundo mō magis large pro aliquo predicabili de aliquo cōtingenter quod pōt successiue affirmari et negari de illo propter realē mutationē illius.

Tertio modo quando pōt successiue affirmari et negari de aliquo ꝓpter mutationē alteri⁹ ⁊c̄. Scđo sequit̄ ꝙ licꝫ aliqua quātitas sit accidēs p̄mo mō. s. quantitas q̄ est qualitas tamen aliqua quantitas nō est accidēs illo mō scilicꝫ quantitas que est substātia. imo capiēdo illo mō accidens quātitas nulla est accidēs illius cui⁹ est quantitas ptꝫ faciliter. Tertio sequit̄ ꝙ omnis quātitas est accidēs secundo mō. Et capio h̄ accidens nō solum pro termino accidētali sed etiā pro supposito illius termini. Quarto sequit̄ ꝙ eadē res est substantia et accidēs capiēdo accidēs secūdo mō. et vt dixi mō. Unde dicit Dam̄.

in logica sua.capitulo.33. ꝙ numerus ē accidēs ⁊ tñ ponit ꝙ numer⁹ est ipe res numerate.Sic etiā solet dici ꝙ albū est accidens ⁊c. Quinto sequitur ꝙ non omne accidēs realiter recipitur in subiecto dicente Anselmo vbi prius ꝙ nullius accidētis susceptibilis ē.s. summa natura.Quamuis eñ aliquod accidēs cōpetat deo.scilicet capiendo accidens tertio modo .tamen nullū accidens in se recipit de⁹. Ista possunt magis declarari sed transeo. quia satis apparet ex his solutio rationis. Ad tertiā rationē concedo consequēs de virtute sermonis. II Pro cui⁹ intellectu pono aliquas propositiones. Prima est ꝙ corpus capit dupliciter.Uno modo pro composito ex partibus distantibus situaliter quod potest naturaliter per se existere absqꝫ hoc ꝙ sit pars alterius vel innitēs alteri sicut lignū. Alio modo ꝓ illo quod per partes intrinsecas sibi est longū latum et ꝓfundum siue naturaliter possit per se existere siue non sicut albedo lactis ⁊c. Secunda propositio ꝙ capiēdo corp⁹ primo modo duo vel plura corpa non possunt naturaliter esse in eodē loco.Et sic capiendo corpus loquunt cōiter auctoritates phorum ⁊c. Tertia ꝓpositio ꝙ capiēdo corpus secūdo mō plura corpa pñt naturaliter esse in eodē loco.Unde dimensiones que nate sunt informare tertiā vel quarū vna est nata informare aliā naturaliter possunt esse simul. Sed dimensiones que possunt naturaliter per se existere ille sole repugnant.sic ꝙ naturaliter se expellunt de loco si sibiīpis reliquantur ꝗuis per diuinam potentiam quecūqꝫ dimensiones possint esse simul. Si aūt queras cur tam varie dimensiōes siue corpora primo modo repugnent non secūdo modo.dico ꝙ tota causa est natura rei que talis est ꝺ qua constat partim per rationem partim ꝑ experientiam. Nam per rationē apparet ꝙ substantia et qualitas sunt simul et similiter per experientiam constat ꝙ vno corpore per se existēte naturaliter ingrediente aliquem locum aliud consimile corpus cedit sibi.Si vero dicas ꝙ per consimilē experientiam patet ꝙ accidentibus in sacramento altaris cedit corpus per se existens ⁊c. Dico ꝙ hoc est.quia illa accidentia nō sunt nata informare subiectum in quo non fuerunt producta vel quia illud corpus non est natum informari ab eis naturaliter.vl ꝙ hoc est voluntate dei volentis ꝙ aliquid contra communem cursum nature appareat sensui vt magis sit meritū fidei. Unde multi catholici ponūt in sacramento multa fieri a solo deo ne euacuetur fidei meritum.sicut potest videri in Scoto libro qrto.distinctione duodecima.questione sexta. ⁊ questione qrta.Et ideo de omnibus potest eque faciliter dici ꝙ deus ordinauit omnia apparentia sensui fieri circa hostiam non consecratam sicut circa consecratam et aliqua facit per seipsum immediate.

Ex quo sequitur sexta propositio.ꝙ nec substantia panis cuius fuerūt accidentia hostie si recrearetur in situ disticto ab eis. nec aliqua alia substātia corporea possꝫ naturaliter siue per causas naturales fieri in eodē situ vel loco cū illis accidentibus. A deo autē solo posset tam illa ꝙ alia sicut sibi placeret. Et sic patet ad rationem.Hec de secunda.

K K Contra tertiam conclusionem sunt rationes quas facit Adā in quarto.questione quarta. et quinta. tenens contra Ockam oppositum secūde partis huius conclusionis scilicet ꝙ corpus christi in sacramento habet ordinem partium in toto ⁊c. Unde eius imaginatio que est satis subtilis potest ad certa puncta plane et breuiter reduci. Primo enim dicit ꝙ duplex est positio.Una partiū in toto ita ꝙ vna ps continuatur parti vni ⁊ non alteri vt caput collo et non pedi. et collum in toto fm compositionem totius ponitur inter caput et humeros: et non inter genua et pedes et hoc fm essentialem cōpositionem non fm dispositionē situalem.et sic de alijs partibus.Alia est positio partiū in loco ita ꝙ vna ptiū faciētium vnū situetur alicubi ⁊ nō alibi ⁊c.

Secundo dicit ꝙ licet corpus christi in sacramento nō habeat secundam positionem predictam siue ordinē partium in loco. tamē habet primā positionem siue ordinē partium in toto. Et ratio sua est hec: qꝛ ibi caput xp̄i cōtinuatur collo ⁊ nō pedibus nec digito. Imaginatur enim ꝙ sicut in celo caput christi ex vna parte nulli continuatur: nec aliud sibi. ex alia autem sibi continuatur collum et non pectus et humeri: et sic procedēdo vsqꝫ ad pedes. ita iste ordo seruatur in corpore christi in sacramento. licet non sit ibi ordo situalis sicut in celo. Primū autem ordinem non posuisset pl9 posse esse sine situ ⁊c̄.

Ideo dicit tertio ꝙ habere ptes in q̄s habens eas est diuisibile ꝙ vna componatur cum vna ⁊ non cum alia ⁊ secunda cum tertia ⁊ tercia cū quarta et non cum p̄ma. habere inquit talem positionem est esse quantum continuum. Ex quo infert quarto ꝙ charitas in anima non est quantum ꝯtinuum: licet ꝯponatur ex partibus in quas diuisibilis est. quia de illis partibus verū est ꝙ quelibet est cuꝫ qualibet: ⁊ cōponitur cū qualibet: sed de partibus substantie corporis xp̄i licet verum sit dicere ꝙ quelibet sit cum qualibet in sacramento: non tamē quelibet componitur nec continuat̄ ibi cū qualibet immediate sicut iam dixit. ideo ꝯcedit ꝙ corpus xp̄i in sacramēto est quantū cōtinuum. Quinto ꝯcedit idē de qualibet qualitate corporis xp̄i. sicut de albedine et alijs qualitatibus corporalibus. Dicit enī in sacramento non quelibet pars albedinis corporis christi vnitur cuilibet non plus q̄ quelibet pars substātie: igitur dicit ꝙ illa albedo est ibi quantū cōtinuum: qꝛ q̄uis quelibet pars sit cum qualibet. tamen albedo capitis non continuatur nec vnitur immediate albedini pedis ⁊c̄. Sexto dicit iste ꝙ nec substantia corporis xp̄i: nec albedo eius seu alia q̄litas corporea est in sacramēto quantū extēsum Unde ponit ꝙ licet extensio non sit res superaddita quanto continuo siue quātitati continue: tn̄ iste terminus extensum siue extensio connotat vltra istum terminum continuū siue quantitas cōtinua habere partes in diuersis sitibus siue partes situaliter distare: qd̄ non cōuenit substantie vel albedini xp̄i in sacramento ⁊c̄. Ex istis breuiter sic recapitulatis patet tota imaginatio hui9 doctoris in hac materia que ē subtilis.

LL Sed cōtra istam imaginationem et tenēdo ꝯclusionem prius positam ponam aliquas ꝓpositiones.

Prima est ꝙ in sacramento caput xp̄i non magis vnitur cōponitur aut ꝯtinuatur collo q̄ pedibus vel digito et hoc destruit totum fundamentum illius positionis. Ideo ꝓbatur primo qꝛ nisi sic tūc esset ibi aliquid inter caput ⁊ pedē ⁊ non inter caput ⁊ collum: sed hoc non est imaginabile: qꝛ tā simul sunt caput et pedes q̄ simul sunt caput ⁊ collum. Ubi enim aliqua sunt simul videt̄ implicare ibidē aliquid esse inter illa cui9 tamen oppositū dicit illa positio in primo dicto exponēdo quid est habere positionem in toto ⁊c̄. Scd̄o sic quecūqꝫ ꝯponunt vnū totum vniunt̄ in vno toto sed partes subē corpis xp̄i ꝯponunt vnū totuꝫ ⁊ similiter ptes albedinis cōponunt vnū totū: ergo vniunt̄ ⁊ ꝯponūtur: ⁊ id est simul in vnū ponunt̄. Uel ergo in sacro quelibet cū q̄libet vnit̄ aut componit̄ īmediate vel mediate. Si immediate habet̄ ꝓpositū ꝙ vna nō plus vnitur alteri ibi q̄ alia. si mediate. contra q̄libet est simul cum q̄libet ⁊ eq̄liter simul: sed vbi aliq̄ sunt sit̄ eq̄liter ibi eq̄liter sūt īmediata. ergo q̄libet cū qualibet vel cuilibet est ibi immediata. Si ergo aliq̄ ibidē vnit̄ alteri mediate sicut dicit positio seqtur ꝙ aliq̄ sil̄ tpe ⁊ loco erunt mediata qd̄ implicat. Scd̄a ꝓpositio seqtur ex predicta ꝙ sicut quelibet pars charitatis in anima vnitur cū q̄libet: ita quelibet pars substantie corporis xp̄i vel albedinis ei9 in sacramento vnitur cum qualibet. Non dico tn̄ ꝙ equaliter vnitur ⁊c̄. Unde potest concedi ꝙ alique due partes albedinis corporis xp̄i non tn̄ vel eque vniuntur quantum q̄libet pars charitatis vnitur cum

quelibet. quia quelibet pars vnitur cū qualibet tam ſm coexiſtentiam eidem loco q̄ ſm inherentiam eidē ſubiecto adequato. Nō ſic autem quelibet pars albedinis ꝛc. quia licet albedo manus et albedo pedis vniātur ſm coexiſtnetiam eidē loco nō tñ ſm inherentiā ei dem ſubiecto adequato. Nam albedo manus cū ſit in pede nō tamen inheret ei. et ideo licet gradus albedinis man⁹ et gradus albedinis pedis ſint in pede faciētes ibi vnū nō tñ reddūt pedē magis intenſe albū q̄ facit vna pars illorū ſcʒ gradus albedinis pedis. qꝛ alie nō inſunt ei ꝛc. Tertia propoſitio ſequit̄ q̄ nec ſubſtantia corporis xp̄i nec albedo eius aut corporea q̄litas eſt quantū cōtinuū in eucharistia plus q̄ charitas in anima. Unde ꝓprie loquēdo quicqd eſt quātū cōtinuū eſt extenſum. Nō eñ poſſum imaginari cōtinuitatē ſine extēſione. Et ſic deficit ſextū dictū. loquēdo tamē īꝓprie poſſet concedi q̄ albedo corporis chriſti eſt quantū continuū in ſacramēto potētialiter qꝛ habet partes que nate ſunt facere quātū continuum licʒ nō faciant actualiter ibi. Quod nō poteſt ſic cōcedi de charitate in anima. quia nō eſt poſſibile ꝑtes charitat̄ continuari ſiue extendi dum cōſtituūt vnū ꝛc. Quarta ꝓpoſitio ſequitur q̄ quicquid habet ordinem ſiue poſitionē ꝑtium in toto hʒ ordinē ſiue poſitionē ꝑtium in loco ſi totum ſit in loco ideo nec corpus chriſti nec aliquid eius habʒ in ſacramento ordinē partiū in toto. Et ꝑ iſta patʒ reſponſio ad predictā opinionem. Hec de tertia ꝯcluſione et de ſecūdo articulo principali.

Quantū ad tertiū articulū ꝑncipalez huius concluſionis in quo videndū eſt vtrū omnis actio et paſſio et omne accidens qđ ineſt corpori xp̄i exiſtēti in celo poſſit eidē ineſſe ſub eucaharistie ſacramēto tria faciā per ordinē. Primo premittā tres diſtīctiōes. Secūdo ponā tres ꝯcluſiōes. Tertio ſoluā tres dubitatiōes. Prima diſtinctio eſt iſta q̄ duplex eſt actio vl̄ paſſio quedā cui⁹ principiū imediatū eſt ſubſtantia quanta vl̄ nata eſſe quanta. Alia cui⁹ principium immediatum eſt ſubſtātia ſeu natura pure ſp̄ualis. Secūda diſtinctio eſt q̄ quedā eſt actio q̄ terminat̄ ad formam abſolutā formaliter inherentē alicui paſſo. Alia que terminat̄ ad vbi ſm aliquos vel ad locum ſm alios de quo non curo. Tertia diſtinctio q̄ queſtio poteſt intelligi vel de poſſe ſimpliciter abſoluto vl̄ de poſſe naturali ſiue naturaliter ordinato. primo mō nō intelligitur. qꝛ ſic eſſet clara. ſed ſecundo mō intelligitur. Unde ſm iſtaʒ acceptionē capiaʒ ſemꝑ inferius hoc verbū pōt in cōcluſionibus ꝛ alijs ꝛc. Ex iſtis patʒ q̄ iſta q̄ſtio habet tres difficultates. Prima eſt vtrum xp̄s in ſacramento poſſit habere oēm actionē ꝛ paſſionē terminataʒ ad formā abſolutā inherentē paſſo cuius principiū eſt natura corporalis.

Secūda vtrum poſſit ſic habere oēm actionē et paſſionē terminatam ad vbi cuius principiū eſt natura corporalis.

Tertia vtrū poſſit ſic habere omnem actionē et paſſionē cuius principiuʒ eſt natura pure ſpiritualis ꝛc. Unde d̄ iſtiſ tribus ponā tres cōcluſiones p̄mittē do cuilibet aliquas opiniones ꝛc. De p̄ma difficultate eſt duplex opinio. Una q̄ xp̄s in hoſtia non pōt videre vl̄ videri calefacere vl̄ calefieri ꝛ ſic d̄ alijs ꝛc. Cuius opinōis ratio principalis eſt qꝛ omnis actio ꝛ paſſio corporalis naturaliter habet fieri per cōtactum. ꝯtactus eñ eſt quantorū. ideo corpus xp̄i in hoſtia nihil tāgit ꝛc. Alia opinio ē Scoti tenentis idē quod prima. ſed nō ꝓpter rationem de ꝯtactu ſed qꝛ organū ſenſus corporis xp̄i in ſacramēto nō ē illo modo quo reqritur eſſe ad hoc q̄ imutetur ab obiecto. Nā ad hoc requiritur q̄ habeat modū quantitatiuū ꝛ ſit localiter ꝛ circumſcriptiue in loco. Et iō nō eſt p̄ſens p̄ſentia q̄ reqritur hic. de hoc q̄re in Scoto. Sed p̄ma opinio nec ei⁹ ratio valet quia nō eſt inconueniens idē agere in ſeipm̄ taʒ actione ſpirituali q̄ corporali. Actione ſpirituali ſicut voluntas inſeipam agit volitionē. Actiōe corporali ſicut ſenſus agit in ſeipm̄ ſenſa-

tionē. Itē aīa pōt agere in corpus suuz et in his nō est ɔtact⁹: qꝛ ɔtactus est di stinctoꝝ. et quātoꝝ ꝛc̄. igit̄ ꝛc̄. Scđa opinio etiā nō valet. qꝛ petit ꝑncipiuz supponēdo ꝙ debet ꝓbare. s. ꝙ ad actio nē ꝛ passionē reqrit̄ ꝙ actiuū ꝛ passiuū corporal' sit in loco circūscriptiue. Itē ſm istū doctorē idē pōt agere in se non obstante ꝙ nō sit a se localiter distinctū sed qua ratione non oportet ꝙ agens ꝛ patiēs sint a se localiter distincta eadē ratiōe nec oportet ꝙ agēs sit in loco lo⸗caliter seu circūscriptiue ad hoc ꝙ agat Itē oīus effectus sufficienter depēdet ex suis causis essentialibus ꝛ dispositio nibus ꝛ approximationib⁹ eaꝝ. sed quā titas siue sit res distincta a substātia et a q̄litate siue nō. nō est causa effectiua respectu visiōis albedinis. Igit̄ destru cta quātitate: et mō quātitatiuo adhuc potest videri albedo. quare ꝛc̄. Igit̄ pꝫ ꝙ ille opiniones nō valēt.

Ideo sit hec ꝑma ɔclusio ꝙ supposit[illegible] his q̄ sunt fidei nō pōt ꝓbari ꝑ rationē naturalē quin oēm actionē et passioneꝫ terminatā ad formā absolutā inherētē passo ꝛ cui⁹ principiū est natura corpal' quā pōt habere xp̄s existens in loco cir cumscriptiue pōt etiam habere in loco existens diffinitiue et non quātitatiue. Probatur ꝑmo. quia nō minus pōt ali quod ꝑncipiū actiuū habere actōeꝫ qñ se toto est presens alicui passo puta ca⸗lefactibili ꝙ si ꝑ vnā ꝑtem essꝫ p̄ns vni pti illi⁹ ꝛ ꝑ aliā ꝑtem esset p̄sens alteri parti. sꝫ corpus xp̄i in hostia est p̄sens hostie se toto toti et cuilibet pti. igit̄ ca lor corpis xp̄i pōt agere in hostiā ꝛ cale facere eā ꝛc̄. Scđo per idē pōt ꝓbari ꝙ corpus xp̄i in hostia existēs pōt vide ri oculo corpali qꝛ est sufficiēter actiuū nō tantū in mediū sꝫ etiā in oculū qꝛ se toto est p̄sens cuilibet parti oculi ꝛ me dij ꝛc̄. Tertio si dicas ꝙ corp⁹ christi non potest partialiter causare visioneꝫ in oculo corporali nō glorioso ita ꝙ ille oculus videat corpus xp̄i: ɔtra hic est principiuꝫ actiuū ex parte obiecti ꝛ ꝑn cipium passiuū ex parte oculi ꝛ modus existendi nō quātitatiuus nō impedit

sicut prius probatū est. Etiam quia ſm Augustinū nono de trini. Anima habꝫ magnam immutationē respectu corpo ris ꝛc̄. que tamē nō habet modum quā titatiuū et oīa alia requisita ad actio nem hic ponunt̄. igit̄ ꝛc̄. Consequentia tenet. quia ista cōmunis regula ꝙ agē⸗te approximato passo disposito sequit̄ actio nō est negāda. Nisi obuiet sibi au ctoritas scripture sicut nō est hic vt ptꝫ vel ratio q̄ etiā nō apparet imo magis ad oppositū vt iam tactū est. vel expiē⸗tia que etiā nō obuiat hic. quia expien tia que hic apparet nō valet qꝛ hic im⸗peditur actio nō naturaliter sꝫ quia de us suspendit actionē istā nō coagendo illis qualitatibus corporis xp̄i vt agāt et si coageret naturalr̄ agerent ꝛc̄. Ptꝫ ergo ꝙ corpus xp̄i potest in hostia cale facere hostiā ꝛ pari ratione calefieri ab ea. Patꝫ etiā ꝙ potest ibi videri ab ocu lo corporali existente extra hostiā ꝛ pa⸗ri ratione videre illum. Et ꝑ ɔsequens pari ratione potest dici idē de qualibet alia actiōe vel passione corpali ꝛc̄. Igit̄ patꝫ ɔclusio. De secunda difficultate dicit ꝑma opinio ꝙ corpus christi potest in hostia moueri localiter per accidēs qꝛ ad motuꝫ hostie sicut in loco per accidēs. Alia vera opinio non soluꝫ loquitur de motu locali ꝑ accidēs et ponit ꝙ mouetur ibi localiter ꝛ si nō motu stricte ꝛ ꝓprie dicto tamē motu ex tensiue siue large dicto. Et ꝙ isto motu mouetur īmediate a deo. Primū pro⸗bat. quia vbicūqꝫ est hostia ibi est corp⁹ xp̄i. et hostia mouetur localiter. igit̄ ꝛc̄.

Secundū probat. qꝛ quādocunqꝫ ali⸗qua coniunguntur precise ꝑ actū volū⸗tatis cōtingenter se habētis ad istā cō⸗iunctionē si vnū istorum sit mobile om nino improportionatuꝫ ipsi mouenti. ꝛ reliquū ꝓportionatū nō eadem motiōe potest moueri vtrunqꝫ ɔiunctorum. Ex emplum. posito ꝙ angelus ꝑ actū volū tatis sue cōiungatur lapidi et lapis est mobile proportionatum homini portā ti et angelus nō. tunc certum est ꝙ non eadē motiōe potest homo mouere lapi dem ꝛ angeluꝫ. modo sic est de corpore

Secunda eſt ꝙ ſicut vox audibilis nō eſt lex ꝓprie ſic nec ſcriptura legibilis ſʒ ſolum equiuoce. Patet. qꝛ vox vel ſcriptura lex nō dicit̃ aut regl̃a niſi ea figura vel tropo qua nomen rei ꝛ veritatis imagini imponitur vel ſigno. ſicut imago regis rex dicitur. Patet. quia iuriſte diffinientes legẽ diffiniunt eam ſm ei⁹ minus propriã acceptioneʒ. quia vt ſupra patet Gracian⁹ et alij ſolū diffiniūt legem ſcriptam. Tertia eſt ꝙ ſicut ad legis chriſti habitualẽ fidem om̄is viator obligat̃ ſine vlla excuſatione. ſic ab eius actuali fide null⁹ excuſatur niſi ſola incapacitate. Primū patet ex illo dicto apoſtoli Hebre. xi. Sine fide impoſſibile ẽ placere deo. Unde licet inter homines alij alijs minus ſint capaces ꝓpter breuitateʒ intellectus experientie paucitatem aut defectum doctrine vel gratie. quia non om̄es equaliter obligãtur ad credenduʒ ſingula legis in particulari et explicite. tamẽ nullū eſt genus hominū adeo tardum intellectu qđ ſaltem in vniuerſali et implicite nō poſſit omnia credere. id eſt credere vniuerſaliter quicquid ibi aſſeritur eſſe verum. ideo a tali credulitate habenda loco et tempore nullus omnino excuſatur niſi ſola incapacitate. Paruulos autẽ et furioſos ceteriſꝙ paſſionib⁹ mẽte captos ſeu alia naturali impoſſibilitate prohibitos incapaces voco. et ſi nō ſimplicit̃ tamẽ ſm quid. ſcʒ dum his defectib⁹ laborant q̄re non oportet ꝙ aliqđ actualiter credant ideo ꝛc̃. Et hec đ primo ar.

G Quantū ad ſecundū articulum in quo videndū eſt de Petri eccleſia ſiue grege ſunt diſtinctiōes premittende. Prima erit generaliter de eccleſia. Secunda ſpecialiter de militãte eccleſia. Tertia magis ſpecialiter de Petri eccleſia. Prima ergo diſtinctio eſt iſta ꝙ eccleſia poteſt mł̃tipliciter ſumi. Uno modo ꝓ templo materiali. Et ſic ſumitur in veteri teſtamento Deut. 23.

Eunuchus non intrabit ecclesiã. Et in nouo testamento. i. Corinth. xi. Nunqd domos non habetis ab manducandũ et bibendũ aut ecclesiam dei cõtẽnitis. Alio modo sumitur pro templo spũali. Et sic multipliciter pot sumi. Uno modo particulariter. et sic qlibet rational' creatura quã deus specialiter ĩhabitat põt dici ecclesia dei sicut dicit templũ. Alio mõ magis generaliter pro aliqua congregatiõe taliũ creaturarũ siue vniuersali siue pticulari. Et sic iterũ multipliciter potest sumi. Uno modo pro omnibus cognoscentib⁹ clare vel beatifice catholicas veritates. ꝛ sic vocatur ecclesia triunphãs. de qua dicit. Laus eius in ecclesia sanctoꝝ. ps. 149. Alio modo pro omnibus cognoscẽtib⁹ enigmatice huiusmõi veritates. Et sic nõ solũ sanctos vt ecclesia triũphãs. sed etiã cũ bonis malos ꝛ cũ hominibus demones cõprehẽdit. Unde etiã qñqꝫ nomine ecclesie maligni signant'. vt cũ dicitur. odiui ecclesiã malignantiũ. psal. 25. Licet aũt hoc modo iterũ eccl'ia multipl'r posset sumi tamẽ vt ad propositũ pertinet ecclesia sumit' ꝓ homibus in mortali corpore naturaliter viuẽtibus. ꝛ enigmatice cognoscentib⁹ catholicas veritates. Et sic vocat' eccl'ia militans. de q̃ dicitur Actuũ. 20. Attendite vobis ꝛ vniuerso gregi in quo posuit vos spũsſctũs epõs regere ecclesiam dei. Et sic sumit' in ꝓposito. ¶ Secũda distinctio est ista. ꝙ ecclesia militãs dupl'r põt sumi. Uno mõ pro ecclesia vniuersali. ꝛ sic est vnica ecclesia et extra quã nõ est sal⁹ ꝺ qua dicit ap'lus ꝙ xp̃s est caput corpis ecclesie. ꝛ corpus ei⁹ est ecclesia. Col. i. Alio mõ ꝓ ecclesia pticulari et sic sunt plures ecclesie. iuxta illud dictũ eiusdẽ ap'li. Salutant vos oĩs eccl'e xp̃i. Ro. 16. Utroqꝫ aũt p̃dictoꝝ modorũ adhuc multipliciter sumit' eccl'a. Nã sumẽdo eam ꝓ eccl'a vniuersali qñqꝫ sumit' pro congregatiõe oĩm fideliũ actu existẽtiũ quandoqꝫ vero generalius sumit' ꝓ cõgregatiõe oĩm fideliũ a tpe xp̃i vel apostoloꝝ vsqꝫ nunc suc cedẽtiũ. Et sic distinguitur eccl'a xp̃i ꝯtra synagogã moysi.

Et isto modo accipit Augustinus ecclẽsiam in li. ꝯtra manicheos. vt habet'. xi. distinctiõe ca. palam ꝛ alibi. vbi dicit ꝙ euangelio non crederet. nisi cum eccl'ie auctoritas cõpelleret. Hoc enim modo ecclesia est maioris auctoritatis ꝙ euãgeliũ sit. quia huius eccl'ie euãgelista siue scriptor euãgelij pars existit. Quandoqꝫ aũt adhuc generalius sumit' ecclesia ꝓ cõgregatione omniũ fideliũ a p̃ncipio mundi vsqꝫ ad cõsumatiõnẽ seculi. et sic nõ solũ cõp̃hendit ecclesiã xp̃i sed etiã synagogã moysi et eos qui fuerunt sub lege naturali. ꝛ isto mõ accipit Au. libro. 15. de ciui. capit. i. vbi dicit ꝙ non solum a tempe corporalis p̃sentie xp̃i et ap'loꝝ eius: sꝫ ab ip̃o abel vsqꝫ in huius seculi finem ꝑegrinando ꝑcurrit ecclesia. Et Greg'. in quadã omel'. dicit ꝙ ab abel iusto vsqꝫ ad vltimũ electum semp manet eccl'ia. hoc eñ modo synagoga in veteri testamento apellat' noĩe ecclesie. Nũe. 20. Cur eduxistis ecclesiã domini in solitudinẽ. Sꝫ etiã sumendo ecclesiam ꝓ eccl'a particulari. iteꝝ multipliciter potest sumi. Uno mõ pro quacũqꝫ cõgregatione fidelium siue viroꝝ siue milieꝝ. Et sic dicit'. i. Petri. 5. Salutat vos ecclesia que est in babilone. ꝛ isto modo sumit' in pluribus sacre scripture locis. Alio modo sumit' specialit' pro tota ꝯgregatõe clericoꝝ et sic nũqꝫ accipitur in textu scripture diuine. sꝫ clerici nomẽ ecclesie appropãuerũt ad seipsos vocãtes se eccl'iasticos. Alio modo adhuc sumit' mag' specialiter ꝓ aliquo particulari collegio clericoꝝ. Et sic in iure canonico ecclesia iteꝝ habet varias significationes. vt notatur extra ꝺ ꝟ. sig. c. cũ clerici. in glo. Sed his ꝛ alijs significationibus omissis eccl'ia militãs ꝓprie sumpta pro eccl'ia vniuersali põt isto modo describi. Ecclesia est oĩs hõ fidelis vel oẽs homĩes fideles in mortali corpe natural'r viuentes. Et voco homines fideles actu vl' habitu implicite vel explicite credẽtes vl' enigmatice cognoscẽtes omnes catholicas veritates Uoco aũt catholicas ꝟitates. veritates quibus quilibet viator actu vel habitu

explicite vł implicite firmiter assentire tenet. Sed dico omnis homo vel omēs homines quia ꝼm aliquos non soluȝ in pluribus hominib9 sed in vno solo pōt vł potuit stare ecclesia. Nā vt dicit Augustinus super psalmo.128. Aliquādo in solo abel ecclesia erat. Et vt qdem dicunt aliquādo.s.tempore passionis xp̄i tota ecclesia et tota fides ecclesie xp̄iane in maria matre christi remanserat.

Tertia distictio est ista ꝙ petri ecclesia dupłr potest sumi. Uno mō pro ecclesia quā petrus apłs personaliter rexit. Alio mō ꝓ ecc̄a ꝑticulari in q̄ ipse sedē tenuit. Et q2 ista dicitur fuisse ecclesia romana. ideo distinguenduȝ ꝙ romana ecclesia multipłr sumit. Quādoq3 pro sūmo pōtifice ⁊ quibusdā presbiteris ⁊ dyaconis quos nō ex auctoritate diuie scripture. sed ex consuetudine obseruantie humane papā et cardinales vocamus. Quādoq3 aūt sumitur pro solis cardinalibus. quādoq3 ꝓ omnibus clericis romanis. quādoq3 ꝓ omnibus fidelibus romane dyocesis. quandoq3 ꝓ omnibus credētibus fidem apostolicam predicatā romanis. Et sic vniuersalis ecclesia pōt vocari ecclesia romana et omnes fideles possunt appellari romani. vt dicunt aliqui. sicut Paul9 apostolus extra italiaȝ natus anteꝗ rome fuerit se esse hominē romanuȝ asseruit. vt pȝ Act.16. Et isto mō ꝼm illos sumitur ecclesia romana vbicūq3 inuit ꝙ contra fidem errare non potest romana ecc̄ia. vt.24. questio.1. pudēda. ⁊ ca. aduocauit. His ergo distinctionibus premissis ad vidēdum qualiter vtraq3 ecclesia.s.tam ecclesia vniuersalis ꝗ ꝑticularis ecclesia romana: siue romana dyocesis fuit petri ecclesia tres sunt cōclusiones declarande. Prima est ꝙ petrus apostolus ex xp̄i institutione principatū habuit vniuersał ecclesie. Secunda est ꝙ petrus apostolus ex christi ordinatione episcopatum tenuit romane ecclesie. Tertia ꝙ petrus apostol9 ꝑ ius tempore summ9 pontifex fuit ꝗ episcopus romane ecclesie. Ad declarationem autē harum cōclusionū sciienduȝ est ꝙ circa istam materiā sunt varie assertiones istis conclusionib9 aliquo modo repugnātes. Prima est ꝙ nullus sacerdos ex christi institutiōe super alios habet aut habuit maiorē potestatem sed oēs equalem. Secunda est ꝙ Petrus apostol9 nō habuit super alios apostolos nec per consequens super vniuersalem ecclesiam principatuȝ et si habuit inter eos aliquo modo primatū hoc nō fuit ꝑ modū ꝑsidentie vel dominationis. sȝ ꝑ modū voluntarie reuerentie et humiliatiōis. sic ꝙ alij apostoli nō tanꝗ sibi subditi sed ratiōe sue antiqtatis et ꝑfectionis ei in multis voluntarie deferebāt. Tertia est ꝙ petr9 habuit super alios ꝓprie principatū tū non ex institutiōe xp̄i sed ex ordinatione apostoloꝝ. Quarta ē ꝙ petrus nō fuit pontifex roman9 siue romane ecclesie episcopus. Quinta ꝙ romana ecclesia nō habȝ super alias ecclesias ꝓncipatū nisi improprie capiatur ecclesia romana pro vniuersali ecc̄ia. Et de ista intelligitur ꝙ romana ecclesia est caput omniū ecclesiarum. Sexta ꝙ particularis ecclesia romana habȝ super alias principatum. Et hoc ponitur ꝼm q̄druplicē moduȝ. Primus mod9 est ꝙ ipa habuit huiusmodi ꝓncipatum nō ex ordinatiōe diuina sȝ humana Et iste modus est duplex. Unus est ꝙ huiusmodi principatum habuit auctoritate imperatoris constantini siue alioruȝ imperatorum. Secundus modus est ꝙ ipsum habuit auctoritate generalium cōciliorum. Tertius autem modus est ꝙ huiusmodi principatum habuit non ex ordinatione humana: sed diuina. et iste est duplex. Unus modus est ꝙ hūc principatum habuit immediate ex institutione xp̄i ⁊ eū accepit quādo petr9 fact9 fuit summ9 pontifex dicente xp̄o Mat.16. tu es petr9 ⁊c̄. Alius et q̄rtus mod9 est ꝙ ip̄m habuit non imediate a xp̄o sȝ a bt̄o petro q de antiochia in romanam ecclesiam sedē suā transtulit. ⁊ eam oīibus alijs ecclesijs ꝑtulit. Licȝ aūt non sit facile predictas assertiones efficaciter impugnare. tū cōtra eas pro

uande sunt conclusiones premisse. Unde ad declarationem ↄclusionis prime tres sunt propositiones premittende.

1 Prima est ꝙ in petro ⁊ ceteris aplis duplex fuit potestas. scȝ ptãs ordinis ⁊ ptãs regiminis. Prima fuit ptãs ↄsecrãdi ligandi ⁊ soluendi. Secũda fuit ptãs ordinãdi subiectos: ⁊ ad eoꝝ salutem gubernandi. Scda ꝑpõ est ꝙ in petro ⁊ ceteris aplis fuit eq̃lis ptãs ordinis: qꝛ vnus ordo erat in singulis. s. ordo sacerdotalis: ideo in his q̃ ad hoc pertinẽt ratiõe ordinis nõ erat maior potestas in vno q̃ in aliꝭ. Tertia est ꝙ in petro ⁊ ceteris aplis non fuit equalis ptãs regiminis. sed ex xp̃i institutione in hac ptãte petrus fuit maior ⁊ prefuit aliꝭ: ideo in multis primã ordinis potestatẽ ligare ⁊ cohibere potuit in eis. Unde ꝙ hmõi ptãs ex christi institutione in eo maior fuerit q̃ in aliꝭ ex verbis xp̃i ↄcludit̃ non p̃cise ex eo ꝙ petro dixit Math. 16. Quodcũqꝫ ligaueris super terrã erit ligatũ ⁊ in celis. et quodcunqꝫ solueris super terraȝ erit solutum ⁊ in celis. Nam Matth. 18 similia verba dicunt̃ omnibus aplis. Et Johan. 20. Quorũ remiseritis peccata remittuntur eis. ⁊ quoꝝ retinueritis retẽta sunt. Sed ex eo ꝙ prius tempore et singulariter dicit illud premittẽs ⁊c. Tu es petrus ⁊ sup hanc petram edificabo ecclesiam meã. et tibi dabo claues regni celoꝝ. Et Johan. 1. Tu vocaberis cephas. Et Joh. vlti. Pasce agnos meos. pasce oues meas maiores. ꝑ agnos et ꝑ oues simpliciores intelligẽs. Plura alia possent induci sciptúre testimonia: sed ex his ptȝ ↄclusio p̃ma. Scda ↄclusio nõ põt efficaciter ꝓbari ex scripturis diuinis: qꝛ in eis non legitur ꝙ xp̃s ordinauerit petrũ episcopũ romanum immo ꝙ petrus fuerit vel manserit rome nõ inuenitur in tota scriptura sacra describente actus aploꝝ. hoc tamẽ potest rationabiliter psuaderi ex historiꝭ autenticis que narrant ꝙ Petrus exñs rome ꝑsecutione in ea crescẽte vrbem romanam voluit dimittere. sed occurrente ei xp̃o ait petrus. dñe quo vadis. Ad quem xp̃s. Uado romam iterũ crucifigi. Ex quo dicto petrꝰ intelligẽs seip̃m tanq̃ alterũ xp̃m seu xp̃i vicariũ ibidez debere martyrio coronari reuersus est. et ibi vsqꝫ ad finem vite remãsit. Unde verisimiliter cõcluditur ꝙ ibi sedem ⁊ episcopatum tenuerit. nõ quidẽ ordinatione humana cuiuscunqꝫ terreni imperatoris siue conciliꝭ generalis. sed ordinatione diuina imꝑatoris celestis. licet hec ordinatio forte postea fuerit ⁊ ꝑ imperatores roborata ⁊ ꝑ ↄcilia generalia confirmata. Et sic ptȝ conclusio ⁊c. Tertia ↄclusio probatur: qꝛ petrus exñs põtifex summus prius in anthiochia sedit q̃ rome. sicut patȝ Actu. 11. Unde sicut legitur in cronicis. Petrus per quattuor annos post passionẽ christi in partibus hierosolimitanis ecclesiam rexit. postea per septem annos anthiochie sedit. Et sic a passione domini fluxerũt vndecim anni. anteq̃ rome sedem suam transtulerit. ⁊ per ↄñs pluribus annis fuit pontifex summus quibus non fuit pontifex romanus. Quare ptȝ q̃ esse pontificem romanum non est necessarium esse pontificem summũ qꝛ nõ est de essentiali necessitate pontificis summi ꝙ sit ep̃s romanus nec alterius particularis ecclesie episcopus. Et sic ptȝ ↄclusio tertia. M

Ex predictis sequuntur aliquę ꝓpositiones correlarie. Prima est ꝙ pontificatus summus ⁊ pontificatus romanus sunt põtificatus distincti. licet sint in eãdem personam diuina ordinatiõe ↄiuncti. Scda est ꝙ põtificatus isti nõ sunt necessario sic annexi quin ex causa rationabili valeant separi. puta si summus pontifex cũ concilio generali iudicaret esse vtile ecclesie vniuersali q̃ ecclesiam romanam omnino dimitteret ⁊ se alteri copularet. ⁊ hoc ex causa rationabili: sicut si roma: aut diocesis romana subuerteretur vt sodoma: vel a fide euertereñ vt hierosolyma: vel propter aliud grande crimen aut graue scisma Tertia est ꝙ si põtificatus isti eẽnt de facto separati romana ecclesia non esset caput oĩm ecclesiarum: nec habe

ret principatum populi christiani. Ptz quia hāc dignitatez capitis ꝑncipatus honoris semper ecclesia tenet et tenuit quā summ⁹ pontifex sibi specialr copulauit. ideo antiochia illā dignitatē ꝑdidit et eā romana ecclesia acquisiuit qñ petrus de anthiochena ciuitate romā translatus fuit. quare patet ꝙ romana ecclesia nō est caput aliaꝝ nisi rōne sui capitis. id est summi pōtificis qui de facto pontifex romanus existit. Ideo excluso huiusmōi capite vl' ipo manente summo et nō romano pontifice ipsa caret illa dignitate. quare ꝛc. Et hec de secundo articulo. ¶ Quantū ad tertiū articulū in quo p̄ responsione ad quesitū videndū est de gregis petri et legis christi conformitate ꝓ tituli q̄stionis declaratiōe sunt tres distinctiones premittende. Prima ergo distinctio ē ista. ꝙ lege regulari duplr potest intelligi. Uno mō vt idem sit ꝙ legē habere et ea obligari. Et isto mō satis clara est ex primo articulo questionis veritas. Alio modo vt idem sit ꝙ ſm legez viuere et ei conformari. Isto mō tractādi est in presenti articulo questiōis difficultas. ¶ Secunda distinctio est ꝙ legi conformari pōt esse duplicit. Uno modo in credendis. Alio modo in volēdis. Prima cōformitas ptinet ad intellectū et fit ꝑ spem ⁊ charitatē. Nam ſm apostolū prima Corinth. 13. He sunt tres v̄tutes theologice in quib⁹ cōsistit perfecta cōformitas legis diuine. et tota perfectio religiōis xp̄iane. Tertia distinctio ē ꝙ legi difformari etiaz dupliciter potest esse. Uno mō ſm intellectum errando cōtra legē errore heresis seu alicuius falsitatis repugnātis fidei. Alio mō ſm affectū errando ꝯtra legē nō errore heresis sꝫ alteri⁹ culpe mortal' repugnantis spei aut charitati. Unde ſm hoc est intellectus questiōis. Utrū petri ecclesia lege reguleť. hoc est vtrū legi cōformeť sic ꝙ nūq̄ ꝓpter aliquē errorem legis regule difformeť. ¶ His ergo distinctionib⁹ ꝑmissis sciendū ē ꝙ de prima cōformitate: vel difformitate est in hac questiōe difficultas specialis ideo de illa ꝑncipaliter dicā ⁊ de ea intelligaz in conclusionib⁹ ponendis. sed prius recitande sunt quedā assertiōes circa istā materiā plurimuz differentes. ¶ Prima est in qua cōmuniter oēs fideles videntur ꝯsentire ꝙ tota eccīa siue multitudo omniū xp̄ianorū hereticari nō potest siue cōtra fidem errare. Secunda est ꝙ nec etiā cōsilium generale. Tertia ꝙ nec romana eccīa. ¶ Quarta ꝙ nec collegiū cardialiū. ¶ Quita ꝙ nec papa canonice intrans. Alie autē sunt quinꝗ assertiōes predictis valde repugnantes. Una est ꝙ papa intrās canonice hereticari pōt siue cōtra fidē errare. quia Petr⁹ et multi alij legunť sit errasse. ¶ Septima est ꝙ ecclesia romana etiā potest sic errare siue capiať pro collegio cardinaliū siue ꝓ collegio pape simul et cardinaliū siue in q̄cunꝗ alia significatione sumatur dumō noīe romane eccīe nō importetur tota multitudo fideliū. quia illa eccl'ia. s. sic errante adhuc staret ecclesiam illā non errare cui xp̄s promisit ꝑseuerantiā in fide. ¶ Octaua est ꝙ etiā ꝯciliū generale pōt cōtra fidez errare quia ipso sic errante adhuc staret aliquos extra ꝯcilium nō errare. ⁊ per ꝯsequēs fidē ecclesie nō deficere. Nona est ꝙ tota multitudo nō solū clericoꝝ sed generaliter oīm viroꝝ pōt sic errare et fides eccīe in solis mulierib⁹ ꝯseruari. quia sic cōseruata fuit in sola maria virgine tp̄e passionis xp̄i.

Decima est ꝙ tota multitudo xp̄ianorum non solū virorū sed etiā mulierum vsum rationis habentiū pōt cōtra fidē errare. qꝛ hoc stāte adhuc in puul' baptisatis possunt saluari oēs promissiones xp̄i de fide eccl'ie duratura vsꝗ ad cōsummationē seculi. Licet aūt omnes predicte assertiones habeāt ſm magis et minus aliquas apparētes rōnes. tñ eas ad presens ptractare nō patiť temporis breuitas. Sꝫ ꝯseruando eas vsꝗ alias dico pro nūc ꝓbabiliter ꝙ ex tribus cōclusionib⁹ ꝓbādis satis poterit apparere aliq̄ dictaꝝ assertionū veritas.

¶ Ex sacra scriptura ꝯuincitur ꝙ semꝑ est aliq̄ eccīa q̄ xp̄i lege reguleť

Ex sacra scriptura non conuincitur ꝙ sit aliqua ecclesia ꝑticularis que xp̄i legis regule cõfirmetur. Ex sacra scriptura cõuincitur ꝙ semꝑ est aliqua vniuersalis eccl'ia q̄ nunq̄ꝫ xp̄i legis regule difformetur. Et quia iste cõclusiones multũ ad inuicẽ cõnectunt. ideo simul vna ratione probat. Unde arguitur sic. Ex sacra scriptura cõuincitur ꝙ semper est aliqua ecclesia q̄ per rectã fidem legis christi regule cõformatur. intelligendo semper a tempore xp̄i vsqꝫ ad consumationẽ seculi. Sed ex ea nõ conuincitur hoc cõuenire alicui ecclesie ꝑticulari. intelligendo ꝑ particularẽ ecclesiã quamcunqꝫ ecclesiã distinctã ab eccl'ia vniuersali. Igitur sufficienti diuisiõe ex ea cõuincitur hoc cõuenire eccl'ie vniuersali Et ꝑ cõsequens sequit intentum in cõclusionibus p̄missis intelligẽdo eas vt predixi de cõformitate et difformitate primo modo dictis. Cõsequẽtia pꝫ. sed minor ratiõis probat. qꝛ illud qd̄ in sacra scriptura promittitur toti et nulli ꝑti. nõ debet alicui parti attribui. sed sꝑ rectã fidẽ habere aut nunq̄ꝫ cõtra verã fidẽ errare in sacra scriptura a xp̄o promittitur toti et soli fideliũ cõgregatiõi vt patebit ex ꝓbatione maioris. Igitur hoc nõ debet alicui particulari eccl'ie catholicoꝝ attribui. imo debet temerariũ censeri. Maior aũt principalis rõnis ꝓbatur primo ex illo verbo xp̄i. Luce. 22. Petre rogaui ꝓ te vt nõ deficiat fides tua. Nec dubitandũ est ip̄m in hoc fuisse exauditũ. quia ſm apostoluꝫ Heb. 5. Exauditus est ꝓ sua reuerẽtia. Cõstat ergo ꝙ xp̄s ꝓmisit petro ꝙ nõ deficiet fides sua nõ intelligens de eius fide ꝑsonali. sed de fide generali eccl'ie dei cõmittende regimini petri. Et cũ non loquatur de aliq̄ eccl'ia ꝑtiali. sequitur ꝙ intendit de ecclesia totali. Secundo patꝫ idẽ ex illo verbo xp̄i Mathei vlti. Ego vobiscuꝫ sum vsqꝫ ad ꝯsummationem seculi. Ubi christus promittit suis discipulis non solum pro se sed ꝓ suis successoribus in ecclesia dei seipsuꝫ nõ quidem corporaliter aut soluꝫ sacramẽtaliter sed per fideꝫ spiritualiter semꝑ adesse vel affuturum. Unde dicit Gregorius ꝙ per hoc ꝙ xp̄s vsqꝫ ad cõsummationem seculi cũ discipulis se esse ꝓmittit ostendit ip̄m nunq̄ꝫ a credentibꝰ recessurũ. Tertio idẽ sequi apparet ex illo verbo xp̄i Mat. 24. Ubi loquẽs de persecutiõe antixp̄i dicit ꝙ inducentur in errorẽ si fieri potest etiaꝫ electi. Unde ex hoc mõ loquendi xp̄i pꝫ. quia de potentia ordinata hoc non potest fieri. quia eius promissio est ꝙ etiam tꝑe antichristi erunt aliqui electi nõ errantes in fide xp̄i. Et quia minus videret de illo tempore ꝓmisso sequitur ꝙ semper sunt aliqui credentes fidem christi et illi continentur sub aliqua ecclesia nõ ꝑticulari sed vniuersali. q̄re ⁊c̄. Q

Ex predictis sequuntur alique propositiones correlarie. Prima est ꝙ semper in ecclesia vniuersali erunt plures adulti illustrati veritate fidei. Secunda est ꝙ semꝑ in eccl'ia vniuersali erũt plures iusti formati virtute spei. Tertia ꝙ semper in ecclesia vniuersali erũt plures electi inflammati charitate dei

Prima propositio patꝫ. quia in auctoritate p̄allegata vbi christus dicit ꝙ si fieri potest etiaꝫ electi inducerentur in errorem intendens ꝙ illo tempore antichristi erunt plures electi non errãtes contra fidem. Constat ꝙ non intẽdit de paruulis baptisatis cuꝫ in eis nõ cadat inductio in errorem. sed de adultis credentibus fidei veritatem. Unde pꝫ ꝙ promissiões christi de fide ecclesie vsqꝫ ad fineꝫ seculi permansura nõ possunt saluari in paruulis baptisatis. ⁊ per cõsequẽs nec debẽt intelligi soluꝫ de fide infusa. sꝫ etiam de fide acquisita. Secunda propositio patet ex prima et tertia. qꝛ fides ⁊ charitas nõ p̄nt haberi sine spe de cõmuni siue de potentia ordinata vt ad presens suppono. Igitur ⁊c̄.

Tertia propositio patet. quia minus videretur ꝙ ecclesia debet stare in charitate in illo tempore nouissimo et pessimo ꝑsecutionis antixp̄i q̄ꝫ quocũqꝫ alio tẽpore. quia de illo tꝑe dicit Mat. 24. ꝙ abũdabit iniquitas. ⁊ refrigescet charitas. et tamẽ adhuc illo tẽpore ecclesia

stabit in charitate. quia ibi dicitur q re frigescet charitas τ nō q ipsa totaliter corrumpetur. Itē dicitur charitas mul torum et nō dicitur omniū. Itē ibidem de antixpo dicit q abreuiabuntur dies eius. quare non videtur q debeat inter ficere omnes charitatem habentes. Itē ibidez dicitur in plurali q electi nō po= tuerunt in errorem induci. Et per con= sequens tūc erunt plures electi contra legem non errantes et perconsequens fidem et charitatē habentes. quare ɽc.

R Ex predictis ergo ptz respō sio questionis videlicet q Petri eccl'ia lege regulatur. hoc est q vniuersalis ec clesia nunq per errorem legi difformat sed semper legis christi regule cforma tur. nō solū per fidē mortuam sed etiaz per fidē spe τ charitate formatā. τ si nō quantum ad quālibet ipsius portionez Et in hoc consistit conformitas ecclesie ad christi regulam seu legem. Hec igit sufficiāt de tertio articulo et pro p̄senti et totali quesito.

Ut petri eccl'ia: Rege gubernetur, Lege reguletur, Fide confirmetur, Iure dominetur

Questio eiusdē de resumpta.

A

Trū petri ecclesia fide cfirmetur. Argui tur primo q nō. qr Pe trus nō habuit regalez monarchiā totius eccl'ie seu policie xpiane. imo talis monarchia videt ad imperatorez ptinere. Igitur policia xpiana non debet dici petri eccl'ia. Et p consequēs quo ad suppositum questio falsa. Cōsequētia tenet. quia q̄libet po licia dicit pprie esse illius q in ea est rex seu monarcha. Añs patz. qr xp̄s p se τ petro eius vicario futuro fecit solui tri= butum imperatori. Math. 17. Igit ɽc. Secūdo si ecclesia esset fide cōfirma= ta. maxime hoc videretur verū de fide infusa. sed hoc nō. igit ɽc. Añs quo ad primam partez videt notū. sed quo ad secundā probat. qr fides infusa nō suf= ficit ad firmandū in nob actū credendi respectu articulorum nisi ad hoc ccurrat apparētia rationū. Ex quib9 fm Aug. 14. de trini. Signific in nob fides. nutrit defendit τ roborat. Igit fide nō confir matur eccl'ia. sz magis ex ipa rōis appa= rētia. Sic em̄ p apparētia miracula ec= clesia fuit cfirmata: iuxta illud. p̄dica= uerūt vbiq dño cooperante. τ sermonē cfirmāte sequētib9 signis. Mar. vl. q̄re ɽc. Tertio eccl'ia petri ī his q̄ sūt fidei pōt errare. igitur nō cfirmat fide. Cōse quētia clara est. qr cfirmatio in fide im portat cstantē firmitatē que est inuerti bilis in errorē. Añs pbatur quia eccl'ia romana pprie dici debet petri eccl'ia. eo q ī ea fuit sedes sua. sz ipa sic vna alia pticularis eccl'ia pōt errare ī fide nā ipa sic errāte adhuc staret vniuersalē eccle siam nō errare. Et sic saluarent oīa di= cta scripture τ oēs pmissiones a xp̄o fa cte de stabilitate eccl'ie τ firmitate ī fide ɽc. Oppositū arguit. qr xp̄s orauit p petri ecclesia vt esset fide cfirmata iux ta illd. Petre rogaui p te vt nō deficiat fides tua. Luc. 22. c. Sed hec oratio xp̄i fuit exaudita. Naz vt dicit apostol9 ex= auditus est p sua reuerētia. Heb. 5. igit ɽc. Iuxta tres terminos questiōis ad materiā tactaz in tribus p̄oribus argu mentis premissis tribus p̄ambulis po= nam tres cōlusiones respōsales in qui= bus aliq̄ dicaz nō tam assertiue. q pba biliter τ collatiue.

B Primū p̄= ambulū est de isto termino Petri eccle sia. qui licz multipliciter possit sumi p ut dixi in vesperijs meis in secūdo arti culo questiōis tamē in pposito sumitur pro ecclesia vniuersali que dicit eccl'ia Petri. qr in sp̄ualib9 fuit caput ei9 τ in ea ex xp̄i institutiōe sacerdos sūm9. Et per hoc posset solui primū articuluz añ oppositū questiōis factū. qr dicit Petri eccl'ia nō pter monarchiā tpalem. sz p pter sp̄ualē τ sacerdotalē. Per hoc etiā posset solui tertiū argumentū. quia ec= clesia vniuersal' magis pprie dr petri ec clesia q eccl'ia romana seu q̄uis alia pti

cularis.prout alias in eodē articulo de
claraui. Secundū preambuluȝ est de
isto termino fides.qui multipliciter po
test sumi.Uno modo pro fide habitua=
li de qua dicit̄. sine fide impossibile est
placere deo.Heb.11. Alio mō pro fide
actuali de qua dicit Augu.fides est cre
dere qḋ nō vides. Tertio mō pro fide
obiectali.id est ꝑ obiecto fidei. de qua
in symbolo.hec est fides catholica ⁊c̄.
Adhuc aūt primo modo pōt sumi ꝓ
habitu infuso vel pro habitu acquisito
Et iterū tertio modo vel pro actu fidei
infuse vel pro habitu ex actu acquisito
ꝓcedente qui actus vel habitus qn̄ est
sine charitate dicit̄ fides informis. de
q̄ dicit̄ .demones credūt ⁊ cōtremiscūt
Ja.2. Quādo vero est cū charitate seu
gratia dicit̄ fides formata.de qua dicit
ꝓpheta.Just⁹ in sua fide viuit.Abac̄.
2.Sȝ om̄ib⁹ aliȷs modis ad presens ex
clusis capio hic fidem pro habitu infu
so vel actu credendi ab ea ꝓcedente si=
ue sit informis siue format⁹ charitate.
C Tertiū p̄ambulū est de isto
termino confirmatio.qui licet etiā mul
tipliciter possit sumi.tamē hic sumitur
vt importat constantē firmitatē in aliq̄
virtute que de lege ordinata est inuer=
tibilis in viciū contrariū.sicut aliquem
dicerem⁹ in gratia ꝯfirmatū. q̄ꝛ aliqua
liter inuertibilē ad peccatū. Unde ex
predictis apparet ꝙ titulus questiōis
dupliciter pōt intelligi.s̄m ꝙ huic abla
tiuo fide duplex p̄positio pōt subintel=
ligi vel suppleri. Nā pōt intelligi vtrū
ꝯfirmetur ex fide vel in fide. Primo est
sensus questionis.Utrū vniuersalis ec
clesia ex fide scȝ infusa confirmet̄.sic ꝙ
ex ipsa absq̄ rōnis apparentia ad ꝯstā
ter ⁊ firmiter credendū sufficiēter indu
catur. iuxta illud qḋ solet in ecclesia cā
tari.Et si sensus deficit ad ꝯfirmandū
cor sinceruȝ sola fides sufficit.Et iuxta
illud Greg. Fides nō hȝ meritū cui hu
mana ratio prebet experimentū.Et cō
tra hunc sensum arguit scḋa ratio ante
oppositū. Secūdo mō est sensus q̄stio
nis vtrū vniuersalis ecc̄lia in fide infu
sa confirmet̄ sic scȝ ꝙ de sue fidei ꝯstan
ti ⁊ firma perseuerantia certitudinalit̄
instruatur.Et ad hūc sensum ꝓcedit rō
facta post oppositū.Uñ hm̄ōi cōfirma=
tio in fide duo importat. Primuȝ est ꝙ
semꝑ q̄diu erit ecc̄lia ipsa ꝑseuerabit
in fide.Secūdū est ꝙ de perseuerantia
ip̄a est certificata ex instructiōe scriptu
re sacre seu alteri⁹ reuelationis diuine
iuxta illud prius allegatū. Petre roga
ui pro te ⁊c̄. Ubi xp̄s reuelauit ꝙ semꝑ
petri ecc̄lia in fide perseuerabit. His
igit̄ premissis ponam tres ꝯclusiones.
Pria erit de ecc̄lia ⁊ monarchia Pe=
tri.Et erit respōsiua ad q̄stionis suppo
situȝ. Scḋa erit de habitu ⁊ actu infu
se fidei ⁊ erit preambula ad primū que
stionis sensum. Tertia erit de q̄stiōe
⁊ confirmatiōe ecc̄lie xp̄i.⁊ erit respon=
siua ad vtrūq̄ questionis intellectum.
D Prima ergo ꝯclusio iuxta ma
teriā argumenti ante oppositū facti est
de ecclesia ⁊ monarchia petri ⁊ est ista.
ꝙ licet taȝ xp̄s q̄ꝫ eius vicarius petrus
inquantū caput ecc̄lie habuerit monar
chiā spūalem non tn̄ regiā tp̄alē. Pri
ma ꝑs patȝ de xp̄o.q̄ꝛ s̄m ap̄lm Col.1.
Xp̄s est caput corꝑis ecc̄lie. ⁊ corp⁹ ei⁹
est ecc̄lia.sed caput hȝ monarchiā prin
cipalem ⁊ supremā respectu ⁊ circa sui
corporis mēbra.igit̄ ⁊c̄. De petro xp̄i vi
cario idē patȝ ex dictis in scḋo articulo
q̄stionis quaȝ tractaui in vesperiȷs vbi
ostendi ꝙ Petrus ap̄ls ex xp̄i institu=
tione fuit caput ⁊ habuit p̄ncipatū vni
uersalis ecc̄le ⁊ fuit in ea pontifex sum
mus ⁊ per ꝯn̄s spūalis monarchia sup̄
mus.Sȝ scḋa ꝑs ꝯclusionis ptȝ ex illa
ꝓpositione quā posui in p̄ma lectiōe ꝯ
re.magistrū.que fuit hec.Sicut nec pe
trus ap̄ls vltra monarchiā sacerdotalē
sic nec xp̄s s̄m humanitatē habuit mo=
narchiā regalē.Cui⁹ scḋa ꝑs est contra
p̄mā ꝑtem scḋe ꝯclusiōis p̄ncipalis ter
tiȷ articuli in qua in vesperiȷs suis po=
suit ꝙ xp̄s vnctus est a deo vt esset s̄m
humanitatē monarcha regalis ⁊ sacer=
dotalis totius orbis generalis.Contra
quā ꝓbaui predictā ꝓpositionem meā
tribus ratiōib⁹. Primo quia si xp̄s ⁊c̄.
tūc Petrus ap̄ls sicut successit xp̄o in

monarchia sacerdotali: sic succedere debuisset in monarchia regali. ꝯña videtur bona. q̃r nõ apparet rõ diuersitatis. sed ꝯñs videtur falsum. q̃r ꝙ petrus talem monarchiaꝫ habuerit nõ habet̃ ex scriptura sacra q̃re hoc asserere apparet temerariũ. Hic rñdet dupl̃r. Primo negando ꝯñam ⁊ assignando rationem diuersitatis. dicẽdo ꝙ ex causa rõnabili que tñ non habuit locũ in xp̃o tp̃e noue legis regnũ diuisuꝫ est a sacerdotio scꝫ ne sacerdotes vocati ad altius exercitiũ spũalis vite negocijs secularibus implicarentur. Et hec est vt dicit ratio apostoli .2. Thymo. 2. Alio mõ respondet negando ꝯsequẽs illatũ non eẽ inconueniens de beato Petro ⁊ de quolibet papa eius successore intelligẽdo de monarchia regali quo ad auctoritateꝫ originalẽ ⁊ architectonicã. Sed contra arguit̃. quia si prima respõsio sit bona ⁊ ratio diuersitatis in ea assignata sequtur ꝙ secũda respõsio sit mala. q̃r ꝑ primã in noua lege regale dominiũ nõ est cum sacerdotio nec sacerdotes debent seculariꝰ implicari. Igitur summꝰ sacerdos non dñatur tali dominio tp̃ali per qđ retraheretur ab exercitio spirituali. iuxta illđ apostoli. nemo militãs deo implicat se secularibus negocijs. 2. Thymo. 2. Sic vna responsio interimit aliam. Tamen ad fundanduꝫ secundã responsionem ponit duas ꝓpositiones. Prima est ꝙ q̃uis papa de iure diuino ⁊ naturali vtrãq; scꝫ spũalem ⁊ temporalem habeat iurisdictionẽ auctoritatiue. non tñ equaliter executiue. Prima pars ꝓbatur. quia tẽporalia se habent tanq̃ dispositiones ad spũalia. igitur apud quẽ est plena auctoritas spiritualiũ. apud illuꝫ etiã est auctoritas ordinandi de temp̃alibus ⁊c̃. Iteꝫ quicũq; habet auctoritatẽ iudicandi de spiritualibus. ad illuꝫ etiã reducitur auctoritas iudicandi de temporaliꝰ. Igitur ⁊c̃. Antecedẽs ꝓbatur. quia temporalia non nisi s̃m spũalia debent iudicari ⁊ ordinari. Iuxta illud apostoli. 1. Cor. 6. Angelos iudicabimꝰ quanto magis secularia. Glosa. id est de rebus seculi.

Et ad hoc ĩducit decretalis extra. Qui filij sunt legitimi. Per venerabilẽ. Iteꝫ deduci potest ex dictis apostoli. 1. Cor. 2. dicentis ꝙ spiritualis omnia iudicat ⁊c̃. Secunda ꝓbatur. quia in temporalibus papa nõ habet merã executionem sicut in spiritualibus. sed soluꝫ in certis casibus habet executiuã iurisdictionẽ temporalem. sicut probant iura que tamẽ non allegat causa breuitatis. Tangit etiã ibi auctoritatem scripture Deut. 17. ex qua concludunt iura sicut ipse dicit. ꝙ cum in temporaliꝰ aliq̃d fuerit difficile vel ambiguũ. tunc est ad iudicium sedis ap̃lice recurrenduꝫ ⁊c̃.

E Sed ista possent apparenter solui ⁊ contra ip̃m reduci. Unde ad p̃mã ⁊ ad secundã simul põt dici ꝙ tẽporalia. id est negocia rerũ temporaliũ ⁊ seculariũ sicut p̃ncipatus. dominiũ vel iudiciũ coactiuũ litiũ aut contentiosorum actuũ ciuilium non disponũt nec ordinant̃ ad spũalia. imo magis ea impediunt. Unde sup̃ illo verbo apostoli prius allegato. Nemo militans deo ⁊c̃. dicit glosa Ambrosij. ꝙ sicut nemo põt duobus dominis seruire. sic nec deo militare in spiritualibus qui implicat se secularibus negocijs quibuslibet. Et dicit quibuslibet nullũ excipiendo. Item ne concludit illa auctoritas ap̃li. 1. Cor. 6. angelos iudicabimus ⁊c̃. quia ibi alloquitur apostolus generaliter oẽs de chorintho ad quos scribebat ep̃lam. Unde quia contendebant de seculariꝰ iudicibus ipsos monebat. vt ex cetu fidelium aliquos iudices constituerẽt. non quidem ep̃os aut sacerdotes sed alios. Propter quod subdit. Secularia igitur iudicia si habueritis contemptibiles qui sunt in ecclesia illos constituite ad iudicanduꝫ ⁊c̃. Ubi glo. s̃m Ambro. ⁊ Augustinũ. contemptibiles. id est aliquo sapientes qui tamen sint minoris meriti supple q̃ ap̃li vel ministri euangelij. constituite ad iudicanduꝫ. Et causa redditur. quia apostoli talibus non vacabant. Unde etiaꝫ glosa s̃m Gregorium. Hi inquit terrenas causas examinent qui exteriorum rerum sapientiaꝫ

Papa de iure diuino et naturali vtraque scilicet spiritualem et temporalem habet iurisdictionem auctoritatiue non tamen equaliter executiue

perceperunt. Qui autem spiritualibus donis ditati sunt terrenis non debent negocijs implicari. Et hec est etiã sententia Berñ. ad Eugeniũ papã. li.2.c.5. Si autez aliqua dicta sanctoꝝ videãtur innuere ꝙ iudicia secularia ad episcopos pertineant. sicut etiã videtur innuere illa decretalis. Per venerabilez. Ad oĩa talia possz dici: ea debere intelligi non de iudicio coactionis sed de iudicio discretionis. vel hoc ad eos pertinere non iure naturali aut diuino: sed humano ⁊ positiuo. de quo ad presens nõ est intentio. Item illa auctoritas. spiritualis omnia iudicat non videtur digna solutione. quia oĩno est extra ꝓpositum. Nã apostolus vocat spũalem nõ episcopũ aut sacerdotẽ. sed ꝓut distinguitur cõtra carnalem. qḋ patz per illud qḋ precedit animalis homo inqͭ id est qui habet animũ ad carnalia depressum nõ percipit ea q̃ sunt spũs dei id est spiritualia. nec apl̃s loquitur de iudicio rerum seculariũ sed spũalium. Qḋ patz ex auctoritate quã allegat ex Ysa.40. Quis eñ cognouit spiritũ domini ⁊c̃. Itẽ ad illã auctoritatẽ Deut. 17. Si difficile ⁊ ambiguũ ⁊c̃. potest dici ꝙ loquitur de sacerdotio vete. legis. Nec ſm sensum litteralem debet extendi ad sacerdotes noue legis ꝓpter cãm supra tactam. Ideo per illã non sufficienter ꝓbatur ꝙ ad eos ꝑtineat iudiciũ coactiuum de iure diuino ⁊c̃.

Secũda ꝓpositio sua est ꝙ sacerdos apostolicus se habet ad reges ⁊ principes sicut architector ad manuartifices. Probat. qꝛ sacerdos apostolicus habz cognoscere ꝓpter quid ⁊ dare leges ⁊ regulas iudicandi: ſm quas principes seculares debent ppl̃m regere et iurisdictionem exercere. nec possunt legibꝰ vti que eis aliquo modo sint contrarie vel earum impeditiue. Sed quia hoc dicit pure volũtarie ⁊ sine allegatiõe scripture autentice. ideo nõ insisto. reputo eñ clarum ꝙ hoc nõ probat esse de iure naturali aut diuiño sicut nec alia dicta sua Hic autem dicit ꝙ miratur de mõ meo arguendi. quẽ feci in prima ratione dicendo. hoc non habetur ex scriptura sacra igitur temerarium est hoc asserere. Nam multa circa materiã trinitatis et corporis xp̃i tenemur credere que sacra scriptura nõ expressit. sed ꝑ doctrinam vocalẽ apl̃oꝝ ⁊ traditiones ecclesie ad nos peruenerũt. quare ⁊c̃. Ad hoc respõdeo ꝙ in materia de qua loquimur nõ erat opus de hoc expressaz mẽtionẽ facere cum sit claruz ꝙ nec ex doctrina vocali apl̃oꝝ aut traditione ecclesie habetur ꝙ xp̃s aut petrus ⁊ alij apl̃i ⁊ eoruz successores gesserint se tanꝙ reges aut ꝓncipes tꝑales. nec ꝙ eis imposuerunt leges aut regulas iudiciales. nec ꝙ circa eos iudicia seclaria exercuerũt sed suis legibus ⁊ iudicijs se humiliter subijcere voluerunt. Naz xp̃s per pylatũ vicariuz romani imꝑatoris sustinuit iudicari. Et licet forte significauerit se pati iniustũ iudicium. non tñ ꝯtra ip̃m tanꝙ contra nõ iudicẽ reclamauit. imo per hoc ꝙ dixit ei. non haberes ꝑtãtem vllam aduersum me nisi tibi datũ esset desuper. Iohã.19. Innuere videbat̃. ꝙ haberet ꝑtãtem ip̃m iudicandi. Et hãc desuper. id est a deo ſm Aug. Petrus etiã non dicebat̃ totum mundũ in tꝑalibus sibi esse subiectum. sed loquẽs de ꝓncipibus secularibus dicebat. Obedite dominis vestris etiã discolis. 1. petri 2. Et Paulus. omnis aĩa potestatibus sublimiorıbꝰ subdita sit. Roma.13. Et dicit omnis aĩa. id est omnis homo nullum excipiendo. Ipse etiaz ad cesarem tanꝙ ad iudicẽ appellauit. Unde dicit Ad tribunal cesaris sto vbi me iudicari oportet. Actuũ.25. Ubi gl. Quia hic est inqͭ locus iudicij ⁊c̃. His ergo consideratis videretur esse temerarium dicere ⁊ asserere illa que superius recitata sunt esse de iure diuiño nisi ad hoc cogat scripture sacre auctoritas ⁊c̃. Et hͦ non assertiue sed solum collatiue dicta sint de prima ratione.

Secũdo principaliter arguebam sic. ꝙ xp̃us ſm humanitatem habuerit totiꝰ orbis monarchiam regalem non conuincitur ex scriptura sacra nec ex illis auctoritatibus quas iste magister allegat. quia

Utrum cristus secundum humanitatem habuerit totius orbis monarchiam

omnis ille ⁊ ſi que ſunt ſimiles vel non
dicuntur de xp̄o ſm̄ ſenſum litteralem
vel intelliguntur de xp̄o ſm̄ diuinitatē
Igitur illud dictum eſt voluntarium ⁊
qua facilitate dicitur eadem facilitate
reſpuitur. Et cōfirmatur. quia ex ſcrip
tura ſacra apparentius conuincitur op
poſitum. Nam xp̄s interrogatus vtruʒ
rex eſſet. reſpōdit pylato. Regnū meū
non eſt de hoc mundo. Johā. 18. Per h̄
dans intelligere ꝙ ipſe ſm̄ humanita-
tem ꝙtum ad temporalia que munda-
na vocabat nō habebat tot⁹ orbis mo-
narchiam regalem. Contra rationeʒ
quia videtur replicatio eſſe ſolutio ar-
gumenti ſui. ipſe replicat ꝑ aliquas au
ctoritates. Prima eſt apoſtoli Eph. 1.
Ubi dicit de xp̄o ꝙ deus pater operat⁹
eſt in xp̄o ſuſcitans illum a mortuis et
conſtituens illum ad dexteraʒ ſuam in
celeſtibus ſuper omnē principatum et
poteſtatē ⁊ virtutē ⁊ dominationes ⁊c̄.
et omnia ſubiecit ſub pedib⁹ eius ⁊ ip-
ſum dedit caput ſuper omnē eccleſiaʒ
que eſt corpus ipſius. Ubi glo. Omnia
ſubiecit ſub pedibus eius id eſt ſub hu
manitate eius quā etiaʒ angeli adorāt
⁊ ipſi homini xp̄o omnia ſubſunt. Secū
da eſt pſal. dicētis. Sedes tua vel thro
nus tuus deus in ſeculum ſeculi. virga
equitatis virga regni tui. Qd̄ allegat
apoſtolus Hebreo. 1. Probans per hoc
xp̄o eſſe datum regnum vel dignitateʒ
regiam ſeu ſedē iudiciariam permanē-
tem in ſeculum ſeculi. ꝙ talis poteſtas
fuerit ſibi data a patre ſm̄ humanitem
patet per hoc quod conſequenter alle-
gat apoſtol⁹. Propterea vnxit te deus
⁊c̄. gloſa. id eſt vnxit te ſm̄ hominē. Et
concludit ex hoc ꝙ per hoc qd̄ dicit ip-
ſum eſſe vnctum ſignat eum eſſe regeʒ
⁊ eē ſacerdotē. Tertia eſt ad Hebreos
2. Non eñ angelis ſubiecit deus orbeʒ
terre. Et paulo poſt. Omnia ſubiecisti
ſub pedibus eius. Et loquitur de xp̄o
homine de quo idem dicit ꝙ ipſuʒ pau
lo min⁹ ab angelis minorauit. iuxta di-
ctum pſalmiſte. Quarta eſt Apoca. 19.
habʒ in veſtimēto ⁊ in femore ſuo ſcrip
tum. Rex regum ⁊ dominus dominan-
tium. vbi gloſa; Per veſtimentum et fe
mur intelligit humanitatem chriſti.

Quinta eſt Matthei vltimo. Data
eſt mihi omnis poteſtas in celo ⁊ in ter
ra. Ubi ſm̄ gloſam Hieronimi non lo-
quitur de coeterna patri diuinitate ſed
de aſſumpta humanitate. Ex quibus
omnibus infert iſte magiſter ꝙ chriſtū
habuiſſe monarchiam ⁊c̄. non volunta-
rie dictum eſt ⁊c̄. ‖ Pro ſolu-
tione iſtorum pono iſtam diſtinctioneʒ
ꝙ regnuʒ chriſti ſiue eius regale domi-
nium poteſt imaginari triplex. Unum
ſcilicet diuinum per quod ſm̄ diuinita
tem eſt rex ⁊ dominus omniuʒ. ſicut de
us pater. Et de iſto dominio poteſt in-
telligi illa auctoritas Apocali. Rex re-
gum et dominus dominantiū. licet ſm̄
gloſam chriſtus habuerit ſcriptum in
veſtimento humanitatis. quia ſcilicet
verbum dei fuit vnitum cum pelle hu-
mana. Ratione cuius per cōicationem
ydiomatum idem dominiuʒ quod con
ueniebat deo conueniebat etiam homi
ni. Nec etiam loquitur ibi de tali domi
nio de quo loquimur. ſcilicet tempora-
li ſʒ de dominio regni eterni. Unde glo
ſa ſubdit. Rex regum ſcʒ ſuper omnes
ſanctos. Hi autem ſunt in patria nō in
via. quare ⁊c̄. Aliud eſt chriſti dominiū
ſcʒ humanū quod ſibi conuenit ſm̄ hu
manitatē. Et iſtud poteſt ſubdiſtingui
et intelligi duplex. Unū ſpirituale ſiue
ſacerdotale. Aliud tēporale ſiue ſecu-
lare. De ſpirituali ſiue ſacerdotali re-
gno loquitur ſecūda auctoritas allega-
ta de pſalmiſta. Sedes tua ⁊c̄. Et gene
raliter regnū ſiue imperiuʒ xp̄i de quo
prophete ſunt locuti ſiue ei⁹ ſedes aut
thronus aut poteſtas regia. intelligen-
da ſunt de regimine ſpirituali quo ad
ſalutem eternam acquirendā. ⁊ non de
temporali ſiue corporali. Quod poſſet
faciliter ex ſcripturis declarari. ſed ad
p̄ſens ſufficit illd̄ qd̄ allegat̄ ad Heb. 1.
vbi ſm̄ apoſtoli ſnīam iſta ſedes vel po
teſtas permanſura eſt in ſeculuʒ ſeculi
quia cum omne regnum temꝑale ⁊ oīs
poteſtas tꝑalis ſit trāſitoria nō pōt di
ci ꝑmanere in ſcl'm ſcl'i. id eſt ſine fine.

Ad idem facit illud Dañ.7. Potestas
eius ptãs eterna q̃ non auferetur ⁊ re-
gnum eius quod nõ destruet̃ siue corrũ
petur. De tp̃ali ergo ⁊ corruptibibi re
gno non intelligũtur scripture nec tale
regale dominiũ dicunt xp̃o ꝯuenire. Et
maxime loquẽdo de generali regno to-
tius mũdi. quicq̃d sit de speciali regno
iudaici ppl̃i de eo nihil ad pñs: sed in-
telligitur de regno sacerdotali. Nec ob
stat si sacerdotiũ regnum dicatur in ve-
teri testamento. cũ etiã in nouo petrus
apl̃us sacerdotiũ christi vocet regale sa
cerdotium. quare ⁊c̃. Sed adhuc est ali
ud christi regnũ siue regale dominium
non tp̃ale seu terrenũ: sed celeste ⁊ eter
num ac sup̃naturale seu miraculosum.
Et de tali dominio vel potestate intelli
guntur alie tres auctoritates. scꝫ p̃ma
tertia. quinta. superius allegate. Nam
preesse in celo super angelis principati
bus ⁊ dñationib⁹ ⁊ oĩa habere subiecta
sub pedibus eius ⁊ habere oẽm potesta
tem in celo ⁊ in terra. licet ꝯueniat xp̃o
ſm humanitatẽ. ꝓut sonãt predicte au
ctoritates. tñ ista nõ p̃tinent ad dñium
humanũ seu temporale vel terrenũ: de
quo ad pñs loquimur: sed ad dñium re
gni eterni q̃d xp̃s in sua passione meru
it. iuxta illud apl̃i Phili.2. humiliauit
semetip̃m ⁊c̃. Propter q̃d exultauit il-
lum deus. ⁊ dedit illi nomen q̃d est sup̃
omne nomen. vt in noĩe iesu om̃e genu
flectatur. celestium. terrestriũ ⁊ inferno
rum. Hoc ergo dominio licꝫ ipsum xp̃s
ab instanti sue ꝯceptionis habuerit ſm
aliquos. tñ non nisi raro ⁊ supernatura
liter ac miraculose vsus fuit: sicut in eie
ctione demonum in porcos ⁊ precipita
tione porcorum in mare. Marci.5. Ma
thei.21. in arefactione ficulnee: et alijs
quibusdam factis miraculosis ad con-
firmationẽ fidei ⁊ sue diuinitatis osten
sionem discipulis exhibitis. Et non ad
ostendendũ ptãtem seu auctoritatẽ hu
mani seu terreni principat⁹. Quare ex
his satꝭ p̃tꝫ p̃dictas auctoritates nõ eẽ
ad ꝓpositum nec ꝓbare intentum ⁊c̃.
Sed adhuc pro respõsione ad ꝯfirma-
tionem rationis mee ponit istã tertiam
ꝓpositionẽ. licet xp̃s ſm humanitatem
plenam de temporalibus imediate or-
dinandi habuit ptãtem. non tñ illam p̃
se exercuit: ad ostendendũ aliud nobili
us officium p̃ se pertinens ad regalẽ di
gnitatem. Prima pars dicit ipse p̃tꝫ
ex iam dictis: sed per premissa apparet
ꝯtrarium. ideo ꝓbatio sua nulla. Se-
cunda pars. s. ꝙ illam p̃ se nõ exercuit
p̃tꝫ. Nam iuueni dicenti xp̃o. dic fratri
meo vt diuidat mecũ hereditatẽ. Res-
pondit. O homo: quis me ꝯstituit iudi
cem sup̃ vos. Luce.12. Sed ista auctori
tas non solũ ꝓbat ꝙ non exercuit ꝙ sa
tis clarũ est. sed etiã ꝓbat ꝯtra primã
partem: ꝙ exercendi iurisdictionem do
miniũ non habuit: q̃r negat se esse iudi-
cem. Ad iudicẽ aũt non tm̃ p̃tinet iuris
dictionis exercitium: q̃ꝙtum iudicandi
dñium. quare ⁊c̃. Tertia pars ꝓpõnis
sue est. ꝙ xp̃s per hoc ꝙ non exercuit p̃
se talem iurisdictionẽ ostendit q̃d de p̃
se ad regnũ p̃tinet. s. subiectos regere p̃
leges studiosas in his q̃ pertinent ad fi
nem humanũ tã politicũ ꝙ vltimatum
et ꝙ discutere negocia tp̃alia litigiosa
solum p̃ accidens ad eoꝝ p̃tinet officiũ
scꝫ ꝓpter materiam hoĩm. Et hoc ostẽ-
dit: q̃r primum exercitiũ fuisset in statu
innocẽtie. scd̃m vero nõ. ideo xp̃s ad dã
dũ exemplũ p̃fecte vite suum regale do
miniũ reduxit ad exercitiũ talis status
Item p̃tꝫ in hoc psalmo. vbi ꝓph̃a in p̃
sona xp̃i dicit. Ego aũt cõstitutus sum
rex ⁊c̃. Et subiungẽs officiũ suum rega
le dicit. Predicãs p̃ceptum eius. Item
ꝙ tale officium p̃ se ad reges pertineat
patꝫ ex dictis ph̃i.1. politi. Ubi ostẽdit
ꝙ p̃ncipatus paternus q̃ similis est re-
gali magis habet solicitari circa homi-
nes q̃ꝙ circa possessiões ⁊ circa virtutes
hoĩm q̃ꝙ circa diuitias. Sed ꝯtra hec
instatur: q̃r ex his sequit̃ ꝙ non erit dif
ferẽtia inter principatum regni tempo
ralis: ⁊ principatũ regni spiritualis seu
sacerdotalis: quod est absurdũ. Et ꝯña
tenet: q̃r differẽtia inter istos principa-
tus est: q̃r p̃ncipatus tp̃alis ordinat̃ ad
temporalia. sacerdotalis ad spiritualia
et ad reges tp̃ales p̃tinet principaliter

de per se ꝛ ꝓprie subiectos regere per leges studiosas. non quascumq; sed per leges humanas ciuiles seu politicas et ꝑ virtutes morales eos ordinare ad finem politicum hui⁹ vite. ad sacerdotes ꝑncipaliter ꝛ de per se pertinet eos regere ꝑ leges diuinas ꝛ per virtutes heroicas eos ordinare ad finem vltimum vite future et salutꝭ eterne. Et hoc fecit xp̄s per hoc oñdēs se esse sacerdotez ꝛ non regē tpalem. Nec auctoritas psalmiste quaz allegat facit ad propositum suum sed magis contra ip̄m. Nam per hoc ꝙ subdit predicans preceptū eius clare patet ꝙ non loquitur de regno tēporali sed de sacerdotali. quia nō ad reges temporales. sed ad sacerdotes proprie pertinet predicatio preceptoꝝ dei quare ꝛc. Sed adhuc pro solutiōe rationum mearum ponit istud correlariū ꝙ q̄uis rex seu domin⁹ temporalis possit licite in diuitijs ꝛ honoribus gloriosus apparere. non tamen de ratione regis vel dn̄i temporalis ē taliter iurisdictionem suam exercere. Prima pars patet. quia hoc pōt fieri ad vtilitatē rei publice. Secūda patet de xp̄o qui ꝯm eum fuit verus rex temporalis ꝯm humanitatē. ꝛ tamen sicut patet ex decursu euangelij in regendo seruauit pauꝑtatem ꝛ humilitatem. Et hoc sicut dicit probant ratiōes mee. ꝛ nihil plus. Unde quādo xp̄s respondit pylato. regnū meum non est de hoc mundo. intelligēdum est ꝯm eum quo ad cōmunem modum regendi alioꝝ. scꝫ in diuitijs ꝛ gloria mundana. Sed ista expositio videt distorta. nec est dictis sanctoꝝ consona Nam super isto passu dicit Christ⁹. Nō priuat inquit mundū a sua ꝓuidentia ꝛ prelatione. scilꝫ diuina vel spirituali. sed ostendit regnuꝫ suū non esse humanum siue corruptibile. Sed constat ꝙ omne regnū temporale est corruptibile quare patet ꝙ dicebat se nō habere regnū temporale seu corporale. sed soluꝫ spirituale. Et ad ideꝫ est sententia beati Augu. igitur ꝛc. Et hoc de secūda ratione principali. ¶ Tertio principaliter arguebam sic. Xp̄s tenuit arctissimam paupertatem. igitur non habuit monarchiam temporalē seu regalem. Consequentia tenet. quia arctissima paupertas excludit tam in ꝓprio q̄ in communi omne dominiū temporaliuꝫ rerum. ꝛ per ꝯn̄s regale dominiū. Antecedēs patet qꝛ xp̄s tenuit ꝛ seruauit omne illud quod ipse ad euangelicam perfectionem pertinere docuit. iuxta illud Actuū. i. Cepit ihesus facere ꝛ docere. ꝛ ipse docuit arctissimā paupertatem ad euangelicam perfectionē pertinere. igitur ꝛc. Confirmat antecedēs ꝓbando per octo media. ꝙ xp̄s facto ꝛ verbo summā paupertatē docuit. Primo qꝛ ipse per ꝓphetam suam futuraꝫ paupertatē predixit Pauper sum ego et in la. a. iu. ma. psal. Scd̄o qꝛ ꝓpter nos egestatem ꝛ paupertatē assumpsit Propter nos egen⁹ fact⁹ est ꝛc. 2. Co. 8.

Tertio quia ex pauperib⁹ natus oīa paupertatis signa ostēdit. Inuenietis infantē ꝛc. Lu. 2. Quarto qꝛ inter homines conuersando paupertatē seruauit. Uulpes foueas habent ꝛc. Mat. 8.

Quinto quia pauper ꝛ nudus in cruce pepēdit. Recordare pauꝑtatis mee Treñ. 3. Sexto qꝛ pauperes discipulos. scꝫ piscatores elegit. Ecce nos reliquimus oīa ꝛc. Mat. 19. Septimo qꝛ paupertatis consiliū dedit. Si vis perfectus esse. Mat. 19. Qui nō renunciat omnib⁹ ꝛc. Lu. 14. Octauo qꝛ pauperibus regnū celoꝝ promittit. Beati pauperes spū quoniā ipsoꝝ est ꝛc. Mat. 5.

His ergo attētis cū ex scriptura pateat ꝙ xp̄s ꝯm humanitatem in oībus se ostenderit esse pauperē mirandū est ꝙ modo aliq̄s dicat ip̄m fuisse monarcham totius orbis ꝛ regē temporalē cū etiam se esse regem negauerit. Joh. 18. ꝛ a turbis regnū respuerit. Johānis. 6. ꝛ cesaris imperium recognouerit. Reddite que sūt cesaris cesari ꝛc. Mat. 22. Igitur ꝛc. Ad istam rōnem respōdet negando primā ꝯn̄am. Et ad ꝓbationē negat mihi ꝙ arctissimaꝫ paupertas excludit tam in ꝓprio q̄ in cōmuni omne dominiū temporaliū rerū vt dicit patere ex dictis ꝛ per illud Zach. 9. Exulta

Nota quod respondet domini arctissimam paupertatem

⁊c̃.Ecce rex tuus venit tibi iustus ⁊ sal-
uator ⁊ ipse pauper ⁊c̃.Ideo lȝ xp̃us in
omnibꝰ ostenderit se esse pauperē vt ꝓ
bant premisse auctoritates.nō tamē se
quit̃ ex hoc ip̃m non fuisse regē. Sed
contra istam responsionē arguitur pro
bando ↄñam meā ꝑncipalē ⁊ assumptū
in ea qđ ipse negauit. Nam licet xp̃us
ꝙtum advsum aliqua tam in ꝓprio ꝙ
in cōmunihabuit. In ꝓprio quidem si
cut cibū.potum.⁊ vestimenta sua ꝓpria
sibi singuar iter appropriata. In com-
muni vero qꝛ sicut patet Iohā.12.locu
los habebat quos iudas seruabat. In
quibus erāt ſm glo.Mat.18. cōmunia
scilȝ xp̃o ⁊ apostolis.Legit̃ ꝙ erant eis
omnia cōmunia Actuuȝ.4.Tamē hoc
certū est ꝙ in istis seu in aliys quibuscū
ꝙ rebus tꝑalibus xp̃svltra vsuȝ nō ha
buit proprie dictū dominū siue in pro
prio siue in cōmuni.⁊ ꝙ sua arctissima
paupertas quaȝ docuit ⁊ seruauit tale
dominiū excludit.Nam vbi dat ↄsiliuȝ
perfectionis dicens.Si vis ꝑfectus eē
⁊c̃.nihil excipit sȝ dicit.Omnia quecū-
ꝙ habes da pauperibꝰ.Nec addit pro-
priū vel cōmune.sed vniuersaliter hoc
intelligit.ideo signū vniuersale ingemi
nat dicēs.omnia ⁊ quecūꝙ. igitur tale
dominiū nō habuit nec habere voluit.
Qđ scriptura plerisꝙ locis possessionē
nominat.Ut ibi.nisi quis renūciauerit
omnibus que possidet ⁊c̃.⁊ Mat.10.no
lite possidere aurū neꝙ argentum ⁊c̃.
igitur ⁊c̃. Ad hoc possem inducere de
cretales factas super declaratiōe regu
le beati francisci.sed transeo cā breuita
tis.Nec auctoritas Zach.quā inducit
facit ad ꝓpositū suū.qꝛ loqtur de rege
spirituali.Ideo dicit iustus ⁊ saluator
